

R/ 11343


ARAGONEN-

SIVM RERV M

COMMENTARII.

*Hieron. Blanca, Cesaraugustano,
Historico Regni, auctore.*

Omnia S. R. E. animaduerfioni fubieeta funto.



90

CÆSARAVGVSTÆ.

Apud Laurentium Robles, & Didacum fratres,
Aragonij Regni Typographos.

∞ DXXCIIX.

*El D.º Fr.º Fr.º de la Orden de San Jeronimo de la Iglesia de Carmelitas seglares de B.º de B.º
esta en el cajon 99*

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32

R/ 11343


ARAGONEN-

SIVM RERV M

COMMENTARII.

*Hieron. Blanca, Caesar augustano,
Historico Regni, auctore.*

Omnia S. R. E. animaduersioni subiecta sunt.



CÆSARAVGVSTÆ.

Apud Laurentium Robles, & Didacum fratres,
Aragonij Regni Typographos.

∞ DXXCIIX.

*El D^o Juan Haring se leuena al Colegio de Carmelitas Regulares de Barcelona
esta en el cajon 99*

Approbatio Doctoris Diegi Mon-
realij, Canonici Cæ-
saraugustani.

ILLVSTRISSIMVS; ac Reuerentissimus Dominus, D. Andreas Bouadilla, & Cabrera, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Cæsaraugustanus, hosce Aragonensium nostrarum rerum Commentarios à Hieronymo de Blancas Cæsaraugustano, nostri Aragonij Regni Historico, conscriptos, mihi pernotandos delegavit. Quos ego dum accuratè perlegi; nihil sanè in eis cõperì Catholicæ nostræ Fidei contrarium, aut quod bonis Ecclesiæ moribus aduersetur; immo eos esse multiplices, & varia tum antiquarum, tum recentiorum nostrarum rerum historica eruditione refertos: quodq. laude dignissimum est, in eis concinnandis auctorem ipsum quamplurima, iam pæne nimia vetustate sepulta, incredibili sua diligentia suscitasse. Quapropter dignos esse, vt prælo mandentur, censeo. Nam dum de magno, & integerrimo nostro Magistratu, quem Iustitiam Aragonum appellamus, scribere instituit, sic vniuersarum nostrarum rerum summam, graui quidem, ac præstanti loquendi stylo, complexus est, ac res ipsas nedum linguæ venustate, sed quod caput est, & ipsa historiæ veritate illustravit; vt opus hoc, tot ante sæculis desideratum, non sine magna nostrorum omnium gloria his temporibus in lucem editum statuamus. Cæsaraugustæ. Id. April. Ann. Chr. ̄o D LXXXVIII.

Doctor Diegus
Monrealius.

Metropolitani Cæsaraugu-
stani auctoritas
editionis.

NOS Andreas Bouadilla, & Cabrera, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Cæsaraugustanus, Maiestatis Regiæ Consiliarius: Cùm hi Aragonensium rerum Commentarij, à Hieronymo Blanca conscripti, nihil contineant, quod aut Catholicæ Fidei aduersetur, aut piorum aures offendere possit, quemadmodum ex superiori censura Doctoris Diegi Monrealij, nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, cui obseruandos commisimus, apparet: Iccirco eidem Hieronymo Blanca, vt eos in nostra hac

✱ 2 Diocesi

Dicēſi edere poſſit, ac editos venundare, auctoritate ordinaria, qua fungimur in hac parte, iuxta Sacroſancti Concilij Tridentini decretum, tenore præſentium licentiã concedimus, & impartimur. Volumus autem: vt priuſquam in vulgus exeant, cum ipſo Archetypo conferantur. Dat. Cæſarauguſtæ. Kal. Maij Ann. Chr. M D XXCVIII.

A. Archiepiſcopus
Cæſarauguſtanus.

De amplitudinis ſue mandato

Io. Creſpo Secretarius.

AUCTORITAS REGIA
editionis.

NOS Don Philippe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilia, de Hieruſalẽ, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Canada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Muřcia, de Iaen, de los Algarues, de Aigezira, de Gibraltar, de las ſiſlas de Canaria, de Indias Orientales, y Occidentales, Iſlas, y tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brabante, y de Milan, de Athenas, y Neopatria, Conde de Habsburg, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, de Roſellon, y Cerdañ, Marques de Oriſtan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos Geronymo de Blancas, vecino, y natural de la nueſtra Ciudad de Caragoça, nos ha ſido referido, que haeyſ compuesto vn libro cuyo titulo es: Aragonenſium ſerum Comentarij; y que de ſacar a luz ſe ſiguira muy grande vtilidad, por la que tienen conſigo las materias, de que en el ſe tratan: Suplicandonos, que para que la Republica conſiga la dicha vtilidad, y veſ el fruto, que mereſce el trabajo, induſtria, y coſta, que haeyſ pueſto en componer el dicho libro; os hagamos merced de daros licencia, por el tiempo que mas ſeruiſ fuereſmos, que vos ſolo, y no otra perſona alguna, en todos los Reynos de la Corona de Aragon, le podays imprimir, y vender, y hazer imprimir, y vender. Y hauiedo mandado conoſcer el dicho libro, con el cuydado, y particularidad que ſe requiere; lo hauemos nido por bien en la manera infraſcripta. Porende contenor de las preſentes, de nueſtra certa ſciencia, y Real auctoridad, deliberadamente y conſulta, damos licencia, permiſſo, y conſultad a vos el dicho Geronymo de Blancas, para que vos, o quien vueſtro poder tuuiſ, podays imprimir, y hazer imprimir, y vender en los Reynos, y ſeñorios de la nueſtra Corona de Aragon en qualesquier Ciudades, Villas, y Lugares dellos, el dicho libro, y tra vender a ellos los impresos en otras partes; y eſto por tiempo de diez años, que comiencen a contar del dia de la data de las preſentes en adelante: con prohibiciõ, que ninguna otra perſona lo pueda hazer durante el dicho tiempo, ſino vos, o en vueſtro poder tuuiere, ſopena de mil Florines de oro de Aragon, y perdimiento de los libros, y moldes: diuidideros en tres iguales partes: la vna a nueſtros Reales Coſtes; la otra para vos el dicho Geronymo de Blancas; y la tercera para el acufador; con eſte impero, que los libros que hizieredes imprimir, no los podays vender en manera alguna, ſin primero traer al Conſejo Supremo, que cabe nos reſide, vn libro de los preſos juntamente con el original eſcrito de mano, que aueys preſentado ante nõ que yra rubricado en cada oja, y en la poſtrera, firmado de mano de Pedro Fqueza, Lugartiniente de Protonotario: para que ſe vea ſi los impresos ſeran conſeſos con el dicho original. Y no haziendolo aſſi, declaramos ſer eſta nueſtra licençia nulla, y de ningun eſfecto, ni valor. Mandando con el miſmo tenor de las preſes, a qualesquier Lugartinientes y Capitanes Generales, Regentes la Cancelleria, Doctores de la Real Audiencia, Regente el oficio, y portant vezes de general Gouador, Alguaziles, Vergueros, Porteros, y otros qualesquier oficiales, y miniſtroſeſtros en los dichos Reynos de la Corona de Aragon conſtituydos, y conſtituyder y a ſus Lugareſtinientes, y Regentes los dichos oficios, ſo incorrimiento de nueſtra ira, e indignacion, y pena de mil Florines de oro de Aragon, de bienes del que contrario hiziere, exigideros, y a nueſtros Reales Coſtes aplicaderos; que la prece nueſtra licencia, y conſeſſion, y todo lo en ella contenido, oſtengan, guarden, obseruen, tener, guardar, y obseruar hagan, ſin contradiccion alguna; ſin permiſiõ ni dar lugar, a que ſea hecho lo contrario: ſi nueſtra gracia les es cara; y de mas nueſtra ira, e indignacion; en la pena ſobredicha deſſean no incurrir. En te-

testimonio de lo qual, havemos mandado despachar las presentes, con nuestro sello comun en el dorso selladas. Dat. en el Bosque de Segovia, a XXI. del mes de Octubre, Año del Nacimiento de nuestro Señor Iesu Christo, de Mil quinientos ochenta y siete.

TO EL REY.

V. Frigola
Vicecan.
V. Com.gen.
Thesau.
V. Campi R.
V. Marzilla R.

Dominus Rex mandavit mihi Petro Franqueza, visa per Frigola Vicecan. Comitem Gen. Thes. Sapena, Campi, Terça, Marzilla, & Quintana, Regentes Cancell. & me pro Conser. Generali.

V. Sapena R.
7. Terça R.
V. Quintana R.

V. Franque pro Conseruator Generali.

Resultado.

In diversor. XXI.
fol. CCXLVII.

D. BERNARDIN. GOMEZIO MIEDI, Albarrazinenfi Episcopo; & Gasp. Sebastiano Arroytæ, Canonico, & Sacristæ Turolensi: D. Ferd. Gurreæ Aragonio, Villæformosæ Duci, ac Comiti Ripacurtiæ; & D. Franc. Lacaualleriæ Aragonio: Franc. Vaguerio; & Trist. Munnozio Pamplo-næ: Petr. Lud. Martinio Cenedo, I. V. D. Cæsaraugustano ciui; & Steph. Crostano, municipi Montionenfi:

VIII VIRIS

Aragonum, Regni Deputatis

Hieron. Blancas, Cæsaraugustanus,
eiusdem Regni Historicus.



M praclaræ multa, Patres amplissimi, à maioribus nostris inuenta, atq. instituta sunt ad ornandam nostram Rempub. opportuna; tum praclarum nimis mihi illud saepe videri solet, quod in Comitibus Ann. ∞ D XXXXVII. de nostrarum rerum scribenda Historia, sancitum fuit: & praclarior id etiam, quod istius onus officij, curamq. & cogitationem Surita noster sua eruditio- nis dignissimam suscepisset. Ad gloriæ namq. immortalitatem optatius nihil accidere potuit, quàm ut tam gloriosis veterum factis, quæ nobis hanc, qua fruimur, pepererunt dignitatem, & otium, tam clari hominis preconium non deesset: ut illud Hectoris apud Nevium admodum scitum est; qui solam eam iucundam sibi laudem statuebat, quæ ab ijs proficiscebatur, qui ipsi in laude vixerunt. Sic iam videmus Aragonij nominis gloriæ à diuturno, & magno silentio vindicatam; neq. vindicatam solum, sed laudatam etiam à laudato viro, nobiscum patria iure, ac vita societate coniuncto; ut inde quoq. honos, neq. levis, iisdem ipsis rebus adiungatur. Sed ita nobis natura comparatum est, nihil ut difficilius sit, quàm omnibus omnium studijs satisfacere. Idq. tum in aliorum, tum in ipsius Surita monumentis perspexi. Etenim cum ille pro suscepto munere

nere tam ornate res nostras utraq. lingua persequutus fuerit, ut ad veterum scriptorum laudem peruenerit: aliquibus tamen visum est; eum peranguste adeo nonnulla retulisse, non ut facile intelligatur, quid dicat. Fuisse praterea ab eo male posita rerum initia; tenuiterq. satis locum illum de Magistratus Iustitia Aragonum institutione tractatum: de quo, cum sit vinculum nostra Reipub. ac domestica, & civilis concordia fundamentum, non tam ieiuniter, & parce, multoq. minus ambigue, iam scribi oportebat. Mihi vero sic videtur in omni Historia curisus, ut neminem de ijs, qui peritissimi fuere, eidem anteponam. Vniuersarum autem rerum concinnatione impeditus, in singulis separatim elaborare non potuit. Quae tandem causa me impulit, ut ad eadem ipsa, quae ab eo scripta sunt, aggrederer hac spe, non ut omnia copiose scriberem, sed ut leuiter unumquodq. tangerem; sic tamen ut sub uno aspectu, si fieri posset, omnem nostrarum rerum memoriam proponerem: magnum equidem opus, & arduum: sed ingredienti mihi considerandum fuit, postea quocumq. ferar, danda nimirum vela indicavi. Neq. enim Aristotelem in Philosophia deterruit a scribendo summa illa Platonis amplitudo; nec Aristoteles ipse restinxit eorum, qui post eum sequuti sunt, studia, quominus quisq. quod progredi, aut quid posset efficere, experiretur. Ita mihi nequaquam duxi infringendam spem, quin tametsi Suritam imitari, aut consequi non possem in scribendo; attamen quae ille omisit, liceret mihi persequi deinceps; ac si non parem, eum saltem tenerem cursum, quem possem. In primis autem cum superioribus annis quosdam de Institijs Aragonum Fastos edidissim, singula tantum eorum nomina, nudamq. annorum seriem complectentes; eos nunc decreui plenioribus hisce Commentarijs illustrandos: ut qui primum nudi, atq. inornati propositi fuerant, tantum ut essent beneuolentiae meae erga patriam obsides; nunc quasi vestiti, & compta habeant ornamenta, quae sint, fidei, ac diligentiae testes: sicq. plane, quod tunc fueramus polliciti, praestaremus. Et vero prater id, quod de ipsius Magistratus institutione, & origine, deq. singulis Institijs, tanquam instituti nostri praecipuum, scribere opus fuit: breuem etiam decreui de nostris Regibus Historiam interexere, ut eorum numerum, ac seriem, fortasse adhuc non satis intellectam, indicarem. Praterea de Optimatibus patricijs, & Palatinis hominibus, quos Ricos homines, & Mesnadarios vocamus, nonnulla proferre, quae vetustatis caligine oppressa iacuerunt: tum de familijs, & clypeis eorundem: de numero, & ordine Iustitia Aragonum Officium administrantium: de Comitijs nostris: de antiquis nominibus, & Magistratibus:
ac demum

ac demum locos alios perstringere de tota nostra antiquitate vberiores; ut omnibus hisce rebus adumbratis, facilius ipsius Magistratus originis, & progressus ratio notaretur: praesertim cum his de rebus multa, de quibus hactenus nemo scripserat, nec tam facile erat, unde sciri possent, in veteribus monumentis comperissim, quae ab exteris peti non poterant, & nisi multorum sapientiam admirarer, etiam, ut suspicor, nec a nostris quidem. Quae cum ita sint, non possum non uehementer eorum consilium, ac factum approbare, qui censuerunt Opus hoc, minime, Commentarios in Fastos de Iustitijs Aragonum, quemadmodum initio constitueram; sed potius, Aragonensium rerum Commentarios, inscribendum: quod plura in se contineat, quam quae priori illi aequè subijci posse viderentur inscriptioni. Neq. vero hac ideo Latine scripsi, quasi ea crediderim futura esse gratiora, quam si quotidiano, ac vulgari sermone scriberentur. Video enim plerumq. etiam Latinae linguae peritos, malle suam in Hispanis legendis operam consumere, cum alioquin tam delicati fastidij sint, ut non solum ad pertractandas res serias inopem nostram linguam arbitrentur, sed in vulgarijs fabellis, nisi quae sint expressa de Latinis, penitus contemnant, & despiciant. Verumtamen grauiora haec duxi, deq. eis scribi ea siquidem lingua oportere, cuius alijs gentibus peruulgata, & communis notitia sit. Qui autem Hispanè haec scribi voluissent magis; aequi esse debent, cum Hispanè satis multa ab eodem Surita scripta sint, & scribentur haec eadem fortasse, si vita suppeditabit, a nobis: tametsi alijs id ipsum de meo munere libenter concedam. Fateor enim me eorum similem esse non posse, qui vulgari sermone de magnis rebus perquam eleganter nulla arte adhibita scripserunt. Atqui dum Latine scribere decreui; nostrorum Magistratum nomina non censui mutanda, neq. ad Romanorum similitudinem transferenda: sed omnino ea retinenda esse, quibus suo quaeq. proprio, & certo vocabulo appellanda maiores ipsi nostri censuerunt. Ideoq. arbitratus sum, Latine etiam loquendo, Governatorem, Iustitiam Aragonum, Deputatos, Zalmetinam, Juratos, Locumtenentes, aliosq. istiusmodi Magistratus nostros, iisdem ipsis nominibus, quibus quotidianis verbis efferuntur, appellare fas esse; nempe et vocabula haec, Latina quamquam non sint, & apud Latinos veteres scriptores non exstent, cum neq. exstare possint; iam Latina usui reddantur, fiantq. ea tractando usitata. Non enim dum, Iustitiam Aragonum, Praefectum iustitiae; Governatorem, Vicarium; Zalmetinam, Praetorem urbis; reliquosq. nostros Magistratus omnes, Romanorum Magistratum nominibus appellatos intueor, huiusmodi consilium adduci possum

possum, ut laudem hac in re: cum Magistratum nostrorum potestatem non esse satis his nominibus expressam intelligam. Nam Zalmetina munus Pratorio muneri non aequè respondet: nec Vicarij verbo tam aptè Gubernatoris nostri potestas, quam ut quemuis intelligere oportet, designatur: neq. Iuratorum tam latè patet apud nos, quam apud Romanos Consulatum patuit amplitudo: multoq. minus Iustitia Aragonum, Praefectus iustitiae dici potest. Nam Praefectum iustitiae, nullum alium apud nos esse arbitror, nisi Regem; cui sic omnis dicendi iuris potestas data est, ut ab eo, tamquam à capite: ita enim nostri Iurisperiti loquuntur: in reliquos omnes Magistratus, atq. in Iustitiatum ipsum, sicuti à fonte in riuulos, deriuetur. Nec scio equidem cur nobis eam praecidere debeamus, quae Romanis initio data fuit, nouorum ex aliena lingua in suam inducendorum nominum licentiam, ut cum Philosophiam ipsi, Arithmeticam, Geometriam, aliasq. his similes voces Latine etiam loquentes usurparint, easq. cum Graeca omnino sint, iam usu Latinas factas videamus; nobis non illud idem licere existimemus, Iustitiamq. Aragonum, Latine, & eleganter loquendo dici posse: quantum effici queat, contendentes, quò tanti Magistratus fama peruenerit, eodem veri, ac proprij illius nominis gloriam penetrare? Quid? quod si maiores nostri summam ipsius potestatis vim lenitate nominis mitigandam statuerunt, quasi inter nos, ac Regem nullam aliam, neq. ex virtutibus ipsis, nisi iustitiam solam interponi ducerent oportere; cur nos tantam hanc eorum sapientiam despicientes, noua verba fingemus arbitrati nostro, tantumq. Magistratum vulgari suo nomine, in toto orbe terrarum claro, & notissimo, fraudari patiemur, quo & quis sit, & qualis ipse Magistratus sit, aperte declaratur? Nonne M. Tullium, ac Terentium quoq. & Archontem, & Satrapen dixisse constat, & Liuium etiam, Mediaesticum, & Suffetem? neq. veritos fuisse hosce scriptores, cum Latine loquerentur, ac scriberent, istiusmodi Magistratus omnes, quorum priores duo Persarum, & Atheniensium erant, Campanorum autem, & Carthaginensium posteriores, non ex Latina lingua, sed ex vniuscuiusq. eorum gentis vocabulis nominare? Dabitur ergò modò, quod Latini ipsi fecerunt, aliena sibi nomina usurpantes, ut in Magistratibus saltem appellandis, vulgaribus utamur pro Latinis; cum eam mihi praecipuam laudem constituerim, ut intelligatur, quid dicam: de reliquo tamen sat fore, non esse mendacem. Ceterum, Patres clarissimi, ut hac quasi per oratione concludam, ad quam fateor me nequaquam inuitum declinare; haud dubito sanè, quin quod meum semper iudicium fuit, vestra quoq. sententia comprobetur, maiores

iores nostros in constituenda Rep. aut inuenisse multa per se sapientius, quam alios: aut accepta ab alijs, fecisse meliora, quibus instituta vita, resq. domesticae, & familiares commodius tueremur. Eòq. magis ad credendum ducor, quòd vos omnes videam, cum nostra hac in istarum rerum commemoratione versentur, ad ea peruulganda haud mediocri studio concitatos: dignissimum fore iudicantes, ut Reipub. nostra descriptio, qua iure potest, & Regibus, & Populo grata esse, iam exteris quibusuis nationibus nota sit: quasi in eorum consilijs, qui primi de ea statuenda cogitarunt, nec quidquam parum, nec quidquam nimium fuisse arbitraremini. Et verò praecipue singularis hac tanta, tamq. admirabilis maiorum sapientia, qua initio tunc fuit, in hoc uno quotidie magis summa cum laude prodita vetustate enitescit, quòd dum forenses hanc induxerunt istius Iudicis, inter Regem, ac Populum Medij, Praefecturam; nostram Reipub. ex Polyarchia, & Monarchia vnã nouam in speciem perquam optime temperantes, domesticam, ac civilem pacem mirabiliter stabilierunt, agenda sic apud nos omnia statuentes; ut res maxima, minimo motu; pericula summa, nullo tumultu; domestica omnes dissensiones, sine seditionibus, quiete, & commode illius interposita moderatione sedentur. Quamuis autem fortasse mihi imprudentia tribuatur, minimè hoc loco silentio praetermittendum duxi: summi enim gubernatores nauium plerumq. à vectoribus admoneri solent: ut ita nos omnes de nostris libertatibus sentiamus, ne nimiam licentiam, libertatem putemus: ea namq. sola, ac vera libertas censenda est, qua homines facit domesticas habere libidines: suis quiete potiri: eadem prudenter tueri: ab eis, quae propria non sunt, mentes, & manus abstinere: ad nouos deniq. temporum casus nouorum consiliorum rationes accommodemus; ne in utendo temperantiam contemnentem, in carendo patientiam experiamur. In quo ego quantum meus amor in patriam postulat, tantum vos hortor, reliquosq. omnes ciues meos, quoniam in Rep. coniuicti sumus; ut iusta, & aequa libertate contenti, falsam à nobis nimia licentia famam depellamus. Regios autem quoscumq. Magistratus sic moneo, ut cogitent tantum sibi à Regibus esse commissum, quantum permissum à legibus, & creditum sit; neq. sibi solam iurisdicendi potestatem, sed ita fidem creditam arbitrentur, ut non quod ipsi velint, sed quod lex, & religio concedat, exequantur: neve quisquam eorum se putet esse solum, nec sibi, quodcumq. concupierit, iam licere; sed habere in consilio leges, religionem, aequitatem, & fidem; maximeq. debere unumquemq. sua ipsius mentis, quam à Deo acceperit, conscientiam aestimare: quasi si optimorum semper consiliorum, factorumq.

factorumq. testis sibi fuerit, facillimè omnes quorumvis periculorum procellas deuitabit. Nunc quoniam consilij mei rationem exposui, superest tantum, vos ut orem, ita faueatis conatibus meis, ut nostri hi Commentarij, qui omni prorsus venustate nudi in lucem prodeunt, amplissimi nominis vestri dignitate illustrati, si non ut urbani, sunt enim vasti, & agrestes: non ut peregrini, cum totam ferè nostrarum rerum summam contineant; saltem si licebit, ut amici hospites, inter ipsius Surtæ Annales recipiantur. Quod si aliqua à me esse prætermissa, aut non sat elucubrata inueneritis: neq. enim dubito, quin multa huiusmodi passim occurrent: mihi, historicus qui sim, si modo sim, at certè qualiscumq. sim, non ex alicuius Academia, sed ex medijs fori spatijs profectus, condonetis, simulq. illud statuatis, non omnem frugem, neq. omnem arborem in omni agro reperiri posse. Breui tamen futurum spero, maximèq. si ad ornanda ea, quæ dudum in nostra hac urbe instituta fuere, publica disciplinarum Gymnasia, magnus aliquis cumulus vestra liberalitatis accedat; ut & ipsa hæc eadem, quæ à me nunc inchoata sunt, & alia maiora, perfecta Reip. tribuantur: quibus Aragonij nominis amplitudo illustrata, quemadmodum hæctenus armorum virtute, istiusq. Magistratus laude, mirificè enituit, sic deinceps ingenti quoq. literarum gloria splendescat. *Cæsaraug. Kal. Sep. Ann. Chr. ∞ DXXCII.*

In Aragonensium

IN ARAGONENSIVM RERVM
COMMENTARIOS

HIERONIMI BLANCÆ,
Cæsaraugustani, Aragonum Regni
Historici, Præfatio

AD D. GARSIAM LOAYSAM GIRONIVM,
Philippi nostri, amplissimi Hispaniarum Principis,
Magistrum, Arriacensemq. in Toletana
Ecclesia Archidiaconum.



ANTIQUÆ res nostræ, quod te mirimè ignorare arbitror, Loaysa eruditissime, adeo sciri difficiles sunt, & perobscuræ, ut non modo quæ priscis illis sæculis, sed quæ auorum atate gesta fuerunt, vix à nobis, nisi abstrusa, & perturbata ratione, comprehendantur. Plures autem istius iacturæ afferuntur causæ, multiplicesq. Hæc tamen præcipua. Nam in ipsis Regni initijs memoria proditur Pinnatensem Sanctioris Aerarij locum igne consumptum fuisse: instauratumq. demum, multos post annos incendio simillimo conflagrassè. Cumq. ibi veterum Privilegiorum exempla, monumenta aq. publica, asservanda exstarent; flammis combusta, omnia interière. Postea quoq. alia eiusmodi cum ibidem reposita seruantur; à Raimundo Berengario, Barcinonensi Comite, Ranimiri II. Regis genero, Circ. Ann. Chr. ∞ CL. extracta feruntur: nostrosq. in Comitijs Cæsaraugustanis Ann. Chr. ∞ CCLXIIII. curauissè, damnum illud quoquomodo resarciri. Sed id demum ad extremum pene interitum nostram antiquitatem adduxit, quod dum Petrus Rex IIII. in alijs Comitijs, eadè Vrbe habitis Ann. Chr. ∞ CCCXLVIII. turbulenta illa Vnionis Privilegia de totius Regni consensione deleuit: non quæ de ea agebant solum, verum etiam alia multa, tum priuata, tum publica, monumenta lacerare, ac comburere & conatus est, & tandem effecit, ut Scribarum Notæ, matricesve scripturæ vix apud nos ante dictum annum vlla reperiantur. Vnde etiam euenit, ut quemadmodum apud Lacedæmonios, qui scripto iure non semper vsi sunt; sic apud nos quoq. pluri- ma nostrarum legum, ac libertatum munia in capitibus prudentum existerint: ita enim earum Obseruatores loquuntur: à quibus ea, quæ nunc

* vocamus

vocamus Observantias, fluxerunt. Propterea olim qui consulebantur, in maiori honore, & potentia erant: non tam quod pauciores; quam quod ab eis ratio legum, rerumq. nostrarum, tamquam dies quondam petebantur à Chaldeis. Ea autem Observantia antequam à Martino Didaci Auxilio Iustitia Aragonum Ann. Chr. ∞ CCCC XXXVII. in illud, quod nunc Foris connexum exstat, volumen congererentur; eandem prorsus vim, & auctoritatem, quam cetera omnes scripta leges, habebant. Atq. tunc etiam, ut Bages conqueritur, Jurisperiti ipsi, quibus hoc magnum munus commissum fuit, veriti, ne tota earum ratione peruulgata, & cognita, sine illorum opera iam lege agi posset; multas Observantias suppresserunt; ut ab eis, quae occulta manserant, peterentur, sicq. eos omnibus in rebus interesse necessario oporteret. iam ut antiquitas nostra hos casus habuerit ad suam obscuratorem rariores. Hinc deniq. factum est, ut omnino iaceat ipsius obsecrata memoria; atq. ut tot, ac tanta inter scriptores orta sint, tum de Regni primordijs, tum de Regum, ac temporum serie contentiones: adeo ut quidam nostri saeculi illustris sanè Historicus optimo iure potuerit novos nobis Reges suscitare, quorum antea nec nomina quidem fuerant umquam audita. Cumq. aequissimum foret, ut quamuis ceterarum rerum cognitio languesceret, earum verò, quae ad Magistratus Iustitia Aragonum ornamentum attinent, non modo animis insita, sed depictis monumentis, ac literis, quod aiunt, aureis, salua, & incolumis seruata fuisset: tamen, quod mihi sapius mirabile visum est, misero certè casu, illarum praecipue notitiam nunc quoq. maxime desideramus. In quo ego non tam priscos illos earum inuectores culpa damnandos censeo, quibus credendum non est conscribendi curam defuisse, quando quidem conscribendi officium non defecit; quam variorum casuum, & euentorum, quos supra recensuimus, occasione tribuendum, quae earum sane cognitionem deleuit. Eos verò, qui propius successerunt, culpa hac liberos esse non reor, quod in tenebris consenescere illas, atq. in ipsa vetustatis caligine obsolescere permiserunt, cum eadem neq. aut cuiusmodi fuerint, indagare, aut compertas in lucem ad posterorum notitiam prodere, quod amicus noster eruditissimus ille Sigonius, de Italia Regno scripturus, de suis Civibus merito est conquestus, studuerint. Quae de re memoria teneo, cum saepenumero coram Excellentissimo Domino D. Ferdinando Aragonio Archiepiscopo Casaraugustano, antiquitatum nostrarum studiosissimo, ac diligentissimo inuestigatore, neq. solum memoria, & testimonio, sed Annalium literis, & Suritæ voce laudato, hanc maiorum incuriam exprobrarem, audire me esse solitum ex eodem;

Nen

Non valde propterea mirandum esse. Aragonenses enim, crebrò dicebat, quò, natura ipsa, lingua hebetiores sumus, eò propensiosem semper in conscribendis, quam in conscribendis rebus consueuimus curam adhibere. Cuius quid mihi profuerint assidui congressus, dicerem libenter, nisi de me ipso, quod necesse non est, dicendum esset. Quare debito potius illum testimonio priuabo, quam id cum mea laude communicem.

Quamquam igitur verum illud fuisse fateamur: in hoc tamen uno maiores nostri mihi valde coarguendi videntur, quod a quo animo tulerint aliarum antiquitatum, qualescumq. fuerint, notitiam, licet mancam, extare, Magistratus verò Iustitia Aragonum, cui à nobis summa rerum delata est, omni prorsus literarum splendore carere; cum neq. de eius institutione, neq. de eorum, qui ei praesidere, nominibus, aut factis quidquam haecenus scriptum, satis benè digestum, habeamus. cuius lectionis cognitio iucunda non solum, verum etiam perquam utilis, ac necessaria foret. Ioannes enim Eximini Cerdanus, Aragonum idemtidem & ipse Iustitia, tametsi auorum memoria, primus de hoc genere scribere est aggressus, ob idq. magnam mihi iure egregia voluntatis, consilijq. laudem meruisse videtur: verum dum eorum, qui hunc Magistratum gesserunt, enotare nomina curauit, à Petro Petri sumpsit scribendi exordium, quem plures alij antecesserunt. Annorum verò notationem, quae alioquin fundamentum erat, omisit adhibere, nonnullosq. Iustitias, qui vixerunt, vel sua, vel parentum aetate, numerare. Vnde fit, ut mutilam prorsus ex illius scriptis notitiam eruamus. Ipse verò noster Hieronymus Surita, clarissimus Historicus, disertissimusq. atq. eruditissimus vir, qui uniuersam nostrarum rerum narrationem graui quidem stylo, egregiaq. ac singulari diligentia complexus est; earum magnitudine praepeditus, non potuit argumentum hoc, suo ornare studio, atq. accuratiose opera, perpolire. Sed illum scimus, ad id, paucis antequam moretetur diebus, otium sibi domesticum praeparasse: repentinumq. postea interitum hoc eius consilium praenuisse. Cuius si ad hoc cumulus accessisset, ea illius ingenij vis fuit, ac facultas: ut dubitandum non sit, quin solum hoc, quod alijs exile fuisset, ac macrum; iam illius cultura, uberrimum, atq. ornatissimum redderetur. Sed de eius laude neq. hic locus est, ut multa dicantur, neq. plura tamen dici possent, quam tu optime scis, nosq. omnes memoria retinemus.

Itaq. hac cum viderem, etsi me agnosco ijs auxilijs penitus destitutum, quae operis huius integritas suo quasi iure reposcebat: voluntatis er-

ga patriam mea testimonium aliquod relinquere cupiens, cum iam doctissimus ille vir tanto splendore, & auctoritate praeeditus, octingentorum annorum de nostris rebus Historiam tam ornate, & copiose suis illis Annalibus colligasset; ego in extremo tantum hoc mihi sumpsi, quod ille non potuerat, illustrare de Magistratus Justitia Aragonum dignitate argumentum. Quò autem id facilius comprehendatur, magisq. tota illius progressus ratio perspicua sit: omnino duxi uniuersas res nostras, strictim; & verò earum primordia, copiosius, attingenda: ne totum opus corrueret, si non bene iacta fundamenta essent. Eos etiam statui notatione temporum distinguendos, qui tanto munere functi fuerunt. Cumq. id etiam videretur mihi nouis difficultatibus maxime obstructum, quòd non facile esset, unde res tam antiquas, tamq. obsoletas eruerem; tanta fuit, mea ut in hoc genere apud ciues meos opera probaretur, cupiditas, ut neq. istud quidem potuerit meum in hoc officio frangere, aut debilitare laborem. Ad perscrutanda igitur omnia, quae habere potui, ad hoc studium quoquomodo pertinentia, conuersus sum: atq. tum ipsius Regni, tum Ecclesiarum Beatae Mariae de Pilari, ac Diuae Encratis Tabularia perlustrare coepi; tum & multa alia Monasteriorum Sancti Joannis de Pinna, Ouarra, Assaniensis, Montis Aragonum, veterumq. aliorum opidorum, & Ecclesiarum monumenta peruoluntare. Priuatos deinde tum dicti Excellentissimi Domini Archiepiscopi Ferdinandi, tum aliorum etiam de hoc genere Indices quosdam adhibui, ac veterum, quos vocant, Foristarum: Vitalis de Canelis, Oscensis Episcopi; Eximini Petri Salanoua, Justitia Aragonum; Joannis Patos; Jacobi Hospitalis; Joannis Antichij Bages; & Michaëlis del Molino, siue Codices, siue, quae exstant, Observantias perlegi. Ac ne de alijs reticeam, qui in hoc opere illustrando suum mihi officium persisterunt, vnus veterum monumentorum fasciculus, quem ad me detulit Doctor Carolus Munnozius, Regni Cancellarius, & Ciuilis, & Canonici iuris peritissimus, inq. nostris hisce studijs iam pridem versatus, adiumento mihi non paruo fuit. Inde namq. multam collegi nostra antiquitatis memoriam. Sed quo ego adiutore praecipuo usus sum, is est, quem bene nosti, familiarissimus meus Magister Jacobus Espeñius Arambrigenis, probus, & doctus vir, nec vulgaribus, sed reconditis, ac interioribus literis eruditus, verè ut dicam, meorum omnium studiorum canon. Summa enim cura, diligentia, ac fide, plurima ad me comportauit ex ipsis Tabularijs desumpta: qua maior afferri mihi leuatio nulla potuit.

Et verò

Et verò in his, alijsq. vndiq. amicorum beneficio collectis, id me aliquantulum subleuauit, quod in extrema veterum Priuilegiorum parte, priuatorumq. negotiorum Contractuum, quos quotidianis verbis, Instrumenta, vocamus, dum testes apponebantur; plerosq. Justitias Aragonum pro testibus annotatos inueni. Testium autem huiusmodi, quod tu minimè omnium ignoras, non eadem semper ratio fuit. Ad duplicem enim effectum in antiquis monumentis apponebantur. Alterum siquidem pro eorum robore, & firmitate, quòd sit de sollempnitatibus substantialibus Contractuum (cogimur namq. in his, forensibus uocabulis uti) ut testes illorum stipulationi praesentes intersint: atq. hos Testes Visores, & Auditores appellabant, & ita appellati passim inueniuntur. Alterum verò ad temporis notationem, quo talis Contractus celebrabatur, inducendam, quasi potentiores, qui tunc apud eos degebant, nominando. Quemadmodum enim apud Romanos plerumq. Imperante Seuero, aut Constantino: & apud Francos; Regnante Carolo, aut Ludouico: sic apud nos olim, praeter ipsorum Regum; Optimatum quoq. ac procerum, quos Ricos homines, ac Seniores illa aetas uocauit, tum & Palatinorum, quos Mesnadarios, ac interdum etiam Magistratum & Sacularium, & Ecclesiasticorum nomina apponebantur: ut pote, Episcopus Stephanus in Osca; Episcopus Petrus in Casaraugusta; Palaz, in Senior in Roda; Petrus Medalla Justitia maior; & alij his similes. Quos ne talium Contractuum celebrationi, ut priores, interfuisse induceretur: Testes Confirmatores appellare consueuerunt. Ac quandoq. licet raro, in nonnullis, postquam Testes Visores, & Auditores appositi fuerant: hos Ricos homines, vel potentiores; Testes, qui neq. viderunt, neq. audiuerunt, appellari solitos obseruaui. Haec autem huiusmodi Testium Confirmatorum appositio in sollempnibus tantummodo Regum, aut Principum Priuilegijs adhiberi consueuit: unde paulatim ad priuatorum negotiorum Contractus defluxit. Olim enim dum Reges, aut Principes aliquod Priuilegium sollempne, atq. ut ipsi loquebantur, perpetuò ualiturum, irrogabant; hos quasi Regia voluntatis testes, ac confirmatores adhibebant, siue praesentes huic irrogationi adessent, siue etiam absentes: modò Regia Curia essent affectatores. Qui plerumq. in eisdem ipsis Priuilegijs se subscribere solebant, saltè sua, quae tunc uocabantur, signa, in extremo post Regis, vel Principis Signum, ante Signum autè scriptoris, collocare, quasi Regis, aut Principis uoluntatem, quae in tali Priuilegio expressa fuerat, confirmando. Quinimmo aliquando sic comperi Ricos homines ipsos non iam monitis, aut praeceptis, sed hortationibus, & quasi

precibus ad huiusmodi sua signa apponenda pro grauis alicuius rei confirmatione ab ipsis Regibus excitatos. Ego Sanctius Rex hanc Donationem confirmo: & omnes Proceres meos rogo, vt similiter confirment, & subscribant. Vnde hi, Testes Confirmatores dicti sunt. Ipsi verò Notarij, ac Priuilegiorum huiusmodi scriptores, vt huic etiam rei prateriens satisfaciam, tum Scriba Regij, tum est quandoq. Grammatici Regum appellari, Græco nomine retento, consueuerunt. Sed in priuatis Contractibus Testes, quos diximus, Confirmatores minimè ad voluntatem concedentis confirmandam adhibebantur, sed tantum ad inducendam temporis, quo talis inibat Contractus, notationem: quòd eam veteres illi non esse satis expressam constituerent, Aera, qua nota temporis fuit, sola supputatione adhibita, nisi Optimatum, ac Potentiorum, qui tunc vigebant, nomina adiungerentur. Ex quibus passim colligitur, antiquos in hac Aera enumeratione plerumq. vacillasse. Etenim cum ea, quemadmodum omnibus notissimum est, Natalem diem Christi octo & triginta annos antecesserit: hanc illius veram, & genuinam significationem non semper seruabant, quandoq. Annum pro Aera, quandoq. è conuerso Aeram pro Anno sumentes. Hac autem tam diuersa ipsius numeri ratio minimè aliunde, nisi ex veterum monumentorum lectione comprehendi potest. In eadem tamen apertissimè elicitur. In ipsius praterèa Aera, vel Annorum numeri nota, alia etiam difficultates occurrunt, ex literis, seu literarum, vel characterum figuris, quibus veteres ipsi utebantur, coorta. Nam prater Abecedarium Gothicum, saculis illis commune, quod à Romano longè erat diuersum: ipsa etiam numerorum nota, ac figura dissimili prorsus ratione erant compacta. Atq. interdum etiam ad eas, dum volebant numerum annorum variare, minutula quadam puncta admouebant; qua nisi attentè animaduertantur, facillimè possunt quemuis in eorum declaratione decipere. Non enim Galsila Episcopi, qui notarum huiusmodi Architectus dicitur, & inuentor, scriptum aliquod opus exstat, quo vniuscuiusq. illarum intelligentiam, & vim, quam in singulis concludere voluit, enudaret. Vnde fit, vt necessariò sit ea, quemadmodum diximus, ex diuturna sola obseruatione eruenda. Proptereà autem hac omnia hoc loco recensenda duxi; vt huiuscemagna difficultatis, qua in notarum huiusmodi interpretatione ad antiquas res nostras intelligendas sese offert, aliqua à nobis ratio redderetur: præcipuè verò, vt dum fortasse in antiquis monumentis aliqua inueniantur ab alijs diuersa, neq. priora fortasse cum posterioribus coherere: id vel antiquorum varietatibus, vel librariorum mēdis, vel ancipitibus numerorum figuris

figuris tribuamus: ne confusione qua hactenus, de earum rerum fide, qua alioquin veritate nitantur, titubemus. In horum igitur Iustitiarum nominibus enodandis, ordinatimq. Annorum habita ratione distinguendis, hac Testium Confirmatorum obseruatione, potissimo adiumento usus sum. Neq. tamen id omne, quod concupieram, assecutus: cum neq. in prioribus, neq. in posterioribus Iustitijs, vix hactenus ullo labore, aut diligentia consequi, quam annotare voluissemus annorum vniuscuiusq. seriem, initij, aut exitus certam, potuerimus. At qui dum priores Iustitias appellari, eos intelligo, qui post Mauros Casaraugusta pulsos, circ. Ann. C X V. inueniuntur. Hactenus enim eorum nomina, qui dictum annum antecesserunt, ab ipsa nempe Magistratus institutione, & ad dictam Maurorum expulsionem, incomperta sunt. In quod tempus cum Ducenti ferme, & quinquaginta anni interponantur, dubitandum non est, quin plures exstiterint Iustitia Aragonum. Sed istius iacturæ quasdam singulares causas conijcimus. De quibus aliàs plura. Hac deniq. omnia accuratissimè euoluenda constitui, & suo quaq. momento perpendenda, vt quominus ingenio possum, diligentiam mihi subsidio compararem. Quantum autem in his effectum fuerit, id omne ad arbitrium tuum, qui in eis, alijsq. maioribus tantos progressus fecisti, libenter conferemus. Nos quidem ita de nobismet ipsis iudicamus, vt cum plus contenderimus, quam possumus; statuamus tamen nos minus fecisse, quam voluissemus: iamq. existimemus fructum satis uberem nobis futurum, si intellexerimus, hosce Commentarios nostros misera ipsi antiquitati, qua iam penè senectute confecta videbatur, aliquantulum olei, tamquam lumini tenui, instillasse.

Verum enim uerò, doctissime Loaysa, vereor equidem, ne reprehendar, quòd tot verbis hac fuerim persequutus, scribens ad te: qui tum in optimo quoq. genere studiorum, tum in ipsa historia tantum processeris, nostrarumq. omnium rerum, ac quo modo nobis constituta sint, iam ab eo tempore perfectissimam scientiam percallueris, quo generalibus nostris Comitij, superioribus annis ad Titionis Montem à potentissimo Rege nostro habitis, praesens fuisti. In quibus, quod in te fuit, gessisti te tam bene, tam gratamq. & iucundam nominis tui memoriam apud cunctos Ordines nostros reliquisti; vt summum in te praesidium constitutum esse, nostris omnibus fortunis arbitremur. Sed longè abs sum ab eo, in quo iure possem reprehēdi, vt longior fuerim, quasi te erudies, cum solum id fecerim, vt mearum huiusmodi vigiliarum, operosiq. laboris, quem in hisce rebus concinnandis tuli, te mihi praebeas aequissimum aestimatorem, & iudicem, quandoquidem in tuo nomine

nomine libenter acquiesco. De me autem sic statuas, non quasi officiosior in patriam, quam ceteri, quibus laudem hanc preceptam nolo; aut quasi electus, qui maiori ingenio, hoc opus susceperim: sed relictus ex omnibus, qui minori fastidio tantum huiusmodi onus sustineret; graue illud equidem, ac grauiissimum, verumtamen dignum, et dignissimum, in quo cuiusvis industria nerui contendantur. Videbatur autem leuius mihi propterea futurum, quod eo me opprimi libentius, quam reliqui omnes, conuiebam. Et verò de tuis laudibus non opus est dicere: cum tu is sis, quem nec nimis valde umquam, nec nimis saepe potero laudare. Sed ad earum ornamentum sat sit, quod iisdem Comitibus, ab ipso Rege nostro sapientissimo institutioni Philippi Principis, sibi charissimi, et clarissimi filij, propositus fueris, datusque illi non solum studiorum, atque artium, verum etiam animi, ac virtutis magister. Quid enim amplius ad tuam laudem augendam dici potest? Quapropter modum faciam. Extremum illuderit, te ut orem, et obsecrem, quoniam quidem doctissimus ille Antonius Augustinus, Tarraconensis Archiepiscopus, grauiissimus, et sanctissimus, atque omni honore, et memoria dignissimus vir, tum uniuersae Reip. tum mihi quidem, ob praclara multa ipsius in me officia, acerbissimo tempore ereptus est: me in eum, in quo ipse uiuens habuit, et ad tuum in me amorem, et ad meam in te obseruantiam, locum ut subdas; non quasi eam rem putem beneuolentiae, quae te colo, et reuereor, incrementum aliquod allaturam; sed ut nouo huiusmodi vinculo deuinciri me tibi, et obstringi cum patiaris, desiderium tanti viri optima hac consolatione leniatur. *Cesar Augusta. Kal. Sep. Ann. MDCXXIX.*

ARAGONENSIVM
RERVM
COMMENTARIUM

ARAGONENSEM Historiam scripturus, copiose satis iam, cum vulgaribus, tum Latinis literis ab alijs illustrata, id mihi tantum proposui, praecipua ut illius Capita summam perstringam, ea praesertim, quae ad explicandam Iustitiam Aragonum Magistratus vim, et dignitatem spectent. Cuius institutio cum ex ipsis Regni primordijs pendeat, Regnum verò, prius fuerit Suprabienense dictum: ab Hispania clade scribendi initium ducere oportet, unde haec omnia fuerunt, tanquam à quibusdam seminibus, orta, et concreta. Itaque Deo Optimo Maximo iuuante bene, rem ipsam aggrediar.

De Hispaniae clade,
& excidio.



ANNO ab orbe condito, MDCCCXIII. Na- 5913
talis Christi, Seruatoris nostri, DCCXIII. Grego- 714
rio II. Pontifice Maximo, Flauio Philippico Bardanio Imperatore, Childeberto II. Fracorum Rege, cum Vltimo Abdebelmelch Alcalifa summo Arabum in Africa imperio potiretur, eorum Ann. XCIII. Ruderici ultimi Gothorum Regis, & Regni maiestas, misera illa, calamitosa, nec factis adhuc deplorata clade, obsoleuit. Iuliani, Spartarij Comitibus, in primis nobilis, ac praecipui viri, perfidia, effectum memorant: ab eo siquidem Arabes, facti sibi de Cauae, aut Caiæ filiae ludibrio, vel ut alij tradunt, Fandinae, seu Faldrinae vxoris suae illato probro conuicij vindices, ex Africa in Hispaniam traiectos. Quibus, Ruderico Rege deuictis, sibi omnia vendicantibus, sub eorum dominatu complures Christianorum populi, vectigales manserunt, amore peculij nolentes feruorum subterfugere condicionem. Vnde Christiani ipsi, Muzarabes, quasi mixti Arabibus (Muza enim Arabicè Christianum significat) sunt vocati. Alij graue illud feruitutis iugum perpeti, indignum iudicantes, ad Asturum, Pyrenaeorumque montosa loca fugientes, in per fugium sibi & fortunarum, & salutis firmissimum, ipsos quidem montium anfractus adscuerunt. Hi in huiusmodi vastas, nec tamen longinquas solitudines relegati, & depulsi, ab impijs gentibus initio sprete, postea Diuina ope, Hispanici,

nici sanguinis ultores fuere, patriæq. salutis auctores. Eodẽ enim anno Pelagius, Fafilæ Ducis filius, Regio genere ortus, ipsius gladij reliquijs collectis, hostes superado, Asturum Regni sedem instituit. Sunt, qui afferant, nusquã constare illum Regali nomine insignitum fuisse, sed Infantẽ Pelagiũ tãtũ, ad hæc vsq. tempora vocitatũ. Ab eo, vt vt res ipsa se habuerit, Asturum Regnũ initium sumpsit: quod postea Ouetẽse, seu Legionẽse dictum, maximam Hispaniæ partem complexum est. Nostri nõ tam citò perdomiti, tardiũs Suprarbiensi Regno, quod primũ Aragonum diadematis fuit, initiũ dedere. Rasis enim Arabs, Arabicæ etiam historiæ scriptor, Cæsaraugustam urbem, Ann. Chr. 716 DCCXVI. biennio siquidem post, à Mauris captam refert. Cuius testimonio probabile fit, quod nõnulli scriptores prodidere: Mauros ipsos è Gallia Gothica reuersos, quam Prouinciã Narbonensem vocant, patria nostra potitos fuisse. Ea tandem obtenta, finitima loca vastarũt: post etiam summa ipsa Pyrenæorum iuga inuasẽrunt. Neq. verò à me hoc loco tã facillè exprimi potest, quæ solitudo tũc fuerit in opidis, quæ vastitas in agris, quæ fuga, qui recessus nostrorum, quàm deserta, incul ta, & relicta omnia: quippe cùm harum rerum vix vlla in literis exstent monumenta. Sed illud nequaquam silentio præteribo, Mauros eo tempore, arce quadã fortissima Oscẽsis territorij expugnata, ipsum Iulianum Comitem fortunis omnibus spoliatum, captiuum secum ducentes, in eadem catenis vincitũ, vt tã nefarij sceleris pœnas lueret, diu in carceribus positũ asseruisse, ibidemq. illum crudelem, & miserabilem mortẽ obiisse. Eam nos Calagurrim Iuliam Nasicam, Oscæ vicinã, & contributam, à Iulio Cæsare in suis Commentarijs memoratam (Loharre nunc opido nomen est) varijs ducti rationibus suspicamur. Exstant siquidẽ in ea quamplurima Romanorum ædificiorum vestigia: ipsiusq. Comitis sepulchrum hodierna die ab incolis ipsis ostenditur. Oscæ autẽ finitima, à germano, & prisco nomine nõ multũ abhorret.

De Cæsaraugustanæ Urbis oppressione.

VRBIVM autem de mediterraneis in Tarraconensi clarissimam fuisse Cæsaraugustam Pomponius Mela auctor est in eo, De situ Orbis, non magno quidem, sed aureolo libello, quem scripsit. At Diuus Isidorus sic eam commendat, vt cùm à Cæsare Augusto & sitam, & nominatam testetur: illam esse prædicet & loci amœnitate, & deli-

cij: totius

cij: totius Hispaniæ illustriorem, florereq. Martyrum sanctorum sepulchris. Iam verò illud notum, testatumq. est satis, postquam in ea Sanctissimũ Templum, de Pilari, vocatum, beato Iacobo maiori Seruatoris nostri Apostolo, constructum, primum in toto orbe terrarum Beatissimæ Virgini Mariæ dicatũ fuit: Christianam religionem numquã ab illius incolis desertã fuisse, sed retentã semper, ac pio cultu, pro Dei benignitate, seruatam. Nam post beatum Athanasium, ipsius Apostoli Discipulum, quem primum Cæsaraugustanensem Episcopum memorant: beatum etiam Felicem circiter Ann. Chr. CCXXV. in eadem Vrbe sedisse constat: atq. eum Diuus Ciprianus Fidei cultorem, ac defensorẽ veritatis appellat. Felicis autem Diuus Valerius I. successor fuit: ipsius verò Valerij Diuus Vincentius Martyr, Archidiaconus. Quo tempore, siquidem circiter Ann. Chr. CCC. maiores illi nostri celebrem illum Martyrij triumphũ in Decima persecutione Ecclesiæ reportarunt. Et ij quidẽ tot fuere, vt Innumerabiles propterea dicti sint: Diuumq. Lambertum, ac Diuam Encratem, & Socios ad simile factum eodem ipso tempore, ac loco pro Christi amore subeundum excitarent. Eorum autem omnium pretiosissimis exuijs Urbem ipsam ornatã possidemus. Postmodũ verò circiter An. Ch. CCCLXXXV. sub Damaso Papa, Gratiano Imperatore, insigne illud Nationale Cõcilium in eadem habitum fuisse ex Sulpitij Seueri, qui ipse penẽtum fuit, scriptis colligitur, non nullorum etiam Gallorum Episcoporũ frequentia celebratum: quo Priscilliani Galaici, Elpidijq. ac Instantij, & Saluiani error, Sãctorum Patrũ ibidem conuenientium suffragijs, dã natus fuit omnino. Ac si ad hæresim illam extirpandam, quæ tunc serpere, ac prodire cœperat, is locus commodior, qui tot esset Sanctorum spolijs refertus, censeretur. Cũq. postea Arriana hæresis, pestifera, & deterrima, latè disseminata, per aliquot Prouincias manauisset, totamq. fere Hispaniam occupasset: ipsam tamẽ Cæsaraugustam Urbem non attigit, quòd nostri semper, Omnipotentis Dei ope, stabiles, & firmi veræ Fidei cultores permãssissent. Cuius rei Childebertus, & Chlotarius Francorũ Reges ignari prorsus, cùm ingenti comparato exercitu ad Arrianos omnes conterendos ipsam essent Hispaniam adorti: Cæsaraugustam obsederunt circiter Ann. Chr. DXXXV. nostros penitus credentes esse eiusdem hæresis erroribus inquinatos. Quæ verò in ipsa Vrbe tunc gesta fuerunt, Gregorius Turonensis his verbis persequitur. *Cæsaraugustani, inquit, in tanta humilitate ad Deum conuersi sunt, vt induti cilicij, abstinentes à cibis, & poculis, cum tunica Vincen-*

A 2 tij Mar-

tij Martyris muros ciuitatis psallendo circuirent. Mulieres quoq. amictu nigris pallijs, dissoluta cesarie, superposito cinere (ut eas putares viro- rum funeribus deseruire) plangendo sequebantur. Et ita totam spem locus ille ad Domini misericordiam retulit; ut diceretur ibidem Niniuitarum ieiunium celebrari, nec estimaretur aliud posse fieri, nisi ut eorum precibus Diuina misericordia flecteretur. Hi autem, qui obsidebant, nescientes quid obsessi agerent, cum viderent sic murum circui, putabant eos aliquid agere melesicij. Tunc apprehensum unum de ciuitate rusticum, ipsi interrogant, quid hoc esset, quod agerent. Qui ait: Tunicam beati Vincentij deportant, & cum ipsa, ut eis Dominus misereatur, exorant. Quod illi tentantes, se ab ea ciuitate remouerunt. Sed Adon Archiepiscopus Viennensis, Annoniusq. & Gaguinus, ac plures alij scriptores, ea re audita, Childebertum, & Chlotarium Reges, commutasse animos produnt, protinusq. ab armis recessisse, quod nostros esse veræ Fidei cultores intelligerent. Immo Episcopo Urbis, primarijsq. Senatoribus ad se accersitis, doni, ac muneris loco à nostris ipsius Vincentij Martyris stola petiuisse, datâq. in patriam reuersos, Lutetiæ in Ecclesia sub illius sancti veneratione constructa collocasse. Ad hanc verò tantâ beatissimi Martyris deuotionem Reges fuisse inductos Germani Parisiensis Episcopi, integerrimi, & sanctissimi viri, suasionibus, Annonius testatur. At tunc in Cæsaraugustanensi Episcopatu Vincentium I. sedisse conicio; quem Ann. Chr. DXVI. Nou. mense, Petro Consule, in Tarraconensi Concilio interfuisse constat, in eoq. subscriptum inueniri: vel fortasse Valerium alterum, à primo diuersum; quem circiter Ann. Chr. DXXXII. Episcopum annotatum in quibusdam monumentis comperio. Atq. huic postea, interpositis alijs, Diuus Braulius successit; Sancto Isidoro ætate, & amicitia coniunctus: qui circiter Ann. Chr. DCXXV. Sanctarum Massarum Ecclesiam instaurauit. Sic enim priscis illis temporibus vocabatur sacer ille locus, ad Orbæ fluuij ripas in suburbano, quo nunc colitur, constitutus: ipsa siquidem spelunca, in qua innumerabilium Martyrum Cæsaraugustanorum, ac Diuæ Encratis, Sociorum, & Lamberti, Reliquiæ repositæ seruabatur. Olim autem ibi monachos Diui Benedicti degisse, manifesta omnibus, & nota res est: fuisseq. illius Fani religionem tantam, ut Ann. Chr. DCLI. Eugenium à Toletopatria ad huiusmodi dictorum monachorum cænobium, tanquam ad locum religionis insignem, ceterisq. alijs præcellentem, venisse constet: fuisseq. ibidem aliquandiu diuersatum. Cumq. in eodem esset ipsius Diui Benedicti deditus instituto: à Cinda-

duin-

duinthe Gothorū Rege Toletanoq. Clero in Toletanæ Ecclesiæ Antistite euectū, Eugenij III. nomine, claris vitæ operibus illustré fuisse. Sed hac de re libet modò non alterius, quàm Diui Ildefonsi testimoniū afferre. Sic igitur ille. Eugenius alter post Eugenium, Pontifex subrogatur. Hic cum Ecclesia Regia clericus esset egregius, vitæ a monachi delectatus est. Qui sagaci fuga Urbem Cæsaraugustanam petens, illic Martyrum sepulchris inhaesit: ibiq. studia sapientiæ, & propositum monachi inchoauit. Vnde Principali violentia reductus, atq. in Pontificatum adscitus, vitæ amplius virtutum meritis, quàm viribus egit. Postea verò dictam Ecclesiam ad Canonicos Augustinianos deuenisse proditur; longoq. temporis interuallo Oscensi Ecclesiæ fuisse contributam. Sed nostrorū patrū memoria à Catholicis Regibus valde amplificata est, ac monachis Diui Hieronymi commissa, & tradita: sub quorum pia, fideliqu. custodia ipsorum Sactorū Reliquiæ summa cum veneratione inuisuntur. Sed huiusmodi argumentum diligentissimè, ut cetera, Illustrissimus Antonius Augustinus, Tarraconensis Archiepiscopus, in epistola, quam ad memisit, pertractauit. Illius infra exemplum in extrema horum Commentariorum parte subijcere decreui; ut ad communis patriæ laudem tanti viri etiam testimonium accedat. Ex his igitur omnibus, & alijs quamplurimis apertè vetus illud de nostra Cæsaraugusta Vrbe dictum, fuisse verum, colligitur: eam nimirum matrem Martyrum, ac genitricem Sanctorū existisse; cum hoc in munere, ut Ciuis nostri Prudentij, clarissimi Poëtæ, verbis utar, non à Pænorum Vrbe, ac vix ab ipsa Roma superetur. Et hoc quidem, quod de Eugenio III. protulimus, vix Sexaginta annos ante Hispaniæ cladem euenit. Hic autem tam longè repetitus sermo eò spectat, ut à nascētis Ecclesiæ initijs ad ea vsq. tempora veræ & catholicæ Fidei cultū fuisse semper à maioribus nostris retentum, tantarum rerum in eadem Vrbe gestarum tam continuata, & perenni prolata serie, ostendamus: atq. ut cum vestigia nostra, quâcumq. per Urbem incedimus, in tot Sanctorum, ac Martyrum vestigijs posita viderimus; moueamur æquè, ac si eorum singula illustria facta, & gloriosa, quæ ob amorem Christi gesserunt, ante oculos proposita cernerentur; illamq. nobis afferant memoriam, quæ omnium præstantissima est, nempe ut acrius & attentius de illorum imitatione, ipsius Urbis admonitu, quæ illis, ac nobis communis est patria, cogitemus. Ceterum eidem, post Hispaniæ iacturam, ea mansit conditio; ut non afflictio rem, quàm reliquæ Vrbes, sed interdum etiam meliorem subierit fortunam. A cuius tandem rei nar-

A 3 ratio-

ratione, nostra huc omnis digressa est oratio. Vt igitur eò reuertamur; duos præcipuos Arabici exercitus ductores eo tempore fuisse commemorant: alterum, Muzam Abenzuyr; à quo Muzarabes fuisse appellatos nonnullis placet; alterum verò Tariff, quòd monoculus esset, Abenzarca Arabicè nominatum. Hi incredibili quadam celeritate nò modò ipsi Ruderico Regi exitium dedere, sed vniuersæ illius ditioni: quæ præter Hispaniam; Tingitanam prouinciam Africæ partem, propterea à Sex. Ruffo, & alijs Hispaniã Trásfretanam, & Hispaniam Tingitanam vocatam, quin & Galliam etiam Gothicam, continebat. Præcipitem namq. Maurorum furorem victrices antea Galliæ nequaquam potuerunt, nec ipso quidem Pyrenæorum muro, cohibere. In Hispaniam verò tanta atrocitate irruerunt, vt ex Ruderici Archiepiscopi Toletani sententia nulla ciuitas Cathredalis remanserit, quæ non fuerit oppressa, ab ipsisq. Arabibus occupata. Quas enim, vt idem testatur, vi nò poterant subiugare, falso fœdere decipiebant. Cùmq. militaribus copijs inter se partitis, quamplures ciuitates occupassent; ad Cæsaraugustæ oppugnationem ambo conuenerunt. Ea siue oppugnata, siue promisso fœdere intercepta, tandem potiri sunt. Christiani autem qui illam incolebant, alij captiui, & subdititij, Muzarabes manserunt: alij se in fugam ad Pyrenæos montes conferentes, Regnorum Suprabij, & Pompelonæ, quæ postea Aragonum, & Nauarræ titulis sunt comprehensa, instituta sede, liberationis patriæ initium fecere. Atuerò tunc Episcopum Bentium in nostra Vrbe fedisse apparet ex insigni, & iucundissima cuiusdam antiquitatis memoria, quam in peruetusto Codice sancti Ioannis Pinnatensis priscis literis notatam inueni. Canonica autem sancti Petri Tabernæ est inscripta. Id verò sancti Petri Tabernæ cœnobium Gothorum Regum temporibus fuisse celebre, inde etiam eruitur. Est autem in Ripacurtiensis regione situm. Sed nostris sæculis, vt audio, Ouarræ insigni monasterio attributum, priscum illud idem Tabernæ nomen retinet, & magnam quoq. antiquæ celebritatis memoriam. Ex ea igitur Canonica apertè satis, quinam fuerit, Hispaniæ cladis tempore, Cæsaraugustæ Urbis status, & condicio, percipietur. Nam ea tantummodò, quæ ad id pertineant, annotabo: ne plus quàm oporteat, longior sim.

*Sequitur tenor Canonica Sancti
Petri de Taberna.*

VENERANDVS pater Davidius suo tempore præerat in monasterio

nafterio Taberna. Et beatus Belascutus sub ipso erat primus in ipsius congregationis collegio. Et meritò. Qui beatus Belascutus quadam die ad scribendi studium secessit. In quo studio eum infirmitas corporis percussit. Quæ infirmitate diu, grauitèq. egrotauit. Infirmitate ergo tanti viri cum omni congregatione contristatus est valde Davidius pater prædicti monasterij. Solito more, cum omnireuerentia, & religione, vt tanto viro erat dignum, venerunt eum visitare, & secundum consuetudinem sanctæ Ecclesiæ ex Apostolica iussione Domino commendare; beato Iacobo dicente: Infirmitur aliquis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo In nomine Domini: & oratio Fidei saluabit infirmum. Quæ itaq. reuerentia visitato & omni cura, Ecclesiastico ordine, cæperunt reuocare memoria condicionem monasterij Taberna. Sed quia ceteris erat difficillimum, & antiqua vetustate contradictum: omni sollicitudine à beato Belascuto condicionem Ecclesiæ Taberna voluerunt inquirere, ut qui, ut diximus, sicut erat maior merito, ita & atate. Hic itaq. beatus vir acquiescens precibus Abbatis, & congregationis, fideliter, veraciterq. reuocauit memoria pro posse condicionem monasterij Taberna. Et sic incipit narrare. Nullus enim posset hoc dicere, postquàm ipse esset egressus è corpore. Hic plura cõtinentur, quæ ad propositum sermonem nihil attinent. Quæ verò omnino pertinere visa sunt, ea sunt huiusmodi. Decimoquinto anno Ordinationis suæ: loquitur autè de Bentio, què sæpius beatissimum Cæsaraugustanum Episcopum appellauerat: furor persecutionis inualuit. Quo tempore Rudericus Rex præerat Hispaniæ: & Sarraceni Hispanias sunt ingressi. Quorù furore persecutionis nullus Christianorum ante eorum oculos vnus remanere potuit. Hac persecutione cõtorta, sanctus Episcopus Bētius omnes discipulos suos in vnâ cōgregauit: & cū lacrymis ait. Videte Fratres, quanta sunt peccata Christianorù, vt diuina vindicta super nos mittat impijsimã gentem Sarracenorù. Nunc ergo filij acquiescite consilijs patris vestri, & cū codicibus vestris, & cū brachio Sancti Petri Apostoli, & cū alijs Sanctorum Reliquijs aut Romam pergamus, aut ad montes, ubi nos Sarraceni inuenire non possint, fugiamus. Cui vnus discipulus proterua mente respondit. Nuntius venit ad nos de impijsissima gente Sarracenorum, per quem promittunt, & iurant: vt quicumq. Christianorum cum eis habitare voluerit, se eis nullum malum facturos. Isto malo consilio turbati ceteri non acquieuerunt consilio patris. Cùm ergo audisset sanctus Episcopus, quòd discipuli sui non acquiesceret consilio salubri, nocte superueniente, brachium sancti Petri Apostoli, & Reliquias multorum aliorum Sanctorum accepit, & cum paucis de suis occultè de ciuitate fugit. Eo-

dem tēpore in terra ista Armentarius Comes erat. Ad quē beatus Episcopus fugiendo peruenit. Et ipse clementissimus Princeps ut eum vidit, quod conquereret: quid vellet, interrogauit. Cui beatus Episcopus ait: Cæsaraugustanus Episcopus fui, à facie Sarracenorum nunc fugi; & rogo te multum, ut si habes in terra tua Ecclesiam in loco tutissimo positam, dona eam mihi, ut habitans in ea brachium sancti Petri Apostoli, & Reliquias beatorum Martyrum, seu Confessorum, quas mecum habeo, recondam ibi. Cui benedicta memoria Armentarius respondit: Habeo Ecclesiam terminis locis positam, in honorem Sancti Petri Apostoli adificatam; placet accipere eam, & has pretiosissimas Reliquias recondere in ea. Beatus igitur Episcopus Bentius audiens, magno gaudio repletus, ad monasterium nostrum venit: & ut decebat, Abbas noster Dominus Donatus cum congregatione tota eum honorifice suscepit. Venit enim cum magno thesauro. Et tempore sua uita transiens, felici fine, requiescit in eodem loco. Eodem tempore strenuissimus Rex Carolus super gentem Francorum regnabat. Ad quem misit me Dominus Donatus: & indicaui omnia, qua erant gesta. Igitur ipse ut audiuit talia, promisit se venturum cum maximo exercitu, & cum nimio alimoniarum apparatu Hispanias, ut Sarracenos inde eijceret, & libertatem patriae recideret. Et propter amorē Sancti Petri Apostoli dedit mihi auctoritatem libertatis monasterij nostri; & insuper multa munera mihi concessit, & cum omni prosperitate ad nostrum monasterium me remisit. Ergo post regressum meum à Francia, sanctus Episcopus Bentius adhuc uiuebat: & ordinauit diē, ut dedicaret noua Altaria, in quibus sanctissimas recoderet predictorum Sactorum Reliquias. Consecrauit igitur Altare in honore Sancti Petri Apostoli, in quo reposuit brachium eiusdem Apostoli; & Reliquias de vestimento Beatae Virginis; & Reliquias de corpore Sancti Pauli Apostoli; & Sancti Andrea; & Sancti Jacobi, fratris sancti Joannis Euāgelista; & pretiosissimas Reliquias de sancto Laurētio Leuita, & Martyre; & alias multas Sactorum Reliquias, quas modo nō valeo nominare mea humilitate. Consecrauit Altare in honore sancti Joannis Baptistae. In quo reposuit Reliquias; Vasculum argenteum, plenum ex beatorum Apostolorum pretioso sanguine: & hoc dictum est certissime: & cineres de corpore sancti Joannis Baptistae; & de vestimento, & capillis sancti Joannis Euāgelista; & Reliquias aliorum plurimorum Sactorum: quas propter numerositatem non potui redere memoria. Consecrauit etiam Altare in honore sancti Stephani Protomartyris. In quo reposuit duos digitos de corpore eiusdem Martyris; & Reliquias de corpore sancti Bartholomaei Apostoli; Sancti Barnabae Apostoli; & sancti Cipriani Martyris; & caput sanctae Nulionis; & spatulam sanctae Alodia; & Crucis particulam de lignum Domini. His ergo rebus venerabiliter

biliter completis, conuocatis Episcopis totius prouinciae ordinauit diem Dedicacionis Ecclesiae. Et fuit dedicata cum magna honorificentia. Huic Dedicacioni interfuerunt septem Episcopi, & predictus Comes Armentarius, & vir nobilissimus nomine Redemptus, & ego peccator Belascutus. Et iuro uobis fratribus meis dilectissimis per diem tremendi iudicij, quod hoc, quod uobis exposui, in ueritate dixi: quia oculis meis uidi: & aliqua, quae nō uidi, de ore fidelium audiui: Hæc Beatus Belascutus dixit, & infirmitate pressus siluit, & bonis operibus: Kal. Aprilis: ad calorū regna transiuit: & iuxta Altare Sancti Petri Apostoli sepultus: Imperante Domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat per omnia secula: Sunt Reliquiae multae: quorum delectatu sunt notamina. Et ibi est caput: In minori uero est Vasculum argenteum, in quo habentur multae Reliquiae Sactorum: Iusti, & Pastoris, & Sanctarum Iustae, & Rufinae. Et est ibi scriptum, sicut superius prænota: Belascuti. Ita uidimus esse in Altaribus. Hæc itaq. in ea Sancti Petri Canonica memorantur. Quibus quæ fides adhibenda sit, affirmare non aufim. Affirmabo autem nimis uerè, me ita ea omnia exarata inuenisse in dicto peruetusto Codice Pinnatenfi, antiquis literis, atq. adeo veteri pergameno descripta, ut magnam speciem præferant, meo quidem iudicio, ueritatis. De Bentio autem nihil sanè uispiam mihi legisse uideor: tantummodò coniectura ducor ad suspicandum, eum cōtinenter Baldifredo Episcopo successisse; cuius in Decimotertio Concilio Toletano Ann. Chr. DCXXCIII. Eruigio Rege, habito mentio fit. Siquidē in eo Freydebandus Abbas, Vicarius Baldifredi, Episcopi Cæsaraugustani, subscriptus exstat. Et eundem etiam Baldifredum constat interfuisse duobus alijs Concilijs Egicæ, siue Egicanis Regis tēporibus, in eadem Vrbe Toletana, habitis: priori quidē, Ann. Chr. DCXXCII. Posteriori uerò, Ann. Chr. DCXCIII. à quo septem tantum anni interferuntur usq. ad Ann. Chr. DCC. quo Bentium Cæsaraugustanæ Ecclesiae præpositum fuisse, Belascuti testimonio comprobatur. Annum enim Hispaniæ cladis, quem DCCXIII. fuisse diximus; Belascutus ipse decimum quintum Annum Ordinationis, id est, ut interpretor, Episcopatus ipsius Bentij Episcopi nominauit. A numero autem annorum Hispaniæ cladis quindecim his annis deductis, fit æquè, ut Bentius Episcopatum dicto anno DCC. obierit: qui non longiori quàm septem annorum interuallo, ab uiltima ea Baldifredi Episcopi memoria distat, quam retulimus. Sed mihi propositum hoc loco non fuit

fuit Cæsaraugustanorum Antistitum narrationem persequi. Nam id in eum librum differimus, quem de eorum serie à nascētis Ecclesiæ ini-
tijs ad hæc vsq. tempora meditamus. Fuêre autem plures alij, quàm à
me supra memorati sunt: quorum nuda tantum nomina curabo in ex-
trema huius capituli parte in lectoris gratiam percensere. Illud tantum-
modò facere studui, vt Bentium Baldifredo successisse, eorumq. ac tē-
porum rationem, perquam optime cum dicto Belascuti testimonio
cohærere, indicarem. Et verò Donatum eo tempore, Abbatem esse Ta-
bernæ monasterij, de quo hæc gesta ponuntur, ex iisdem ipsis Belascu-
ti verbis perspicuum fit: itidemq. tunc Armentarium Comitem apud
nos alicuius magnæ ditionis, ac Ripacurtiensis fortasse, fuisse potitum.
Sed eorum nullam aliam, præteream, mentionem obseruauit. Redem-
pti verò nomen in vetustis alijs monumentis memini profectò me le-
gisse, tenuisseq. illustris viri locum apud nos, non tamē quo anno, præ-
terquam in hæc tempora. Tot autem Sanctorum Reliquias, & quod
magnum est, sancti Petri Apostoli brachium ad nos vnquam allatum,
stupesco; tamdiuq. si ita est, in eodem Tabernæ monasterio asseruari:
cùm tantæ rei nullam memoriam, neq. in prisca Annalibus, neq. in po-
sterioribus, tum nostris, tum etiam externis inueniamus. Audio tamē,
dum hæc scribo, in Ouarræ monasterio, cui dictum Tabernæ cœno-
bium, vt paulo ante diximus, attributum fuit, brachiū quoddam in ma-
ximo honore haberi sub nomine sancti Petri Heremitæ, non autem
Apostoli. Fortasse à nominis similitudine ortus est error. Quod si id
verum esset, & gloriāda, & prædicanda, & multis alijs antiquitatibus
nostris præferenda hæc esset. Sed istius veritatis inquisitionem nemo
à me exigat: eis enim, qui plus pollent antiquarum rerū scientia, liben-
ter concedo. At dum ibi Caroli Francorum Regis mentio fit: non de
Carolo Magno, sed de Carolo Martello, Pipini patre, intelligi debere
existimo: quem circiter Ann. Chr. DCCXXV. Francis imperare cœ-
pisse, Annales eorū attestantur. Quid? quod, & referri ea potuissent ad
Carolum Magnū, Pipini filium. Is enim, vt auctor est Aemilius Ann.
Chr. DCCLXIX. Regnum iniit. Quo tempore, seu nec diu postea,
Belascutus eum Galliæ inuisere potuit, cùm tantum ætate processisset,
vt illius oratio senectutis plena à Dauidio Abbate & alijs Monachis, Be-
lascutum ipsum, moribundum iam de antiqua monasterij condicione
sciscitantibus, haberetur. Ille autem moriens, cùm iam ceteris ex parti-
bus oppressa mens esset, extremum videtur sensum suum ad proferen-
dam istius antiquitatis memoriam reseruasse. Sed mihi magis placet, vt
eage-

ea gesta ad Carolum Martellum refferamus. Ceterum Belascuti obitus
dies, & multa alia ob vetustatem legi non potuerunt: propterea à nobis
adhibita fuêre tot puncta. Iam verò, ne longius labar, quisnam Cæsar-
augustanæ Urbis status fuerit, cùm in Maurorum potestatem venit,
ex ipsius Canonice verbis apertissimè elicitur: simulq. etiam verum ef-
se id, quod omnium traditum est sermone, plures in ea Christianos, fal-
sis Arabum promissionibus deceptos, mansisse, vectigalia ipsis Arabi-
bus persoluentes. Vt enim Episcopus Bentius testatur, noluerunt salu-
bri illius consilio acquiescere. Hi ergo postea septi, & inclusi in Parro-
chia Virginis Mariæ de Pilari, quamdiu Mauri Urbem tenuerunt, habi-
tarunt. Quo tempore Societatem, vulgò Confratram, Beatæ Mariæ
Maioris, & de Pilari, per insignem, antiquissimamq. etiam in antiquis-
simis monumentis vocatam, initam fuisse, maiorum memoria tradi-
tum est, veteribusq. apparet ex scriptis: quamuis nonnullis altiora illius
initia repetenda videntur. Iam illud satis liquet, clarissimo illius, ac re-
ligiosissimo Templo, eodem ipso tempore Maurorum, non modò Ec-
clesiasticos viros, sed quandoq. etiam ipsos Urbis Episcopos præfuisse.
Qui verò à nascentis Ecclesiæ primordijs ad Arabum in Hispaniam
aduentum (cuius rei narrationem hoc loco suscepimus pertractādam)
in ea Vrbe Episcopi sederunt; hi sunt. S. Athanasius, Beati Iacobi Apo-
stoli Discipulus, è nouem ab eo, vt proditur, ad Christianam nostram Fi-
dem Conuersis vnus. S. Felix: S. Valerius I. Valerius II. Clemens: Co-
stus: Vincentius I. Lucius: Valerius III. Vincentius II. Simplicius: Ma-
ximus: Ioannes: S. Braulius: Taius: Baldifredus: ac Bentius tandem, cu-
ius causa in hanc incidimus eorum, qui ipsum antecesserunt, mentio-
nem. Ceteros autem, qui post eum ad nostram vsq. ætatē sequuti sunt,
nominatim alio in loco curabimus proferendos. Sed nunc ad rem.

De Suprarbiensis Regni initijs.

CVM multæ autem, ac variæ sint scriptorum sententiæ, quo tem-
pore Suprarbiense Regnū orsum fuerit, quiq. primi eidem præfuere,
Reges ne, an Duces bellorū, censendi sint: nos res gestas persequemur,
Regumq. & temporum seriem, quemadmodum in opinione nostra
posita est: postea instituta disputatione, in qua veritas limetur, consi-
lij nostri rationem explicabimus. Nec verò me fugit, nequaquam esse
diligenter nimis in ea, quæ à maioribus sunt tradita, inquirendum. Sed
confusius

cōfusiūsa cta res est, quā quæ potuerit rectè silentio præteriri. Quāobrem nequaquam verebimur, dum oporteat ad ipsam veritatem illustrandam, tritas relinquere, & nouas alias inusitatas vias indagare: præsertim cū ijs vti tantummodò argumentis statuerimus, quæ perspicua omnibus nitantur veterum monumentorum veritate. Itaq. perducam nunc ad finem, quam antea cœperam enarrare patriæ nostræ iacturam: vnde Suprarbiensis Regni initium ductum est.

Cæsaraugustana igitur Vrbe ab Arabibus capta, & oppressa, breui tempore omnia circumcirca opida, municipia, ac regiones in eandem prorsus fortunam deuenerunt. Christiani enim, qui tunc ea incolebant, à quorum maiori parte de ipsa condicione seruiendi, ab infidelibus oblata, recusatum fuit, patrias suas deserentes, aufugerunt; montesq. Pyrenæorum loca petentes, in ipsis asperrimis faxis mansiones suas, quasi casae, pastorum more, lignis, syluestriumq. arborum frondibus tectas, collocarunt. Cū autem sparsi cum Arabibus sæpè decertarēt, ipsos superare nō poterāt. Itaq. Tercēti ferè ex ipsis collecti, speluncam prope Iaccetanam Urbem in Vruēlis monte sitam, naturaloci omni aditu circumcisam, ingentiq. crepidine obsessam, sibi in arcē statuentes, communierunt, sperantes se in eadem, vt Pelagio ad Aseu uæ montē euenerat, Arabum furorem euasuros. Vnde nostris aliquandiu nō receptaculo solūm, sed incurfionibus etiam, ac molestijs in hostes inferēdis aditus cœpit patēre. Abdulazizius, eo tempore, in locum Muzæ Abenzuyri, eius patris, præfecturæ Arabum in Hispania sub eodem Alcalifa Vlith præpositus erat: Egilonamq. Ruderici Regis viduam, vxorem ducens, Hispali sui imperij sedem constituerat. Is, vt accepit, quæ à nostris ex spelunca parabantur, timens, ne sibi, & suis inde, quemadmodum à Pelagio ex Aseuuæ monte, aliquod graue damnum inferretur; ad nostrorum impetus coercendos statim iussit suorum militares copias accersiri. Quarum ductor effectus quidam Abdemelichus Abencatanus, speluncam ipsam obsidione cepit: Christianosq. omnes, qui ibi aderant, nedum viros, sed feminas, ac paruulos lactētes, vberibusq. matrum inhiantes, gladio iugulauit, ac præsidia omnia, ibi à nostris parata, funditus euertit. Cuius ruinæ nonnulla hodie exstāt vestigia. Deinde ad finitima loca arma conuertens, horribili furore, ferro, igneq. cūcta vastauit. Sed Abdulazizio à suis Ann. Chr. DCCXIX. Hispali interfecto, Abdelemichus, eare comperta, de priuatis rebus cogitans, suas copias reuocandas statuit, ad planiciemq. regressus fuit, in arcibus primarijs, suorum præsidijs constitutis. Tunc nostri, qui cladē euaserant,


euaserant, fusiq. per agros vagabantur, erigere animos cœperunt, & ab hostili metu plusculum respirare. Abdemelicho namq. ad plana loca descendente, seditionibus ciuilibus inter suæ factionis gentes subortis implicato, nostri in montanis ipsis, & vicatim habitare, & liberius degere potuerunt. Euenerat autem, vt quidam integerrimus, ac sanctissimus vir, nomine Ioannes, iam ante incolere cœpisset speluncam illam, in ipso Vruēlis monte, vt diximus, constitutam. In qua Sacellum Diuo Ioanni Baptistæ dicatum, tenuē, & exile, quæ eius facultas fuerat, construens, omne tempus ætatis suæ, Anachoretarum instituto deditus, piē, ac religiosè traduxerat: melius sibi statuens in summa egestate degere vitam inter feras, quā cū hominibus in eomotu temporum, tantaq. rerum conuersione, ac perturbatione versari. Is ab Atares nomen suum traxerat, Ioannesq. Ataresius dictus fuerat, quòd opidulo ita appellato natus fuisset. At dum mortuus fuit, magna à nostris coli religione cœpit: iam vt sine vlla dubitatione crederetur in concilio Cælestium collocatus. Istius ergò tanti viri duo Cæsaraugustanenses fratres, Otho, seu Voto, ac Felix nominati, & vestigia persequi, & eadem ipsa inire vitæ, ac virtutum cubicula decreuerunt. Cūmq. aliquantulum progressi fuissent in eo genere, cursuq. viuendi: mox eosdem alij duo consequuti sunt, Benedictus siquidem, & Marcellus. Hi mira religionis societate coniuncti, Orationibus, ieiunijs, alijsq. virtutum operibus Omnipotentis Deo assiduè vacabant. Totitaq. claris sanctitatis testimonijs clarior ille locus effectus, à nostris cœpit frequenter visitari. Eò namq. conuenientes, in tuenda Fide Catholica, ac ferendis patienter aduersitatibus non mediocriter confirmabantur. Dei tandem nutu, cū aliquando illuc plurimi Christiani vndiq. collecti conuenissent, seq. patria pulsos, vastas montium solitudines, quæ alioquin feris à natura datæ fuerant, nec dum tanquam aduenas, aut hospites, sed tanquam prædones potiùs, incolentes viderent, ac pia, & sacra loca ab ipsis Mauris, tot victorijs grassantibus, profana haberi: quæ summa Dei bonitas est, effecit, Vt in hac maiori nostrorum mœstitia, & languore insperatæ sibi salutis adsciscendæ amplissimus aditus patefieret. Quippe cū Infantis Pelagij, ac suorum in Asturia splendor, & virtus aduersus Fidei hostes, in dies crebriùs peruehertur, & quæ, ac quanta mirabilia illis decertantibus contigissent: nostri, vt credere licet, Diuina quadam vi ad paria aggrediendum excitati,

B vnicum

unicum sibi refugium, ac tot malorum remedium statuerunt, videlicet: ¶ *VT* legibus militaribus astricti in Maurorum ruinam sub Vnius tandem imperio conuenirent. ¶ Vnde Suprarbiensis Regni initium ductum fuit.

*SVPRARBIENSES
REGES VII.*

Garfias Eximini, Suprarbiensis Rex I.




MAGNIS namq. prius ad Aediculam illam Sacram ab omnibus actis vigilijs, ieiunijsq. nec non & Orationibus, ac precibus multis, vt Omnipotens Deus placaretur, effusis, demum quadam die, Sacrificio Missæ Sactissimo celebrato, vna voce, suffragijsq. cunctis, Garfias Eximini, fortis, & strenuus vir, qui & ipse Regio Gothorū sanguine, vel, vt alijs placet, Hispano genere antiquo ortus erat, tāquam præcipuus militariū copiarū ductor, atq. imperator, electus fuit, & cōstitutus Rex. Is ante Hispaniæ excidiū, locorū Amescuæ, & Abarcuæ in Cantabrorū regione fuerat potitus. Quibus postea à Mauris occupatis, se in eam altitudinem montium contulerat. Cūmq. in ipso congressu adesset, Regali titulo salutatus fuit. De Anno, quo hæc gesta fuere, inter scriptores non conuenit. Multi enim multa dicunt. Nos potissimum hac in re antiquam Pinnatensem historiam sequemur: quod nulla ea certiora, magisue illustria nostrarum rerum monumenta statuamus: à quibus videtur non multum differre Beutherius Valentinus. 724 Itaq. vt ex his percipi potest, circiter Ann. Chr. DCCXXIII. hæc facta conijcimus. Garfiam autem hunc non Ducis, sed Regis nomine insignitum fuisse, vetus, ac constans opinio est; à nostrisq. propterea

pterea id consultò factum; vt & sibi ipsi nouæ dignitatis tuendæ nouus stimulus adderetur, Maurosq. Regalis nominis maiestate maior timor inuaderet: iam vt ferè Regni nostri initia iure possint Pelagij Regni initijs adæquari. Nouus igitur Rex noui Regni obeundi sibi traditam molem suscipiens, iurisiurandi religione omnes nostros astringi voluit; quæ sibi placerent, sequuturos. Ea autem cū præstaretur; nostri plures animi magnitudine, quàm numero, quasi futuri boni euentus præfagi, insultantes, nouo quodam bellico furore perciti sunt. Aderant autem non longè à Iaccetana Vrbe. Ad illius tamen expugnationem adeundam minime se fore statuerunt viribus, aut potentia æquales: eò quòd esset Maurorum firmissimo præsidio communita. Vt autem eis nuntiatum fuit, ab Aynsæ opidi irruptione, quod Ripacurtiensi ditioni est finitimum, non tam difficili aditu prohiberi: noctis silentio, Iaccam prætereuntes, ne à Mauris deprehensi impedirentur, per deuios saltus iter facientes, improuisò in ipsum Aynsæ opidum irruerunt. Atq. vt sperabant, euenit. Nostri enim Aynsam occuparunt: breuèq. Christianorum vndiq. omnes suas copias eò contrahentium collecta multitudine, castellis, atq. arcibus eam communitate cœperunt, vt quos timebant hostium impetus, sustinere possent. Mauri illico, permagna suorum armatorum manu comparata, nostris immane excidium laturo conuenerunt. Maximam enim victoriæ spem in ingenti eorum numero reposuerant. At Garfias Rex non intra mœnia continere solùm, sed Mauris obuiam ire posse ratus; acie cum illis dimicaturus contendit. Innumerabilem autem eorum multitudinem vt inspexit, ad extrema ventum arbitratus est, nequè aliunde petendum esse, quàm à Diuino numine præsidium. Cūquè sibi, & suis necessariò confligendum videret, in Diuinæq. virtutis auxilio, potius quàm in humana vlla potentia relictam spem: nostris animos addere, & ad gloriosam mortem obeundam excitare cœpit. Iphis tunc, omni spe dempta, ad necem, vt credebant, properantibus, memoriæ proditur, cæleste signum in aëre apparuisse: Crucem scilicet rubeam, supra viridem arborem, Quercum nomine, aureo veluti in clypeo positam. Qua inspecta, certissimum sibi futuræ victoriæ præfagium statuentes, ad acrius pugnandum commoti sunt. Itaq. Diuinam opem, ac beati Ioannis Baptistæ implorantes auxilium, quòd pro Fidei veritate certarent, libero cursu in Mauros irruerunt; summaq. dimicantes

contentione, tandem omnes eorum copias profligarunt, Garfiam ipsum denuo, quòd tã gloriofè de Mauris triũphasset, Regè Gloriosissimum, & Inuictissimum, maximo applausu, & perhonorifica militari congratulatione, acclamantes. Inde ea Regio Suprarbiensis Regni nomen sortita est: Suprarbiensiq. Regno, Regi, & posteris cælestis supra arborem Crucis signum, Regiæ dignitatis stemma clarum enituit. Neq. aliundè fluxisse, constanti, veteri, & illustri fama, literisq. & memoria celebratur. Aynsæ autem opidum, arx primaria nostris constituta, propterea caput fuit antiqui Suprarbiensis Regni: in cuius nomen paulatim, quæ acquirebantur opida, cessere. Garfias verò Rex tanti diuinitus in se collati beneficij non immemor, Sacellum sancti Ioannis Baptistæ in Vruëlis monte, vt diximus, situm, plurimis donis ornādum, & locupletandum curauit: quod postea celebre fuit sibi, & posteris Regibus monumentum. Ab ipsa autem rupe vasta, in qua erat excissum, sancti Ioannis *de Pinna* dictum est. Multæ postea res à nostris contra Mauros feliciter gestæ sunt; nonnullaq. opida in Cantabria ab eorum manibus erepta & seruata: quibus Garfias Rex Suprarbiense Regnum, suamq. ditionem amplificauit, & auxit. Tandem amplissimam gloriam propterea consequutus, mortem obiit, Beutherio teste, Ann. Chr. DCCLVIII. 758 Eo mortuo, ad Garfiam filium ex Innica, seu Enenga vxore susceptum, ob eamq. causam Garfiam Innici appellatum, omnium consensu, & voluntate Regnum delatum est. Et verò habita temporum ratione, dicere cogimur, primi istius Regis filiam fuisse, Momeranam, seu Muninam illam, quæ ex Alfonsi Sapientis, Castellæ Regis, Toletaniq. Archiepiscopi Ruderici sentetia, Ann. Chr. DCCLV, Froilæ, seu Fruelæ Legionensi Regi nupta fuit. Nam etsi ea alioquin illius Hedonis, Andecæ filij, filia statuatur, à quo postea nostri Aragonenses Comites, vt paulo post demonstrabimus, profecti fuere; veruntamen ipsi ambo in suis scriptis memoriæ prodiderunt, Muninam illam, Regia Nauarrensi progenie ortam esse: iam vt Garfiam hunc, Regem extitisse, graui hoc eorum testimonio comprobetur; cum in hæc tēpora neminè alium, præter eū cis Pyrenæos regnasse perspicua omnibus, & nota res sit. Suprarbiensem verò, non autem Nauarrensem cēsendū esse, & quid ipsi senserint; indicabimus postea in eo Capite, in quo varias scriptorū sentetias de Suprarbiensis Regni inijs perstringemus. Fabricius Gaubertus, nonnulliq. alij, qui res nostras scriptis prodidēre, in hac prima istius Garfiæ Eximini Regis electione antiquum

antiquum Suprarbiense Ius conditum, Magistratumq. Iustitiæ Aragonum institutum tradunt. Nos aliorum sententiam sequuti, ea primo Interregno, de quo paulò post, subiicienda duximus: tametsi hoc tempore aliquod illis initium fuisse datum, facillimè credam.

Garfias Innici I. Suprarbiensis Rex II.



G A R S I A S ergo filius, eodem Ann. DCCLVIII. Regnum adeptus, amplificandæ ditionis suæ cupiditate commotus, bella cum Mauris acerrimè gessit, nonnullaq. ab eorum potestate opida eripuit. Inter quæ, Pompelon, Vasconum primaria Vrbs, magis, magisq. sui nominis gloriam illustrauit. Ea, Irunensis ciuitas vernacula lingua vocari consueuit; Bambalonamq. Carolus Princeps, nimirum ab Vuamba Rege, minimè verò Pompelonem, seu Pompeiopolim, à Pompeio Magno, vt pleriq. tradunt, nominatã vult. Qua de re tam feliciter gesta, siquidem quòd tam celebrem Urbem à fœda Maurorum seruitute liberasset; ad Leonem III. Pont. Max. legatos decreuit Garfias Rex, Maurorumq. vexillum misit, quod in ipsa expugnatione ceperat, tanquam victoriæ partæ signum, & trophæum. Inde Pompelonensis, siue Pompelonensium Rex vocatus fuit. Nec diu tamen tantæ Urbis potitus. Paulò etenim post in Maurorum dominatum redijt. Et verò eam constat tristissimis illis temporibus in magna varietate, ac conuersione rerum versatam fuisse, atq. adeo etiam totam ferè Nauarræ Prouinciam. Nam & à Mauris sæpius vi oppressa fuit: tum & ab Asturiarum Regibus, tum & à Suprarbiensibus nostris obtenta: ac tum in Gallorum quoq. decêdit imperium, cum Carolus Magnus, Pyrenæos transcendens, à Maurorum manibus extorsit illam, funditusq. ipsius muros iussit euerti. Propterea nec mirum, quòd quæ tot fluctibus fuerit iactata, plures etiam expugnato-


802 pugnatores habuerit. Quorum vnus, hic Garfias Rex fuit: parumper tamen, vt diximus, eiusdem potitus. Deniq. Regio munere gloriose perfunctus, interiit Ann. Chr. DCCCII. vel circiter. In Pinnatenfi Sacello sepultus fuit. Fortunium filium reliquit, Suprarbiensem Infantem appellatum, qui illius protinus fuffectus est heres. De cuius matris nomine compertum nihil habeo: præterquam quòd ex priscis quibusdam Pinnatenfis Ecclesiæ monumentis, quæ apud me exstant, Domnam Totam, colligitur eam dictam fuisse. Sub hoc autem secundo Suprarbiensi Rege Garfia, Azenarius vir clarus, & præstans, primus iniit inigne Aragonum Comitatus nomen, ac munus.

Aragonensis Comitatus initium.

NAM interea dum Pompelonense, quod diximus, bellum ab ipso Garfia Innici, Rege gerebatur; memoriæ proditur, strenuum quendam militem, Azenarium nomine, Hedonis Aquitanix Ducis Nepotem, ex Cantabria in hæc Pyrenæorum loca aduentasse, ipsius Garfiæ Regis stipendia meriturum. Is Iacetanam Urbem adortus, ea, nonnullisq. alijs finitimis opidis, sua, suorumq. virtute expugnatis, ab ipso Rege donatus fuit: atq. vniuersæ huic regioni, quæ vix decem & sex millia passuum latè, longèq. patebat, Comes præfectus. Cùmq. à duobus Aragonijs flummibus, quorum ripis ferè constituitur, Aragonia vocaretur; his temporibus Aragonum Comitatus nomen adsciuit: à quo postea Aragonenses Comites fluxere. Aragonensi verò Comitatu, & Suprarbiensi Regno, deinde subiunctis, clarum inde, vt infra explicabimus, Aragonum Regni nomen dimanauit: quod postea clarius in toto Orbeterarum clarissimis victorijs factum fuit. Sed de his iam dicendi locus erit, cùm ipforum Comitum seriè persequemur. Quare nunc ad institutum de Suprarbiensibus Regibus sermonem redeamus.

Fortu-

Fortunius I. Suprarbiensis Rex III.




FORTVNIVS itaq. I. Garfiæ Innici F. Garfiæ Eximini N. què Suprarbiensem Infantè; quasi heredè Regni futurum, vocari solitum memorauimus, patris mortui fuit, omnibus annuentibus, imperium consequutus. Illud verò Fortunij nomen idem cum Ordonio esse quibusdam placet. Vix terdecim annos regnavit. In his autem amplissima gesta celebrantur. Anno enim ipsius Regni Septimo, Natalis autem Chr. DCCCIX. ad Pyrenæi radices (Roncauallis loco 809 nomen est) pugnam illam commissam constat: qua, vt Aemilij Gallici scriptoris verbis vtar, *nulla vnquam Francorum clade nobilior, nec fama celebratior visa est*: si quidem in ea notissimi illi Francorum Duces, ac primarij heroës deuicti, Bernardi Carpij memorabili, & eximia virtute, Marsilio Mauro Cæsaraugustanensi Regulo, opem ferente, interière. Ac Garibaius quidem probabile fit, hunc Fortunium Regem eo in prælio interfuisse; acriterq. in Francos dimicasse. Sed incertum existimo; saltim à nullo alio præterquam ab eo testatum comperio. Et verò, vt ego arbitror, quo tēpore ea pugna commissa fuit, Nauarra in istius nostri Fortunij Regis potestate non erat: sed sub illius Alfonso Legionensis Regis imperio, qui ab ipsis Francis clarissimā huiusmodi victoriam reportauit: tametsi sat sciò id Ambrosio Morali, grauissimo Historico nequaquam placere. Illud quidem satis exploratum est, quod idem ipse Garibaius scribit, Fortunium hunc, aliquot Maurorum copijs in ditio nem suam insultantibus cùm obuiam prodijisset, ad opidumq. Olcassæ, acies conuenissent vtrinq. postquam diu acriter pugnatum fuit, fuisse tandè ab ipsis Mauris celebrè victoriæ triūphū cōsecutū: Rōcallēsifq. vallis habitatoribus, quòd in eo prælii præstātem operā nauauissent, inigne illud Ingenuitatis, qua hodie gaudent, Priuilegium irrogasse. Quod Garibaius ipse se legisse perhibet: in eoq. istius Fortunij Regis, ac Sanctij filij, qui cōtinenter sequitur, clarissimam fieri mentionem:

B 4 Vthos

Vt hos Principes, qui primi nobis præfuere, Regale nomen adsciuisse, dubitandum non sit. An verò Suprabienfes, an Pompelonēfes, seu Nauarrenfes dicti, ea controuerfa res est, plenaq. diffenfionis inter fcriptores: de qua infra, vt à me paulò est ante dictum, copiofius difputabo. Demum Fortunius hic Rex, fugatis Mauris, ditone fua aliquantulum paccata cõftituta, circiter Ann. Chr. DCCCXV. mortuus fuit: illiusq. corpus in Sacello Pinnatenfi humatum. At Galindum, Comitem Secundum, conftat fub eius imperio Aragonenfibus præfuiſſe.

Sanctius Garfiæ, Suprabien-
fis Rex IIII.



SANCTIVS igitur Garfiæ, Suprabienfis Rex IIII. Fortunij. I. F. patre mortuo Regnum occupauit. Iam enim vfù inoleuerat, vt Regale munus ipfi ftirpi Regiæ traderetur. Illud verò Garfiæ nomen apertè conftat Regē hunc, patrē, atq. auū, in illius Garfiæ Eximini, primi Suprabienfis Regis, memoriam vſurpaſſe. Tum & illud etiā fatliquet, quod omnes teftantur, Nauarræ Prouinciam, totam ferè huic Regi Sãctio in fui Regni initijs fubditiam fuiſſe: fiue quòd à Legionenfibus Regibus defciuiſſet iam, fiue fortaffe quòd à Mauris vindicata, de eorū manibus nunc eriperetur. Sed quī id euenerit non proditur. Hoc tamen certum ponitur, hunc ipfum Regem cū in ipſos Mauros denuo profilientes, magno comparato exercitu Decimo feptimo Regni fui anno, qui fuit Ann. Chr. DCCCXXXII. prælium committeret: hoſtium multitudine circumuentum, vna cum Quinto Aragonum Comite, Garfia, fuiſſe necatum. Siquidem fub hoc Rege tres Aragonum Comites extiterunt: Eximini fcilicet duo, qui tertius & quartus, Comites numerari debent; ac vnicus iſte Garfiæ, qui quintus ordine Comes fuit: ac verè quidem non honoris tantum, fed & calamitatis comes, ac focius appellandus; quando quidem vna cum hoc Rege victus fimul, & occiſus eſt. In hoc autem prælio Muzam Abenheazin, tertium Cæſarauguſta-

ſarauguſtanenſium Maurorum Regulum, Arabici exercitus ductorē fuiſſe comperio. Etenim is, cū alioquin Chriſtianus natus fuiſſet, Mahmeticæ ſectæ ſe addixerat: & à Cordubenſi Rege deficiens, Tole tum, Valentiam, Cæſarauguſtam, Tutelam, Oſcam, ac magnam deniq. Hiſpaniæ partem parere ſibi coegerat armis, & vi. Quarum rerum magnitudine elatus, ſuperbum Miralmuminimij Hiſpanienſis cognomen tum, quo inter Arabes ſumma Imperatoria Maieſtas deſignatur, vſurpauerat. Poſteà Pyrenæos traſcēdens, Galliam Gothicam inuaſurus; à Carolo Caluo Francorum Rege, qui eius potentiam non mediocriter pertimuerat, magnis muneribus, ac donis delinitus, reuocatus fuit. Et inde rediens cū in hunc noſtrū Regem impetu magno irrupiſſet; teterrimum eidem, quem diximus, & vitæ, & Regni intulit finē: ac Põpelonē Vrbem adortus, eandem, magnamq. Nauarræ partem, atq. alia cis Nauarram opida, perquàm celeriter occupauit. Tunc noua etiam perturbatio rerum viſa eſt. Sanctij enim Regis corpore ad Pinnatenſem Eccleſiam, quā amplificauerat ipſe, delato; quòd ſine prole obiiſſet, Suprabienſe, ac Pompelonenſe Regnum ad vltimum quaſi interitum deductum, denuo inſtaurari oportuit. Vnde benignitate Dei Aragonenſium libertatum origo.

Primum Interregnum.

ETENIM huiusmodi clade Chriſtianis illata, in qua etiā dictus Garfiæ, Quintus Aragonenſis Comes, victus occubuit; qui ex ea viui euferant omnes, ſe ſe ſtatim in fugam contulerunt: Nauarrenfes quidem finitima opida Nauarræ petentes, urbē ſuam deſerere coacti ſunt. Noſtri verò, quos Sexcētos fuiſſe perhibetur, Pinnatenſem ſpeluncam illam adierunt. Ea enim non ſolùm veluti ædes ſacra illis temporibus colebatur, ſed etiam tanquàm arx fortiſſima, tutiſſimumq. ac poſtremum fortunæ miſeræ, & iactatæ perfugium. Illuc ergo noſtri cum vxoribus, & liberis vltima deſperatione perterriti, quemadmodum initio Hiſpaniæ cladis euenerat, confugientes; magna, quibus inimicorum impetū propellere poſſent, parare propugnacula curauerūt. Cūmq. ſæpius cum Nauarrenſibus implicati, quibuſcum fuerant antea conſiliorum omnium ſocietate coniuncti, in Maurorum fortunas inuaderēt, plurima eorum loca vaſtantes: inde ſibi maximos quæſtus, ac prædas comparabāt. In quarum partitione, ſæpe vt fit inter coniunctiſſimos quoliſ, crebræ, vel potius quotidianæ ſuboriebantur, ciuilibus bellis nonnun-

nonnunquam agitatae, contentiones: quae Nauarrensiū animos in nouorum consiliorum rationem induxerunt. Anostri namq. desciscētes (quae mea recens opinio est) Regem sibi praefici oportere iudicauerunt. Vnde, meo quidem iudicio, nec aliunde sanè, tota quae semper visa est extitisse, vniuersi iuris nostri ab eorum iure dissimilitudo prouenit. Atqui nostros quotiescunq. dico, & Aragonenses, & Suprarbienses intelligo. Nā etsi minima illa Aragonensium Resp. Comitum adhuc continebatur imperio: ex quo tamen Comites ipsi semper fuerunt Regibus nostris addicti, communis eorum esse vna, & eadem cum Suprarbiensi Rep. censetur: obeamq. causam de illa stabilienda ab omnibus simul fuisse inita communiter consilia videmus. A pristina igitur nostrorum societate Nauarrenses modò se totos distinxerunt, Eximino cuidam, sin minus Innico Aristae, totius belli, ac instaurandi Pōpelonensis Regni summam deferentes. At verò Eximinus hic ipsius Aristae Regis pater fuit. Quod cum Garibaius, primus ex omnibus Historicis adumbrarit; nos iam exprimere curabimus, atq. Eximinum hunc Regem fuisse, qua ex parte Garibaius ipse in probatione defecit, demonstrare, postquam institutam narrationem absoluerimus, ne eandem, interposita disputatione, obcaecemus. De eo verò nihil habeo, quod dicam, praeterquam quòd Rex fuit. Et regnavit is quidem, cis Pyrenaeos saltem, quantum conijcere possum, paucos dies. Ac fortasse Aquitaniae Rex fuit. Nam, vt ex Annalibus Francorum colligitur, ea Galliae pars aliquandiu Reges suos habere consuevit, Regnumq. Aquitanicum vocitari. Vnde forsàn (fieri namq. potuit) Eximinus hic Regis sibi nomen adsciuit. Filium autem habuit (vt colligitur ex Pinnatensi historia, de qua infra praecipua quaedam Capita recitabo) Garfiam vocatum; Innici Aristae fortasse fratrem maiorem: quem suspicor viuentē patre obiisse, cum nusquam appareat Garfiam ipsum regnasse. In ea enim solùm proditur, ipsos ambos, Eximinum Regem, & Garfiam filium nullo successore superstite defecisse. Sed in hoc saltem erratum puto: cum Aristam Regem, Eximini istius Regis filium fuisse, iam grauisimo argumento, quod paulo post afferam, confirmetur. Ex his autem coniecturam capio, vt generis illius antiquitatem ex Aquitania profectam existimem. Aristam namq. Regem, qui sine vlla dubitatione istius Eximini filius censendus est, omnes quotquot sunt, & recentiores, & veteres scriptores prodiderē ex Bigeronensi Comitatu, qui illi tanquam patrimonium tribuitur, ad Pōpelonēsis Regni gubernaculum accessisse. Cum-

fisse. Cum uenia autem, seu Cucneni Populi, qui postea Bigorrenses, & Biernenses dicti sunt, Aquitaniae Prouinciae à Claudio Ptholomaeo monti Pyrenaeo continentes, seu, vt ipse loquitur, contigui subijciuntur: iidemq. Conuennae, & Begerrinominantur à Plinio. Et aptè quadrat, vt si filius in Aquitania rerum potiebatur, ipse pater Aquitanicus iudicetur. Cum verò nostris nequaquam imperarit: propterea illum non duco in nostrorum Regum numero ponendum esse. Ceterum, vt ad reliqua pergamus: Nauarrenses, quam instituerant, viam tenentes, à nostris disijuncti, si non iam Eximino huic, saltim Innico, ipsius Eximini filio, qui Arista postea cognominatus est, Regale nomen, ac munus detulerunt circiter Ann. Chr. DCCCXLII. Neq. 842 enim quidquā horum magis certa notatione temporum percēdere possum. Innicus Regiam dignitatem adeptus, magno impetu in Pompeionem Urbem inuasit: cuius Arabes post Sanctij, Quarti Regis, interitum fuerant potiti. In ea demum Pompelonensis Regni sedem instaurauit, exturbatis Arabibus & expulsis: quos quādiu vixit, continuis bellis semper lacepsit. Sed interea dum haec à Nauarrēsis gesta fuere: nostros constat in componēdis sacris Pinnatēsis Ecclesiae rebus fuisse versatos. Eam namq. amplificantes, nouas eidem Aras admouerunt. Quoniam autem Ioannis, primi Anachoretæ, aliorumq. duorum Cæsaraugustanensium fratrum, Voti, ac Felicis, ob religionem vitae, promouendiq. Suprarbiensis Regni initium datum, clara apud omnes exstabat tunc, insignisq. memoria: eorum corpora, nobilioribus in sepulchris condiderunt, positis ibi singulis è marmore simulachris. Quo tēpore huiusmodi Inscriptionem, quam vetustus quidā Scriptor in tumulo Ioannis, primi Anachoretæ, inuentam refert, instauratam, ac renouatam conijcio.

E G O. I O A N N E S. P R I M V S. I N. H O C
L O C O. E R E M I T A. Q V I. O B. A M O R E M
D E I. S P R E T O. H O C. S A E C V L O
P R A E S E N T I. V T. P O T V I. H A N C
E C C L E S I A M. F A B R I C A V I. I N
H O N O R E M. S A N C T I. I O A N N I S
B A P T I S T A E. E T. H I C. R E Q V I E S C O
A M E N.

Istius verò Scriptoris nomen non comperi: sed in ijs, quae illius exstāt, monumen-

monumentis, de vetustiori altero Machario conqueritur, quod istius Ioannis Eremitæ vitam scribens, hæc omnia silentio præterisset. Cõuentum prætereà Sæcularium Clericorum nostri in dicta Pinnatensi Ecclesia stabiliri curarunt, eidem Abbatem Transynirum, seu Transiricum, præficietes: quod viuendi genus in Hispania olim habitum fuit, quasi Monasticæ vitæ institutum. Atq. hanc antiqui eiusdem Ecclesiæ Annales secundam illius foundationem appellant. Quam tandem solemnis Consecratio, in die Sanctæ Agathæ, seu, vt alijs placet, Sanctæ 842 Annæ, matris Dei genitricis, eiusdem Anni CCXXII. ab Innico, Aragonensi Episcopo, facta decorauit. Ille enim dies Festus, ac solēnis, tunc fuit magno vndiq. omnium concursu celebratus. De reliquo tamen haud cessabant prospicere, & consulere omnium fortunis: maxime ea consilia exquirentes, quæ ad benè statuendam Rempub. pertinebant. Cùmq. eorum animi in deliberando in contrarias partes distraherentur, vt fit; ne fortasse dum in bonorum consiliorum cursu cunctabantur, quid caperet Resp. detrimenti; Duodecim primarios Viros, vt prisca nostra monumenta testantur, selegerunt, quibus, Interregno huiusmodi durante, tota fuit ipsius administrandæ Reip. cura commissa. Hi quod admodum grandes nati essent, ob ætatem ipsam, Seniores sunt vocati: à quibus, vt mihi quidem placet, qui Ricihomines *de natura* apud nos postea dicti sunt, originem duxerunt. Et hæc publicæ reigerendæ ratio diu viguit. Verumtamen nequaquam videbatur, premente tanto Arabum incurfu, stabilis, nec firma permanfura. Nihilominus dulcedine capti libertatis, Vnius se subijci imperio formidabant: quoniam quidem prouenturam inde credebāt seruitutem. Omnibus deniq. rebus circumspectis, rationibusq. subductis, perciti, vt proditur, ab Aragonensi Comite Fortunio, demortui Comitis filio, inq. ipsius locum suffecto, hanc fecerunt suorum omnium consiliorum summam: ¶ *VT* per legatos Adrianum II. Pont. Max. (quem prisca nostra monumenta Apostolicum Aldebrandum vocant) ac Lõgobardos consulerent: Quem modum ad diuturnitatem imperij magis aptum statuendum esse censerent. A quibus responsum perhibent: ¶ *VTI* certo Iure, ac legibus præstitutis, præuiaq. Iurijurandi religione præcautis, Vnum sibi Regem præficerent. Peregrinum verò dominium repudiarent. Isq. qui ab eis Rex cooptaretur, cauerent; neue ex superioribus, neue ex inferioribus esset; ne, si superior; inferiores premeret; neue, si inferior; à superioribus derrideretur. Cui consilio, ac sententiæ nostri acquiescentes, antiquum inde Suprarbien-

prarbiensem Forum condiderunt.

De antiquo Iure, Suprarbiensi Foro nuncupato, deq. Magistratus Iustitiæ Aragonum institutione.

SI QUIDEM iuxta responsum datum decreuerunt omnes, Vnū aliquem virtute præstantem, Regem sibi constitui oportere. Sed tamē ne Regum arbitria, quemadmodum in alijs Prouincijs, apud nos etiam pro legibus futura essent: quasdam tulerunt leges in primis, quibus huiusmodi incommodo mederentur. Has leges postea, Suprarbiensem Forum nuncuparunt. Cuius seriem libuisset hoc loco latè persequi, & annotare prisco illo germano, ac genuino idiomate, quo conditus fuit: in eo enim plus venustatis, ac lepōris contineret. Temporum autem iniuria factum est, vt eius cognitio, aliarumq. rerum antiquarum, maxime scitu dignarum, apud nos penitus iaceat sepulta. Quædam tantummodo fragmenta exstāt ab ipso Carolo Principe, nonnulliq. alijs scriptoribus obseruata: quæ hoc loco à nobis summatim perstringēda erūt. Sūt enim quasi prima Reip. nostræ elemēta; in seq. cōtinēt Magistratus Iustitiæ Aragonū institutionē, quod est instituti nostri præcipuū. Itaq. initio illius Fori præcautū fuit: ¶ *VTI* futurus Rex, quādoquidē ad eū vltro, ac spōte Regnū iā ē Mauris eripi, ac promoueri cōceptū deferebatur: de legibus obseruādis, ac libertate Regni tuēda, tū iurijurādi religione, tū etiā ipsarū legū vi, ac potestate premeretur. Ipsæ verò leges huiusmodi fuere.

IN. PACE. ET. IVSTITIA. REGNUM. REGITO
NOBISQ. FOROS. MELIORES. IRROGATO.

E. MAVRIS. VINDICABVND. DIVIDVNTOR
INTER. RICO SHOMINES. NON MODO. SED
ETIAM. INTER. MILITES. AC. INFANTIO-
NES. PEREGRINVS. AVTEM. HOMO. NIHIL
INDE. CAPITO.

I VRA. DICERE. REGI. NEFAS. ESTO. NISI
ADHIBITO. SVBDITORVM. CONSILIO.

C BELLVM

BELLVM. AGGREDI. PACEM. INIRE. INDV-
CIAS. AGERE. REMVE. ALIAM. MAGNI. MO-
MENTI. PERTRACTARE. CAVETO. REX
PRAETERQVAM. SENIORVM. ANNVENTE
CONSENSV.

NE. QVID. AVTEM. DAMNI. DETRIMENTIVE
LEGES. AVT. LIBERTATES. NOSTRAE. PA-
TIANTVR. IVDIX. QVIDAM. MEDIVS
ADESTO. AD. QVEM. A. REGE. PROVOCA-
RE. SI. ALIQVEM. LAESERIT. INIVRIASQ.
ARCERE. SI. QVAS. FORSAN. REIPVB. IN-
TVLERIT. IVS. FASQ. ESTO.

His ergò legibus, & sanctionibus maiores illi nostri, Regni instaurandi molé firmarunt. Id verò potissimū exstitit retinēdæ libertatis præfidiū, quo IVDICIS MĒDII Præfecturā statuerūt, sic potestate in Rege collocantes, vt in Iudice Medio tēperatio inesset; quibus ex rebus conflatur, & efficitur moderatus, & concors Reip. status, quem tenemus. Ab his namq. initijs rerū, ad extrema hæc vsq. tempora videmus istius Intermediij Magistratus vi, Serenissimorumq. Regū benignitate, & clementia; & pristinā nobis libertatē, antiquumq. ius retentū fuisse, & Regiæ Maiestati debitā semper fidē, ac reuerentiā seruata: neq. Regnū tantummodò aduersus Reges, sed sæpenumero Reges ipsos aduersus Regnum, istius Magistratus auxiliū implorasse. Quo pacto sine vllō tumultu plurima fuerūt intestina mala sedata; quæ nisi ciuilitate fuissent compressa, videbantur certè ad communem omnium perniciem eruptura: vt iurè quidem affirmare possimus, in hoc vno, & Regibus, & Regno ciuilibus tuendæ concordie summam exstitisse. Hic Magistratus, primū Iustitia Maior: deinde ipsius Regni nomen assumens, IVSTITIA ARAGONVM appellatus est. De quo quæ dicere instituiamus, cū explicauerimus, quem cœpimus Reipub. nostræ progressum demonstrare, commodiùs persequemur: quanquàm ista video, quæ nunc connecti volo, separatim quoddam volumen postulare. Nihilominus decreui priùs singulorum Regum facta percurrere:

currere: vt ex eorum notatione faciliùs, quæ fuerint eidem Magistratui sub vnoquoq. Rege incrementa allata, percipiantur. Itaq. vt ad reliqua pergamus, re huiusmodi multos dies promulgata, & cognita, à nostris etiam tunc in primis cautum fuit: Nempe, *¶ AD* præscriptas has leges dirigendam omnino, & formandam esse eius, qui Suprarbiensis Rex esse concupisceret, voluntatem. Ac nisi priùs de seruandis ipsi fidem suam pateretur arctissimis vinculis obligari; præfationem quamcumq. præposteram esse futuram.

Positis his igitur libertatis patriæ fundamētis, cœperunt singuli inter se de eo, quem Regem eligerent: disceptare. Neq. id minus operosum erat. Nec verò intereā ab armis vacabant. Quinimmo sæpius Maurorum contra furorem & bellum, & iusta arma capientes, à suis finibus eos expellebant: satis à se, superq. habere Rempub. iudicantes, quòd in illis asperitatibus, temporumq. ac rerum angustijs regionem suam ab excursionibus hostium tuerentur. Post conditas autem has leges diutius nostros in ancipiti cunctatione fuisse versatos Carolus Princeps his verbis declarat. *E despues que houieron deliberado de leuantar Rey, passaron assaz tiempos, que non lo fixieron, por algunas dissensiones, que entre ellos encorrian.* Tametsi id non de nostris solis, sed de Nauarrensis simul attestatur. Nostri tandem ad eligendum Regem in Arahuesti opido congressi fuere, non longè ab antiquissimo, & religiosissimo illo Assaniensi cœnobio, quod Gesaleicus, siue Gesalaicus quondā extruxerat Gothorū Rex, Sancti Martini Sarasiensis primū, deinde Diui Victoriani nomine, ac memoria consecrato. Eò statim Arabes, lætitia exultantes, suas copias de finitimis opidis in acie producetes, ad nostrorū cædē parati concurrerunt. Cūq. improvisò in nostros irrupissent, eos obsidetes; opidū ipsum, Arahueste, oppugnare, & labefactare cœperunt, machinisq. vndiq. admotis, vsitata rabie, & clamore, quàm tumultuosissimè adoriri. Atuerò Innicus Arista, iā Pōpelonensis Rex, ea re cōperta, instructa acie, illuc præsto accurrens, cū Arabibus ipsis confligit, hostesq. nefarios, nostrorū vitæ, sanguiniq. imminentes prostravit, fudit, occidit; & quod rē cōtinet, nostros istius obsidionis periculo liberatos, ex ancipiti, & dubio consiliorū cursu, in eo, quæ Regē constituerent, ad repētīnā cōcordiā, & vt in se vnū inclinatione omniū volūtātū propenderēt, excitauit. Nostri etenim ipsius Innici, Pōpelonensis Regis, tantā, tamq. opportunè adhibitā operam magni, vt par erat, pendentes, eundē sibi in Regē cooptandū, cunctis suffragijs, eiusdem etiam Fortunij Aragonensis Comitum, vt pro-


ditur, consilio ducti, decreuere. Innico itaq. Rege ad se euocato, ac legibus, quas præstatuerant, eidem ostensis, durissimum sibi visum tradūt, quod de Iudice Medio præcautum apparebat. Attamen re ipsa attentius considerata, & perpenſa, cū sibi vltro Regnum ab hostibus ereptum deferretur: nedum ipsas leges sanxisse ferunt, verū nostris nouam aliam, siue legem, siue Priuilegium irrogasse huiusmodi: Quod

SI. CONTRA. FOROS. AVT. LIBERTATES. REGNUM. A. SE. PREMI. IN. FUTVRVM. CONTINGERET. AD ALIVM. SIVE. FIDELM. SIVE. INFIDELM. REGEM. AD SCISCENDVM. LIBER. IPSI. REGNO. ADITVS PATERET.

868 Nostros verò id, quod de Rege infideli concedebatur, quia turpe, ac indecorum iudicarunt, nequaquam sibi impertiri fuisse passos. Iurifurandi ergò religione præstita, Pompelonensis Rex Innicus, in eodē Arahueste opido, in Suprarbiensem Regem euectus fuit, quantum habitatēporū ratione elici potest, Circ. Ann. Chr. DCCCLXVIII. Sed istius computationis rationē in ea disputatione, quam de his omnibus aggressuri sumus, explicabimus. Quandoquidē autem ab Adriano II. Pont. Max. vt diximus, hæc statuendi Regni forma fuit tradita maioribus nostris, qua nulla præstantior ad ciuilem tuendam concordiam adhiberi poterat: opere pretium me facturum existimaui, si adducerem hoc loco, quæ Onufrius Panuinius de eiusdē Pontificis religione, ac sanctitate suis scriptis testata reliquit: nimirum vt dum res nostras à tam exilibus, & paruis inijs profectas intuemur in tantū decoris, & amplitudinis fastigiū adscendisse, in quo diu easdē permanſuras speramus: ipsimet Sancto Pontifici, eiusq. saluberrimo consilio, si nō omni, magna saltē ex parte tribuamus. Sic enim de eo Onufrius testatur in Romanorū Pōtificū, quā scripsit, Epitome. *Adrianus*, inquit, *II. natione Italus, patria Romanus, S. R. E. Cardinalis à Papa Sergio factus, Imp. Cæs. Ludouico iuniore Aug. sedit annos quatuor, menses decem, dies duodecim. Creatus XII. Kal. Decemb. Ann. Chr. DCCCLXVII. Hic Pontifex cū presbyter esset, Sergio Papa maxime familiaris fuit. A quo cū aliquando denarios XL. dono accepisset, domū rediens, dispensatori mandauit, vt eos peregrinis, & pauperibus, qui in vestibulo domus sue stabant,*

sue stabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cū videret, ne minima quidem parti tantulare satisfieri posse, ad Adrianum rediens, rem ipsam exponit. Tunc Adrianus, accepta pecunia, ad pauperes veniens, ternos denarios singulis præstitit, & totidem sibi, rei familiari satisfacturus, reseruauit. Admirante Dispensatore, miraculo rei: cui Adrianus, Vides, inquit, quàm benignus, & largus sit Dominus ijs præsertim, qui liberales, & munifici sunt in pauperes? Mortuus est autē beatus Papa Adrianus Kalend. Octobr. Anno Dominica Natiuitatis DCCCLXXII. De hac autem, quam exposuimus, nostrarum legum sanctione, Interregno nempe huiusmodi durante, intelligendum arbitror, quod in Procemio nostrorum Fororum continetur: Videlicet, ¶ Apud nos prius leges conditas, quàm Reges creatos fuisse. Atq. hæc de primo Interregno. Nunc ad Suprarbiensium Regum seriem reuertamur: qua absolutā, de tota illius ratione disputabimus.


Innicus Arista, Suprarbiensis Rex V.



INNICVS igitur, Eximini Regis F. cū Pompelonensibus, Vrbe eorum parta, iam pridem imperaret, à Suprarbiensibus ob probatam fortitudinem in eodem ipso Arahuesti opido electus fuit, ac salutat⁸⁵⁸ Rex Circ. dictum Ann. Chr. CCCLXVIII. Quam in re ipsum Aragonensem Comitem Fortunium, egregiam suam, suorumq. operam, atq. officiū Aristæ, consocero Regi, præstitisse, scriptores quamplurimi prodidēre. Siue autem in Arahuesti opido, siue, vt alijs placet, in ipso Diui Victoriani cœnobio (in hoc enim variant scriptores) adscitus fuerit: vterq. horū locus, cū intra Suprarbiensē regionē cōtineatur, aperte indicat, à Suprarbiensibus, nō autē à Nauarrēnsibus eo tēpore electū fuisse; indeq. effectū, quod est cōsequēs, vt Arista tūc Suprarbiens⁸⁵⁸ Regis nomē fortiretur. Parumper tamē nostris imperauit. Ei in

nostrorum auxilium cum Mauris dimicanti, caeleste signum in aëre apparuisse proditur, argenteam Crucem, in scuto Cyanei coloris. Atq. inde sumptum ipsi Aristæ Regi, & aliquandiu postea Aragonum quoq. Regno, ac Regibus militare hoc, quod supra depinximus, ornamentum fulsit. Quæ enim eidem aristarum insignia tribuuntur, propria personæ, elogij loco, non autem Regiæ dignitatis censenda duco: ab eoq. solita, vt opinor, ante partum Regnū gestari. Eam namq. ipsius animi vim, atq. impetum fuisse prædicant, vt quemadmodum spicarum arista ardore flammæ, sic ille visis hostibus subitò incredibili veniendi ad pugnam cum eis desiderio flagraret: propterea q. Aristam vocitatum esse. Theudam duxit vxorem: quam alij Innicam vocant. Eandem tamen fuisse credimus, vt Theudæ proprium illius nomen esset, Innicæ verò, seu Enengæ (sic enim quandoq. legitur) à mariti nomine sumptum. Vetus enim consuetudo fuit, vt vxores frequenter à virorum nominibus vocarentur. Deniq. fama gloriosus, quòd Mauros perpetuò afflixisset, in primo ipso aditu, & quasi Suprarbiensis capessendi Regni vestibulo interiit circiter Ann. Chr. CCCCLXX. Ad Sancti Saluatoris Legerensis cœnobium, quod in Nauarrensi ditione exstat, sepultus fuit, Garsia filio Regnorum Pompelonæ, ac Suprarbij relicto herede. Eorum autem diuersam supputationem cogimur sequi; vt Pompelonensis Regni quasi octauo & vicesimo obierit anno: Suprarbiensis verò secundo, vel tertio.

Garsias Innici II. Suprarbiensis Rex VI.



GARSIAS ergò, Innici Aristæ F. propterea Garsias Innici, & Enneconnes quandoq. dictus, Pompelonē siū etiā Rex fuit; paternæq. fortitudinis imitator. Nonnullis enim opidis denuo adquisitis, suum magis dilatauit imperiū. Vxorē habuit, Vrracā, ipsius Fortunij, Sexti, & vltimi Aragonensis Comititis, cuius suprameminimus, filiā; quam alij


alij Enegā appellāt. Eā pater, prole mascula carēs, heredē reliquit testamento. Atq. ab huiusmodi Aragonēsis Comitatus cū Suprarbiēsi Regno cōiunctione noui statuendi imperij initiū sūptū fuit: à quo postea Aragonum Regni nomē dimanauit. Sed hæc aliàs pluribus. Rex itaq. Garsias ex Vrraca vxore suscepit liberos; Fortunium, & Sanctium: filiam, quoq. Sanctinam, seu Sanctiam, quæ Ordonio II. Legionensi Regi, nupta fuit. Fortunium quidem, filium natu maiorem, patri in Regnis successisse, plurimis à Garibaiò adductis documentis confirmatur; de quibus etiam dicemus paulò post. Sāctius verò natu minor, matris occisæ ventre exectus, clam à milite quodam educatus fuit, fratrisq. postea successor cognitus, & fidei testimonio comprobatus, primus sibi apud Iacetanam Urbem Aragonum Regis nomen vendicauit: qui vulgò Rex Sanctius Abarca dictus est. Iam verò de istius Garsia Regis Regno hæc possum afferre: me in Regio Barcinonensi Tabulario, in Registro Gratiarum Regis Alfonsi (sic enim inscribitur Codex ille) antiquum quoddam Priuilegium comperisse, Sancto Saluatori Legerensi ab hoc Garsia Rege irrogatum: in quo se apertissimis verbis fatetur vna cū Fortunio filio regnare XII. Kal. Decēb. Ann. CCCLXXX. Hic namq. annus Aeræ Noningentesimæ decimæ octauæ ibi appositæ necessariò cohæret. Omitto autem, quòd se in eodem Priuilegio tam apertè Enneconis Regis, Aristæ scilicet, filium esse, & Eximini quoq. Regis nepotem cōstitetur; ac si illum obscuritas rei, quæ tot post sæculis futura erat, ad istius veritatis cōfessionem adduxisset. Sed illius Priuilegij exemplum futuræ disputationi reseruabo. Sat sit modo ex eo hæc deprompsisse ad istius Garsia Regis vitæ, & Regni tempora annotanda. De morte autem certi nihil comperi; præter id, in quo omnes scriptores consentiunt: eum, & Vrracam vxorem, cū ad Larumbe, Nauarræ opidum, iter dirigerent, à Mauris ex insidijs oppressos, acerrima commissâ pugna, simul interfectos esse, cæsoq. Reginae ventre infantulum eductum, quem diximus, Abarcā appellatum. Quæ res à Garibaiò Ann. Chr. CCCXXCV. subiicitur; & sepulchrum etiam cœnobio Legerensi: tametsi alij in Pinnatēsi Ecclesia eos sepultos tradunt. Fortasse liceret affirmare horum Regum interfectores fuisse, Mauros quosdam Mahomadem Abenlupum, & Mahomadem Athanaelum, quos, hunc siquidē in Osca, illum verò in valle Tena, his temporibus rerum potitos cōstat, in nostrorumq. fortunas aliquandiu vehementer insultasse. Atq. tunc suspicor ipsam Pompelonem Urbem fuisse denuo ab ipsis Arabibus occupatam, qui vsq. eò vi oppressam tenuerunt

880

885

nuerunt illam, dum ab Abarca Rege ex eorum faucibus postea erepta fuit. Iam illud certum est, his temporibus Rempub. nostram fuisse ad Secundum Interregnum adductam. Cogimur tamē prius, Regem Fortunium, demortuorum Regum, quem diximus, filium interponere.

Fortunius II. Monachus, Suprarbiensis Rex VII.



885 **SI QUIDEM** ad eum, parentibus mortuis, Regnum di-
tario iure obuēnisse Circ. dictum Ann. Chr. CCCXXCV. pri-
mis ab eodem Garibaio adductis testimonijs, quibus libenter assentior,
confirmatur. Ac illius nomen, & superioris Garfiæ Regis fuisse filium,
apertè elicitur ex eo Priuilegio, quod dixi antea, me in Barcinonensi
Tabulario inuenisse. Nam sic scriptum exstat. *Garfiæ Rex confirmat,
& signat. Fortunius, proles Regis, confirmat, & signat.* Ea autem prolis
voce, non nunquam obseruaui in veteribus Priuilegijs, non tantum fi-
lios Regum, sed & quos Primogenitos appellamus, interdum etiam &
nepotes, futuros successores, designari. Hic igitur Fortunius, Garfiæ,
& Vrracæ filius, patribus heres successus, septimus, adeoq. vltimus Su-
prarbæ Rex fuit: è Cordubaq. Ciuitate, vbi aderat, cum parentum cla-
des euenit, ad capeſſenda hæc Regna euocatus. Ut autem in monumen-
tis Legerensis cœnobij, Garibaio teste, continetur, induciæ eo tempore
inter Cordubensem, ac Pompelonensem, Reges pactæ seruabantur.
Vnde conijci posse eidem placet, Mauros, superioris cladis auctores,
nequaquam è Cordubensium Regum factione fuisse, quibuscum fœ-
dera inita erant, sed alia prorsus diuersa, & contraria. Tunc enim Mau-
ri ipsi inter se ciuilia grauissima bella gerebant. Fortasse hic Fortunius
Rex, is Fortunius primarius vir est, quem Alfonso Rex Castellæ, ac
noſter Surita in suis Indicibus Circ. Ann. Chr. CCCXLVIII. ex cu-
iusdam

iustam Arabicæ historiæ testimonio, commemorant à Mahomade, Abdurrahamenis filio, incursione facta, regionē Pompelonensem va-
stante, quadam arce expugnata, captiuum Cordubā perductum fuisse,
& vicesimo tandē anno magnis cum donis, muneribusq. ab eo dimis-
sum, ad tãtam vixisse senectutem, vt Centesimum, & vicesimum annū
compleuisse dicatur. Temporū enim rationi, ac præcipuè in tam lon-
ga vita, & ætate, aptissimè conuenit: vt qui prius seruus, & captiuus du-
ctus fuerat; postea emancipatus, ad paternorum Regnorum adeun-
dam hereditatem, quæ obuenerat, maximis cum donis mitteretur: atq.
vt idem ipse postea etiam, cum in Legerensi cœnobio Monachi se
votis obstringēs, imperio abdicasset; suam ad Centum, & plures etiam
annos produxisset vitam. Deniq. Fortunium hunc, è Corduba adsci-
tum, Regnorum curam, & administrationem, si sine Pompelone Vr-
be fuit, mutilā, ac satis decurtatam, suscepisse apparet: eandemq. Deci-
mo sexto Regni sui Anno, seu nec longè post, cum iam grandis esset,
dimisisse sponte Circ. Ann. Chr. DCCCCI. ac in Legerensi cœ-
nobio Monasticæ vitæ instituto deditum, quod reliquum sibi vitæ fuit,
in otio, & tranquillitate degisse. Illius autē obitus dies ignoratur. Nec
mirum: quando quidem ante Garibaio, qui primus illum nobis susci-
tauit, nulla eius Regni, vitæ, neq. nominis cognitio exstabat. Iam verò
hæc omnia videmus grauissimis testimonijs conuinci. Et tametsi de
eo à nullo alio scriptore mētio fiat, Regumq. successiones, vitæ, & obi-
tus, vt amicus noſter voluit, de iure certi, & constantes habendi sint: ta-
men Priuilegia, quæ ad illius Regni comprobationē ab ipso Garibaio
adducuntur, tanti sunt ponderis, ac momenti, atq. ita necessariò cohæ-
rent inter se, vt omnem videantur tollere dubitationem, sic vt iam, cō-
tra si quis dicere velit, non audiatur. Itaq. Fortunius hic, deposito im-
perio, nihil postea nisi de Diuino cultu, ac religione Sacrorum cogi-
tauit. Cùmq. Sanctij Cæsonis fratris ortus vel incertus, vel fortasse ali-
quandiu incognitus exstitisset; inde nostris Interregni Secundi origo
data fuit. De quo, priusquam aggrediamur, ad ea quæ dicere statuimus;
Aragonensium Comitum seriem persequemur. Eos enim consultò
reieciimus in hunc locum, ne interpositi ordinem rerum turbarent: ac
præcipuè quidem quoniam eis deficientibus, qui in hoc Secundo In-
terregno Sanctius Abarca Cæso, istius Fortunij frater, Rex à nostris
salutatus est, cum ad eum Aragonensis Comitatus, ac Suprarbienne
Regnum coniunctim deferrentur, nouam Regij stemmatis nomina-
tionem inducens; primus Aragonum Rex vocari cœptus fuit. Quam-
obrem

obrem nunc ad Comitum narrationem conuertar.


ARAGONVM COMITES
VI.

NEC verò tam exploratam habeo eorum rationem, quàm voluissem. Quòd enim scire oportebat, quo quisq. tempore fuerit, difficile dictu est de singulis: cum nomina ipsa, ac successiones, multis modis inter scriptores versentur confusa. In his autem tenebris Garibaius in primis lumen aliquod videtur attulisse. Itaq. eum potissimum auctorem sequar; tametsi etiam Vincentium, Blondum, Sabellicum, veteresq. nostros Historicos confectabor: Garibaius enim plerumq. ab alijs dissentiens, multa turbat: proindeq. necesse erit nos etiam ab eo nonnumquam dissentire. Sic igitur ille initio huiusmodi rem gestam exponit.

Inter primarios, inquit, viros, qui in fatali illo bello occubuerunt, quo Ruderico ultimo Gothorum Rege deuictò, Sarracenorum feruitus inducta fuit: quidam fuit nobilis, ac præcipuus vir, nomine Andeca, Ducum Cantabriæ præclaro genere ortus. At verò apud Gothos Prouinciarum Rectores, Duces vocabantur; belliq. & pacis Magistratus erant: quemadmodum & Comites; quibus inferiores erant Thiuphadi, & Gardingi. Postea apud nos hæc Ducum, & Comitum ratio in altiore honoris, & dignitatis gradum peruenit, quem videmus. Andeca igitur pro patria, ac Fide strenuè dimicando, à Mauris, siue Sarracenis ipsis occisus est. Filium Hedonem, siue Haidonè, filiam verò Velindã, pueros infantes reliquit. Ambo hi Maurorum furiam euasuri, Galliã petierunt. Hedò quidem dum ad nubilem ætatem peruenit, nobilissimam feminã, Aquitaniæ Ducatus heredè, vxorem duxit: Exeaq. liberos quinque suscepit: tres scilicet filios, Hunuldum, Vifarium, & Azenarium; ac filias duas, Meninam, seu Momeranam, aut Muninam, quam Fruelæ Legionensi Regi fuisse nuptam nonnulli perhibent. Alteram verò, cuius nomè non proditur, strenuus quidã miles ex Gothorum gente, Munnozius appellatus, Cerdaniæ Prouinciæ dominator, duxit vxorè. Et verò nos Muninam eam primo Suprarbiensi Regi, Garfiæ, tribuere filiam, ex Alfonsi Regis Castellæ, & Archiepiscopi Toletani sententia, habita nimirum ratione tēporum, coacti fuimus: nisi duas eiusdem nominis habuisse coniuges (namq. fieri id potuit) Fruelã ipsum Regem statuamus. Hedone autem patre mortuo Circ. Ann. Chr. DCCXXXIII.

DCCXXXIII. illius filijs paruis relictis, Carolus Martellus Francorum Rex Aquitaniam totam arripuit: eiq. Gubernatorem quendam præposuit, Hotgerium Cathazlot vocatum. Huic postea ferunt Circ. Ann. Chr. DCCXXXVIII. in eam regionem inuasisse, quæ postea Cathalonia ab eius nomine dicta fuit. Atq. ab eo inclyti Barcinonenses Comites fluxere. Post autè Aquitaniæ ipsius, Eximinum, quem diximus, Aristæ patrem, etiam sub Regis nomine potuisse potiri, satis consentaneum videtur: cum ipsius Eximini longè post hæc temporavitam, & Regnum subijciamus. De Hunuldo autem, & Vifario, filijs grandioribus, quid egerint, nihil attinet dicere; neq. etiam id proditur. Azenarius verò, eorum frater natu minor, se, ac fratres paterna videns ditione exutos, in Hispaniã reuersus, in Cantabria auiti quondam imperij domicilio, fortunarum suarum sedem collocauit. Tandem vxorè duxit: duosq. ex ea liberos suscepit; Hedonem, atq. Azenarium. Hedò quidem Vizcaiam adquisiuit; Azenarius verò Aragoniam, quæ primum Comitatus, deinde Suprarbiensi Regno copulata, Regni nomen sortita fuit. De Comitibus autem hoc loco nobis scribere est institutum.

Azenarius, Aragonum
Comes I.



HIC itaq. Azenarius, Azenarij filius, Hedonis Nepos, Andecæ Pronepos, collecta sociorum manu, è Cantabria ad nostra Pyrenæorum loca aduentauit, Garfiæ, Suprarbiensi Regi secundo, ad Pompeionense bellum properanti, vt retulimus, opem laturus. Cùmq. ad Iacetanã Vrbem peruenisset; eam adortus est, mirificã, vt proditur, occasionem nactus, quòd statuum Maurorum præsidium, quod illius custodiæ præpositum fuerat, ad Pompelonensis Urbis defensionem festinarat: quæ ab eodem ipso Garfia Rege eo tempore valde premebatur. Azena-

Azenarius igitur Iaccetanam Urbem in suam potestatem redegit, prius illius arce expugnata, quæ Aprizia illis temporibus dicta fuit. Nonnullis postea ab eo, quæ circum Iaccam erant, opidis subactis, aditum inde sibi ad nouæ dignitatis splendore comparauit. Etenim Garfias ipse Rex ea de re per literas certior factus, cum Pompelonensem Urbem è manibus Maurorū extorsisset: bellicas vtrique res tam prosperè euenisse, magnoperè gaudens; Azenario ipsi Iaccetanam Urbem, ac contributa loca, quæ adquisierat, sub Comitatus nomine, perinde quasi aliquod summæ suæ alacritatis, & beneuolentiæ signum, impertiuit. Eatunc ditio vix extra Decem & sex millia passuum fines excedebat. Quod autem Aragone amne, seu potius duobus eiusdem nominis fluminibus tota ferè includeretur, Aragonia vocata fuit: proptereaq. Azenarius ipse Aragonum Comes, primus appellatus. Et verò dum vixit, semper Garfias Regis voluntati obsequutus fuit: & illud idem omnes, qui post eum sequuti sunt Comites, in Suprarbiensium Regibus fecerunt. Comites autè quasi commilitones fuisse olim vocatos quibusdam placet, quòd simul cum Regibus arma contra hostes ferrent, consiliorumq. in Re- pub. ipsis penè pares, ac focij censerentur: atq. inde Comitatus nomen, ac munus manasse. Nec verò me fugit Comitum apud Romanos multiplicem, ac variam fuisse rationem: maximè autem declinante imperio. Etenim Comites fuere sacrarum largitionum; sic dicti: qui militibus dabant stipendia. Tum Comites priuatarum; qui Camerarijs, vt vocant, Principis præesse assueuerant: quibus quoq. sepulchrorum commissa erat cura, nequid abrogaretur, quod semel mortuis datum esset. Id namq. detestabile scelus censebatur. Tum etiã Comites sollempniorū; non longè ab ijs diuersi, qui modò apud nos cærimoniarum dicuntur Magistri. Comites præterea Rationales; qui Imperatorum pecuniam dispensabant. Et commerciorum Comites; qui hominibus ad commercia venientibus iura dicebant. Comites quoq. rei militaris: qui sub Ducibus erant, illorum iussis, ac dictis audientes. Nec non & Comites Domesticorum; qui Primicærij quandoq. dicti sunt, Illustriumq. titulo, vt auctor est Cæsiodorus, quasi honorificentissimo decreto iam tunc ab ipsis Imperatoribus honestati, cum nonnulli ex alijs Spectabiles tantum vocarentur. Hi autem Augusti corporis stipatoribus præesse consueuerunt. Quin & Comites quoq. laborum; quibus omnes Imperatoriæ domus artifices, & opifices subditi erant. Et plures alij Comites fuere, quos omnes persequi longum esset. Eorum deniq. apud Romanos sicut diuersa nomina, sic quoq. diuersa munera exstiterunt. Itidemq. etiam


etiam apud Gothos. Nam & Ciuitatum Comites fuisse comperimus; qui singulis Ciuitatibus præpositi, iudicia exercebant. Sub quibus erant, vt diximus, Thiuphadi, & Gardingi, inferioresq. alij nonnulli Magistratus. Atq. hi Comites Ducibus, qui Rectores erant Pro- uinciarum, parebant ad Romanorum, quam retulimus, similitudinem prorsus: præterquàm quòd apud Gothos huiusmodi Comites Ciuitatum; & belli, & pacis Magistratus erant. Fuere etiam alij; qui Comites patrimonij dicebantur, Gothorum Regum patrimonia curaturi. Comites quoq. Palatij, seu Palatini: quos domesticis Regum præfuisse solitos, attestantur. Et fortasse plures alias curationes munerum Gothici Reges ad suos Comites admouebant, quæ singulis inde sumptis nominibus notari consueuerunt. Quo pacto etiam apud Gallos sic eorum rationem constitutam legimus; vt Centum pagi Comitem agnoscerent: quinq. autem Comites Ducem. Singuli vero pagi Iudices certos haberent, qui Centenarij dicebantur. Sed apud nos non ita habiti vnquam sunt, quasi alicui muneri publico, aut officio præessent. Nam siue à comitando, siue quasi commilitones, nostri Aragonenses Comites dicti fuerint; non Magistratus vnquam functi sunt officio; sed quo iure Reges Regni potiebantur, eodem ipsi Aragoniæ ditionis, patrimonij scilicet iure, sunt potiti. Ea autem his temporibus (ne nostra digressio à propofita narratione sit longior) sub hoc Azenario Comite, Comitatus nomen sortita, postea Suprarbiensi Regno copulata, Aragonum Regni nominis maiestatem adsciuit. De tempore, quo hæc gesta fuerunt, inter scriptores non conuenit. Garibaius Circ. Ann. Chr. 780. DCCLXXX. prodit: & Circ. Ann. Chr. DCCXCV. Comitem hunc obiisse. Alij verò altiora inducunt hæc initia; ab Anno nempe DCCLVIII. quibuscum Pinnatensis liber consentit: quàm verè autem, ipsi viderint. Ceterum Azenarius hic duos filios reliquit; Galindum, & Eximum, quorum vterq. mortuo patre imperauit. Matris verò nomen non exstat: tantummodò in monumentis dicti Excellentiss.

Domini Archiepiscopi, D. Ferdinandi,
nobilem quandam Suprarbiensem
feminam fuisse, scriptum est.

Sed nunc ad rem.

D Galindus

Aragonensium rerum
Galindus Azenarij, Arago-
num Comes II.



ETENIM Azenario Comiti successit filius Galindus: qui, quòd Azenario patre natus esset, Galindus Azenarij, idest, Azenarij filius, quæ vetus fuit loquendi consuetudo, dictus fuit. Cùmq. patre mortuo, Pyrenæorum iuga occupasset; Ataresiam arcē construxit, aliaq. Castellæ edificavit, ut eis, cōtra Arabum arma, suum magis firmaret imperiū. Nec non & in Acomueri opido cænobiū Sancti Martini Cercitenfis condidit; nonnullosq. eidem agros, ac prædiā assignavit, quæ fuerant aliquo tempore antiquæ Ecclesiæ beati Petri Siresiensis contributa. Iam verò illud etiam istius Comitis nomē illustravit; quòd Iaccam Urbem Iaccensi edito Foro composuit, eidem Magistratum, quem Merinum appellari voluit, præficiens; ut ordinariæ causarum cognitioni præesset. Et is quidem apud Iaccitanos nunc viget. Veruntamen de illius dignitate, si hæc unquam fuit, magnoperè est diminutum. Postea leges tulit præclaras, sub Iaccensium Fororum nomine, gratissimæ, & recētī, & veteri totius posteritatis memoriæ propagatas. De eis namq. sic Alfonso II. noster Rex, multis post annis testatū reliquit in prototy po quodā Priuilegio; in quo illas perpetua sua auctoritate de Ricardi venerabilis Oscēsis Episcopi, & Sāctij de Orta Maioris in domo sua, & Fortunij de Vergua, & Marci Ferricij, & aliorum multorum bonorum consilio roborare studens, antiquas Iaccæ Consuetudines, & Fierostotius illius terra, quæ est ultra Serram, versus Montanam Iacca, nominavit. Scio, inquit, quod in Castella, in Nauarra, & in alijs terris solent venire Iaccam per bonas consuetudines & Fieros ad discendos eos, & ad loca sua transferendos. Eorum autem præcipua Capita, quæ ex dicto Priuilegio, veteribusq. alijs monumentis eruuntur, hæc fuere.

IN PRIMIS, quòd homines de Iacca de bonis, quæ Deus eis dederit, si habeant infantem, siue non; possint ordinare de bonis suis, & hereditatibus, sicut eis placuerit, nullo homine contradi-


cōtradicere. Si autē no destinauerint, remaneāt res eorū magis propinquas, qui de pro eis debeant succedere. Et si nō habeāt propinquos; res eorū dentur pauperibus. Si autē fuerit extraneus, qui moriatur Iacca, vel in illa terra ultra Serrā: si destinamētū fecerit, fiat, sicut destinauerit. Si autē nō fecerit destinamētū, seruetur res eorum, vel illius per XXX dies. Et si venerint eius cōsanguinei, vel cōsanguineus, de quo nō dubitetur: reddatur ei duæ partes de tota illa pecunia, & tertia detur pro anima sua cōsilio bonorū hominū, & Episcopi, vel Capituli de Iacca. Si autē nullus de cōsanguineis venerit: tota pecunia detur pro anima sua eorū de cōsilio. Prætereā homines de Iacca caueant cautius negotiari de tota illa terra: & si emerint aliquid, vel fuerint fideiussores, vel manuleuatores; in die compromissa extraneis mercatoribus persoluāt. Quod si non fecerint; hereditates eorū impignorētur, vel vendantur, & illorū corpora tradantur mercatoribus. Et ideo nullus sit fideiussor, vel manuleuator, ultra quā potest. De latronibus verò ita statuimus. In vnaquaq. villa tres, vel quatuor de melioribus iuret, quòd nō celabūt furtā, sed demonstrabunt Merino nostro: & Merinus nō audeat discooperire illū, qui furē ostēdet: & veniat fur in potestātē nostrā. Quod si aliquis fuerit cōtradicere Merino, ne capiat furē, dicat, vel nuntiet id Merino nobis, & nos de tota villa faciemus iustitiā: & de his, qui defenderint furē, faciemus, sicut de ipso fure debemus facere. Siquis autē rapuerit; vel furatus fuerit oves, vel capras, pro vnaquaq. pectet nouē. Nullus tamē audeat pignora re bouē, ouē, vel caprā, si habeat aliud, in quo possit pignora re: & si nō habeat, in quo pignora re possit: cōsilio Merini pignoret oves, vel boues. Si quis pignora uerit bouē, ouē, vel aliā bestiā, & moriatur pignus antē nouē dies: nemo sit ausus reddere pellē alterius bestiæ, quæ mortua non sit, in pignore, sed pellem illius bestiæ, quæ mortua est, reddat, & non aliā. Quod si fecerit, iudicetur sicut latro. De appellitis ita statuimus. Cū homines de Villis, vel qui stent in Montanis cū suis ganatis, audierint appellitum, omnes capiāt arma: & dimissis ganatis, & omnibus alijs suis factis sequantur appellitū. Et si illi qui erunt magis remoti, inuenerint in Villa magis proxima appellito: omnes qui nōdum fuerint egressi tunc Villā illam, quæ tardius secuta est appellitum, pectent unā bacca: & unusquisq. homo ex illis, qui tardius secutus est appellitū, & quæ magis remoti præcesserunt; paccet tres solidos, quomodo nobis videbūtur, partiēdos. Tamē in Iacca, & in alijs Villis sint aliqui nominati, & certi, quos elegerint Cōsules, qui remaneāt, ad Villas custodiēdas, & defendēdas. In placitis, post quā erit iudicatū, & ex toto diffinitū: cartæ reddantur in manu Alcaldi, & ipse frāgat cartas. Siquis cartā subtraxerit, vel furauerit; corpus illius sit iudicatū; & quidquid habeat, sit, & remaneat in nostra ma-

nu. Ganata cum descenderint, nullus audeat furare, vel rapere, vel pignora rare, vlla occasione; & nō iaceāt in vetatis militum, nisi per vnā noctem. Certa loca sint in Cequijs, in quibus ganata bibāt: ne cequia frangatur. Siquis fuerit conuictus, vel probatus, quod sciens fecerit falsum testimonium, & falsum iurauerit ad alium exheredandum: de corpore eius fiat iustitia, & tota illius hereditas ad nostram, & nostrorū successorum manū perueniat. Mercatores de Iacca, vel alios homines extraneos nullus audeat pignora, nec disturbare, nisi fideiussor sit, manu leuator, vel creditor. Siquis hoc deinde fecerit, Mille solidos nobis pettet. Siquis faciat Comādas in Iacca: sit illa Comanda salua, & secura: & nullus vel Merinus, vel alius audeat illam capere, vel tollere, aut fortiare, si ille cuius est Comanda, velit facere directū in Curia, siquis de eo conqueratur. Si verò fuerit latro, vel raptor, qui non posset facere iustitiam, vel stare directo, & rationi, si aliquis de illo conqueritur: emparet Merinus illam Comandam. Feriā, siue nundinas habeatis singulis annis in Festum Sanctæ Crucis Madij, quæ durēt per XV. dies: octo scilicet dies, post festum Sanctæ Crucis, & alios octo dies, ante illud festum. Omnes etiam illi, qui ad illas venerint nundinas, sub protectione, & defensione nostra suscipimus, quicumq; vel undecumq; sint.

Scio Forum hūc vulgari fermone in plures res scriptum exstare. Verum tamen, vt dixi, hæc inuenio illius Capita fuisse præcipua: hancq; existimo inter Iaccitanos principem, & certam esse initio constitutam, imperandi, ac prohibendi rationem; cui aliæ sensim admixtæ leges Ius maius fecerunt. Nec dubito, quin apud eos hic caussarum, Iudiciorumq; ordo, stante eorum Repub. & quamdiu Aragonensium Comitum tantummodò paruerunt imperio, conseruatus fuerit. Et postea quoq; facillimè credam eundem ordinem apud illos per multa sæcula similiter viguisse: id tamen quasi municipale aliquod, opidanumq; Ius, cum antiquo illo Suprarbiensi Foro, reliquoq; vniuerso nostro Iure, saltim in arduis, & grauisimis rebus, consentiens. Sed iam pridem in omnibus, ipsi Iuri nostro subiacent. Libentissimè autem his similia, quæ præscripta in veteribus nostrarū rerū monumētis reperi, inter historiæ cursum collocabo: quòd plurima in eis sit, ac verius expressa nostræ antiquitatis effigies. Deniq; vt ad istius Galindi Comitis, seu Galindonis (nā sic plerumq; exstat) priuatas res redeā; hæc, aliaq; his similia Decreta, ipsius laudes vehemēter illustrarūt: iā vt omnibus Fortis, Boniq; Principis expleuisse partes & illis sæculis, ac etiā præsentibus iudicetur. Duos filios reliquit; Eximinū Azenarij, atq; Endregotū Galindi.

lindi. Filiā quoq; Theudā, aut Totā: quæ Bernardo, primo Ripacurtiensi Comiti, nupta fuit. Matris verò nomē nō cōperi, nec certā aliquā tēporū rationē. Neq; à Garibaiō vlla expressa est. Alterā præterea filiam Comes hic videtur habuisse, Sanctio, Quarto Suprarbiensi Regi, nuptā: si modò quibusdā Oscensis Ecclesiæ scriptis standū est. Nam in eis Galindus iste Comes, suppresso nomine filiæ suæ, Sanctiū ipsum Regem, generū suum apertè nominat. Sed sunt multa in illis monumētis, quæ ipforū fidē mihi dubiā reddunt. Illa verò, quæ in priscis alijs Pinnatēsis Tabularij notātur, certiorē: nēpe Comitē hunc fuisse cū Garfia Enneconis, quē suprā secundum Suprarbiensem Regem numerauimus, ætate coniunctum. Continent enim Comitem Galindonē de Aragon vnā cum Garfia Enneconis Rege plurima dona eidem Monasterio dedisse. Et Hieronymus Surita in suis Indicibus pari etiam ratione, regnante nimirum eodem Rege; ab hoc ipso Comite alia dona Cerciteni cœnobio fuisse data, auctor est. Numerum autē Aræ erratum existimo, vel non satis benè intellectū. Anno enim DCCC. vel 800 Circ. ea omnia subijcienda duco: quin & hunc Comitē longiūs ætate progressum; fuisseq; Fortunij, tertij Suprarbiensis Regis, temporibus implicatum. Etenim in monumentis dicti Excellentissimi Archiepiscopi eius manu scriptū exstat: se in veteribus ipsius Pinnatensis cœnobij tabulis obseruasse: hunc Galindum Comitem, Azenarij Comitis F. Aragoniæ Prouinciæ præfectum fuisse sub regimine Regis Fortunij. Eadē enim hæc verba ab eo suggesta sunt. Quoniā autē Fortunij Regē ab Ann. CCC. IX. ad Ann. CCC. XV. regnasse constat: fit inde, vt dicamus, hūc Comitē vsq; ad aliquē horū annorū ætate processisse. Neq; magis certa à me initij, aut obitus illius ratio reddi potest.


Eximinus Azenarij, Aragonum Comes III.



POST Galindū Eximinus Filius, Comitis munus suscepit. Illud autē Azenarij sibi patronymicū nomē ab Azenarij aui nomine sumptū referuauit.

referuauit. Quod postea præclare est usurpatum à quamplurimis, vt suo loco dicemus; qui eo pacto desiderium gentilis alicuius, rerumq. ab eo gestarū memoriā renouare, illius retento nomine, curarunt. Istius verò Eximini perpaucae quidem res gestae perhibentur. Ad Olcassam proditur, cōmissa pugna cum Mauris, obiisse. Annus vero CC∞II. qui Garibaio placet, minimè huic pugnae conuenire potest, si in ea hūc Comitem occubuisse certum sit: cū Galindum patrē post dictum annum vixisse, ex his quæ paulò ante diximus, eruatur. Propterea suspicor istius Comitis ætatem, eamq. Olcassensem pugnam in Sanctij, Quarti Suprarbiensis Regis, tempora incidisse: atq. in eadē etiā duorum, qui post eum sequuti sunt, Comitū ætates. Neq. vero is Olcassensis locus nostrorum semper clade insignis fuit. Ibi namq. ante id tempus Fortunius, Rex Tertius, Maurorum aciem, quemadmodum retulimus, profligauit: atq. ex ea victoria Roncalensis Vallis incolæ celebre illud, quo hodie gaudent, ingenuitatis Priuilegium, in ornamentū honoris, reportarunt. De reliquo tamen huic Eximino, sine filijs decedēti, patris fratrem successisse perhibent. Quare autem frater Endregotus præteritus fuerit, nequaquam proditur. Quæ verò de ipsius Endregoti filia Surita in medium protulit, mox dicam.


Eximinus Garfiæ, Aragonum Comes III.



SVPERIORIS namq. Comitis, non Endregotus frater, sed hic patruus, Eximinus Garfiæ dictus, qui Azenarij, primi Comitis, filius erat secundo loco natus, successor fuit. Vnde autem patronymicum Garfiæ nomen traxerit, neq. cur filio fratris in Comitatu præpositus fuerit, scriptum nō comperi: nec de temporum serie certum, quod afferā, præterquā id, quod paulò ante dixi, cū dicto Sāctio Rege fuisset hunc Comitem ætate cōiunctum, me arbitrari. Iā verò quod Surita ait, ipsius Endregoti filiam, Aragonensis Comitatus heredem, Garfiæ, Aristæ Regis filio, nupuisse; incertum existimo: cū hac de re scriptores

lindi. Filiā quoq. Theudā, aut Totā: quæ Bernardo, primo Ripacurtiē si Comiti, nupta fuit. Matris verò nomē nō cōperi, nec certā aliquā tēporū rationē. Neq. à Garibaio vlla expressa est. Alterā præterea filiam Comes hic videtur habuisse, Sanctio, Quarto Suprarbiensi Regi, nuptā: si modò quibusdā Oscensis Ecclesiæ scriptis standū est. Nam in eis Galindus iste Comes, suppresso nomine filiaē suæ, Sanctiū ipsum Regem, generū suum apertè nominat. Sed sunt multa in illis monumētis, quæ ipforū fidē mihi dubiā reddunt. Illa verò, quæ in priscis alijs Pinnatēsis Tabularij notātur, certiorē: nēpe Comitē hunc fuisse cū Garfia Enneconis, quē supra secundum Suprarbiensem Regem numerauimus, ætate coniunctum. Continent enim Comitem Galindonē *de Aragon* vnā cum Garfia Enneconis Rege plurima dona eidem Monasterio dedisse. Et Hieronymus Surita in suis Indicibus pari etiam ratione, regnante nimirum eodem Rege; ab hoc ipso Comite alia dona Cerciteni cœnobio fuisse data, auctor est. Numerum autē *Æræ* erratum existimo, vel non satis benè intellectū. Anno enim DCCC. vel 800 Circ. ea omnia subiicienda duco: quin & hunc Comitē longiūs ætate progressum; fuisseq. Fortunij, tertij Suprarbiensis Regis, temporibus implicatum. Etenim in monumentis dicti Excellentissimi Archiepiscopi eius manuscriptū extat: se in veteribus ipsius Pinnatēsis cœnobij tabulis obseruasse: hunc Galindum Comitem, Azenarij Comitis F. Aragoniæ Prouinciæ præfectum fuisse sub regimine Regis Fortunij. Eadē enim hæc verba ab eo suggesta sunt. Quoniā autē Fortuniū Regē ab Ann. CC∞IX. ad Ann. CC∞XV. regnasse constat: fit inde, vt dicamus, hūc Comitē vsq. ad aliquē horū annorū ætate processisse. Neq. magis certa à me initij, aut obitus illius ratio reddi potest.


Eximinus Azenarij, Aragonum Comes III.



POST Galindū Eximinus Filius, Comitis munus suscepit. Illud autē Azenarij sibi patronymicū nomē ab Azenarij aui nomine sumptū referuauit.

referuauit. Quod postea præclare est usurpatum à quamplurimis, ut suo loco dicemus; qui eo pacto desiderium gentilis alicuius, rerumq. ab eo gestarum memoriâ renouare, illius retento nomine, curarunt. Istius verò Eximini perpaucae quidem res gestae perhibentur. Ad Olcassam proditur, comissa pugna cum Mauris, obiisse. Annus vero CC ∞ II. qui Garibai placet, minimè huic pugnae conuenire potest, si in ea hunc Comitem occubuisse certum sit: cum Galindum patrem post dictum annum vixisse, ex his quae paulò ante diximus, eruatur. Propterea suspicor istius Comitis aetatem, eamq. Olcassensem pugnam in Sanctij, Quarti Suprarbiensis Regis, tempora incidisse: atq. in eadè etiã duorum, qui post eum sequuti sunt, Comitum aetates. Neq. vero is Olcassensis locus nostrorum semper clade insignis fuit. Ibi namq. ante id tempus Fortunius, Rex Tertius, Maurorum aciem, quemadmodum retulimus, profligauit: atq. ex ea victoria Roncalensis Vallis incolae celebre illud, quo hodie gaudent, ingenuitatis Priuilegium, in ornamentum honoris, reportarunt. De reliquo tamen huic Eximino, sine filijs decedenti, patris fratrem successisse perhibent. Quare autem frater Endregotus praeteritus fuerit, nequaquam proditur. Quae verò de ipsius Endregoti filia Surita in medium protulit, mox dicam.


Eximinus Garfiæ, Aragonum Comes III.



SUPERIORIS namq. Comitis, non Endregotus frater, sed hic patruus, Eximinus Garfiæ dictus, qui Azenarij, primi Comitis, filius erat secundo loco natus, successor fuit. Vnde autem patronymicum Garfiæ nomen traxerit, neq. cur filio fratris in Comitatu praepositus fuerit, scriptum non comperi: nec de temporum serie certum, quod afferam, praeterquam id, quod paulò ante dixi, cum dicto Sactio Rege fuisset hunc Comitem aetate coniunctum, me arbitrari. Iam verò quod Surita ait, ipsius Endregoti filiam, Aragonensis Comitatus heredem, Garfiæ, Aristæ Regis filio, nupsisse; incertum existimo: cum hac de re scriptores

ptores omnes ad vnum idem sentiant: eam nimirum, quae Aristæ filio nupta fuit, Fortunij vltimi Aragonensis Comitis filiam fuisse. Sed in hoc fuisse omnino errorem puto: quòd alter Endregotus multos ab hinc annos, si quidem Cætum ferme & quinquaginta, fuit Abarcae Cæsonis Regis aetati suppar: quem constat filiam habuisse ipsius Abarcae Regis filio, Garfiæ etiam vocato, ut infra demonstrabimus, collocatã. Cuius Endregotum hunc, nequaquam dubito fuisse gentilem. Neuter tamen istorum Comes fuit. Propterea Garibaium sequuti, hunc in locum induximus hunc Eximinum. De quo hoc tantum memoriae proditum est; fuisse statim, ut Comes factus fuit, à Mauris interfectum, vnicò filio relicto, qui illius protinus successus est heres.


Garfiæ Azenarij, Aragonum Comes V.



ET hic quidè Garfiæ Azenarij, illud quoq. Azenarij nomen in primi Comitis memoriam praefetulit. Atq. eundè proditur fuisse vna cum ipso Sactio, Quarto Suprarbiensium Rege, instituto certamine à Mauris interemptum, Circ. Ann. Chr. CC ∞ XXXII. quae pugna 832 Remp. nostram ad Primum, quod diximus, Interregnum adduxit. In ea enim ambo ipsi, à Cæsar-Augustanensi Regulo, Muza, circumuenti, occisi fuere. Verum enim verò Aragonensis Comitatus ad Fortunium filium peruenit: sic ut Aragonensibus separatim nullum Interregnum daretur. Ex quo tamen eorum, ac Suprarbiensium vna, & eadem Resp. censebatur, cum Comites semper Regum subditij fuissent; quod in priuato Suprarbiensibus ipsis praecipuum fuit, id Aragonensibus etiam cum illis fuit commune. Et ob eam causam omnibus tunc constat fuisse de statuenda Republica curam coniunctam.

D 4 ETENIM


Aragonensium rerum
Fortunius Eximini, Aragonum
Comes VI.



ET ENIM Fortunius hic, quē Eximini patronymico nomine
vsum proditur, postquam Garfiæ patris mortui locum occupavit; om-
nium rerum, quas nostri gesserunt in primo illo Interregno, transa-
ctor, & administer fuit. Vnicam tantum habuit filiam, Vrracam, siue
Enengam, Aragonensis Comitatus heredem: quam Garfias Rex,
Aristæ Regis F. vt ante diximus, duxit vxorem. Atq. hæc quidē nuptiæ
gaudiorum plenæ, pacisq. & concordia fuerunt: quod non solum ma-
trimonij dignitate, sed ambarum etiam ditium societate coniunge-
rentur, quandoquidem vtriq. eorū hereditario iure paterna bona ob-
ueniebant: Garfiæ scilicet, Suprarbien se Regnum; Aragonensis verò
Comitatus, Vrracæ. Certam autem temporum rationem adhibere nō
possum: cum in ea mirum in modum varient scriptores. Sed iam illud
comperitū est satis, Fortunium hunc Comitem Sex, & triginta, ac plus
etiam annis Comitatus Aragonensis fuisse potitum. Nam totidem an-
832 ni interiecti sunt inter Ann. Chr. CCCCXXXII. quo Garfias Co-
mes pater, ac Sanctius, Quartus Suprarbiensis Rex, interiere, vnde pri-
mum nostris patuit Interregnum; & inter illius exitum, & finem, tum
868 quando nostri Ann. CCCCXLIX. de istius Comitatus Fortunij con-
silio, Aristæ Regi Regnū detulerunt: quocū eo tēpore affinitas sibi,
societasq. & magnæ necessitudinis causæ intercedebāt. Etenim filia
sua Aristæ filio iā erat desponsa; quandoquidem Ann. Chr. Dccclxxx.
ex Priuilegio, quod infra intexere promisi, Fortunium ex ea nepotē,
ex pueris excessisse colligitur. Et fortasse hæc quoq. causæ eū impulit,
vt nostros ad Aristæ Regē, confocerū suū, eligendū incitaret. Deniq.
illius consilio selectū fuisse, omnium scriptis testatū cōperio; quibuscū
etiā Pinnatēsis codex consentit: fuisseq. illū in tam benè statuēda Rep.
nostra auctorem publici cōsiliij, & sententiæ dicendæ principē illustre
in Senatu.

ptores omnes ad vnum idem sentiant: eam nimirum, quæ Aristæ
filio nupta fuit, Fortunij vltimi Aragonēsis Comitatus filiā fuisse. Sed in
hoc fuisse omnino errorem puto: quod alter Endregotus multos ab
hinc annos, siquidem Cētum ferme & quinquaginta, fuit Abarcæ Cæ-
sonis Regis ætati suppar: quem constat filiam habuisse ipsius Abarcæ
Regis filio, Garfiæ etiam vocato, vt infra demonstrabimus, collocatā.
Cuius Endregotum hunc, nequaquam dubito fuisse gentilem. Neuter
tamen istorum Comes fuit. Propterea Garibaium sequuti, hunc in lo-
cum induximus hunc Eximinum. De quo hoc tantum memoriæ pro-
ditum est; fuisse statim, vt Comes factus fuit, à Mauris interfectum, vni-
co filio relicto, qui illius protinus susceptus est heres.


Garfias Azenarij, Aragonum
Comes V.



ET hic quidē Garfias Azenarij, illud quoq. Azenarij nomen in
primi Comitatus memoriam præsetulit. Atq. eundē proditur fuisse vna
cum ipso Sāctio, Quarto Suprarbiensium Rege, instituto certamine à
Mauris interemptum, Circ. Ann. Chr. CCCCXXXII. quæ pugna 832
Remp. nostram ad Primum, quod diximus, Interregnum adduxit. In
ea enim ambo ipsi, à Cæsar Augustanensi Regulo, Muza, circumuen-
ti, occisi fuere. Verum enimverò Aragonensis Comitatus ad Fortu-
nium filium peruenit: sic vt Aragonensibus separatim nullum Inter-
regnum daretur. Ex quo tamen eorum, ac Suprarbiensium vna, & ea-
dem Resp. censebatur, cum Comites semper Regum subditij
fuisissent; quod in priuato Suprarbiensibus ipsis præci-
puum fuit, id Aragonensibus etiam cum illis fuit
commune. Et ob eam causam omnibus tunc
constat fuisse de statuenda Rep.
curam coniunctam.

D 4 ET ENIM

Aragonensium rerum
Fortunius Eximini, Aragonum
Comes VI.



E T E N I M Fortunius hic, quē Eximini patronymico nomine
vsum proditur, postquam Garfiæ patris mortui locum occupavit; om-
nium rerum, quas nostri gesserunt in primo illo Interregno, transac-
tor, & administer fuit. Vnicam tantum habuit filiam, Vrracam, siue
Enengam, Aragonensis Comitatus heredem: quam Garfias Rex,
Aristæ Regis F. vt ante diximus, duxit vxorem. Atq. hæc quidē nuptiæ
gaudiorum plenæ, pacisq. & concordia fuerunt: quod non solum ma-
trimonij dignitate, sed ambarum etiam ditionum societate coniunge-
rentur, quando quidem vtriq. eorū hereditario iure paterna bona ob-
ueniebant: Garfiæ scilicet, Suprarbien se Regnum; Aragonensis verò
Comitatus, Vrracæ. Certam autem temporum rationem adhibere nō
possum: cum in ea mirum in modum variant scriptores. Sed iam illud
compertū est satis, Fortunium hunc Comitem Sex, & triginta, ac plus
etiam annis Comitatus Aragonensis fuisse potitum. Nam totidem an-
ni interiecti sunt inter Ann. Chr. CCXXXII. quo Garfias Com-
832 mes pater, ac Sanctius, Quartus Suprarbiensis Rex, interiit, vnde pri-
mum nostris patuit Interregnum; & inter illius exitum, & finem, tum
868 quando nostri Ann. CCCLXII. de istius Comitatus Fortunij con-
silio, Aristæ Regi Regnū detulerunt: quocū eo tēpore affinitas sibi,
societasq. & magnæ necessitudinis causæ intercedebāt. Etenim filia
sua Aristæ filio iā erat desponsa; quando quidem Ann. Chr. Dccclxxx.
ex Priuilegio, quod infra intexere promisi, Fortunium ex ea nepotē,
ex pueris excessisse colligitur. Et fortasse hæc quoq. causā eū impulit,
vt nostros ad Aristā Regē, confocerū suū, eligendū incitaret. Deniq.
illius consilio selectū fuisse, omnium scriptis testatū cōperio; quibuscū
etiā Pinnatēsis codex consentit: fuisseq. illū in tam benè statuēda Rep.
nostra auctorem publici cōsiliij, & sententiæ dicendæ principē illustrē
in Senatu.

in Senatu. Neq. tamen dubito, quin et si illius bellica facta, quæ scriptis
commendentur, nulla exstent, nihilominus valde militaris rei scientiā
percalluerit. Sed ad illius laudem satis sit, quod Reipub. qua fruimur,
machinator, & architectus exstiterit: cum tam præclarum hoc factum
iure possit amplissimis multorū triumphis anteponi. Præcipua namq.
illius opera, maiores nostri, Adrianum II. Pont. Max. Longobardosq.
adierunt de summa Reipub. consulturi: Vnde antiqui Suprarbiensis Fo-
ri; Iudicijq. Medij Præfecturæ initium sumptum fuit, à quo tanquam à
fonte, & capite libertatum nostrarum origo dimanauit. Quapropter
non facile credam me in eo laudando insolentem, aut multum visum
iri. Ceterum quo anno obierit, incertum est prorsus. Suspicio tamen
nequaquam illius vitam Aristæ Regis tempora excessisse: cum ferè
omnes scriptores testentur, Garfiam Regem generum, Aragonen-
sem ipsum Comitatum vxorio iure à sui Regni initio tenuisse. Meritò
autem hoc loco ipse Rex gener, Septimus Aragonum Comes enu-
merari debuisset, itidēq. Octauus, & vltimus, Fortunius II. Monachus,
ipsum generi filius natu maior: quē deposito Regio munere, Monasti-
cæ vitæ se addixisse Circ. Ann. CCOI. retulimus: ob idq. Reipub. no- 901
stram fuisse ad Secundum Interregnum adductam, vnde huc digressi
sumus, vt Comitum seriem prius complecteremur. Sed quia iam supra
explicauimus, quæ de his duobus, Septimo, & Octauo, Comitibus tra-
di potuerunt, dum eorum res gestas inter Suprarbiensium Regum fa-
cta recensuimus: minimè ea hoc loco iterāda duximus. Atq. hæc sunt,
quæ dicere habui de Comitibus. Quoniam autem ex hac Suprarbiæ, &
Aragonis ditionum coniunctione, Secundo huiusmodi nostris Inter-
regno dato, noua noui Regni moles efluxit, Sanctio Abarca Cæsone,
huius Fortunij Comitatus ex filia nepote, Fortunijq. Regis Monachi, vt
diximus, fratre, ad Iaccetanam Urbem Rege constituto, vnde auspica-
tò felix, faustumq. Regale Aragonum nomen, ac munus ortum
fuit: Secundum ipsum Interregnum nos nunc persequi
oporteret, tenentes ordinem rerum, quem cœpi-
mus. Prius tamen cogimur ad eā aggredi de
Reipub. nostræ primordijs, quam in
hunc locū distulimus, disputa-
tionē: vt eis patefactis ad
Secundi Interregni
narrationem re-
uertamur.

Varia de Suprarbiensis Regni initijs
scriptorum sententia.

M V L T A E, ac varia sunt, ad stuporem vsq. inter scriptores diffensiones in antiquarū rerū nostrarum serie explicanda: maximè verò in Reipub. nostræ initijs deducēdis. Quidam enim quatuor illos, quos supra numerauimus ante Aristam, Reges omittunt; quasi Duces, & copiarum signiferi ductores, non autem Reges exstiterint. Alij eos Reges memorant; Nauarrenses tamen, seu Pompelonenfes, non autē Suprarbienses fuisse vocatos, hocq. Suprarbiensis Regni nomen nouè quæsitum ferunt. Alij, quæ communis ferè omnium sententia est, Aristam à Nauarrenfibus, & Suprarbiensibus simul, eidem Comitij, fuisse euectum Regem, tradunt. Garibaius, licet solus, primum, quod appofuimus, Interregnum subtrahere nititur, Eximino Regi, Aristæ Regis patri, Sanctium, Suprarbiensem Quartum Regem, patrem tribuendo: vt à primo illo Rege, Garfia Eximini, ad Aristam ipsum non interrupta, sed cōtinuata prorsus ipforum Regum successio statuatur. De his omnibus dicere cogimur hoc loco, vt consilij nostri rationem, qua ad ea, quæ scripsimus, annotanda moti fuerimus, explicemus. In primis autem ad docendum de Eximino Regis, Aristæ patris, Regno, vita, & nomine; intexam hoc loco, quod antea dixi, me in Barcinonensi Tabulario comperisse antiquum Priuilegium: ex quo etiam alia eruuntur. Est autem huiusmodi.

In nomine Domini Iesu Christi. Ego Garsea Rex, filius Enneconis Regis: Cogitans de meis innumerabilibus peccatis, qua impediēte humani generis inimico nimis temerariè perpetravi, & timens in die Iudicij tremendi à sinistris pro recompensatione meorum actuum inter hædos computari: cum cō filio filij mei Fortunij venio ad cœnobium Sancti Saluatoris Leierensis. Et ibi presente Domino Eximino Episcopo, societatem in Orationibus, & ieiunijs, & eleemosinis, & bonis operibus accipio: Credens de Sancti Saluatoris suffragio, & Sanctorum Martyrum precibus, atq. fratrum ibi deseruentium Orationibus posse defendi ab aduersitatibus in hoc saculo, & à dānatione perpetua in futuro. Igitur vt hoc mihi eueniat secundum desiderium meum, & secundum spem meam, presente filio meo Fortunio, & Episcopo Domino Eximino, & alijs meis Principibus, tribuo Sancto Saluatori, & Sanctis Martyribus duas Villas Lerdam, & Anjuessem, cum suis herentijs, id est terminis, à me, & à filio meo, & à quamplurimis determinatis. Lerdam

dam verò habeat terminos de Sancta Cruce, qua est in culmine montis, sicut vertit aqua vsq. ad vallē maiore de Ondosse, & de vallē maior vsq. Bocart al, & de Bocart al vsq. ad Salsam, & de Salsa vsq. ad Samarium, & inde vsq. ad billosam, & de billosa suso vsq. ad Cassallo, & Ecclesiam Sancti Felicis sicut vertit aqua vsq. ad vinyuelas veteres, & inde in suso vsq. ad fontem de Camplio, Et de illo fonte vsq. ad Vayll susos, & de Vayll susos, vsq. ad predictā Ecclesiam Sancta Crucis. Anjuessem autem habeat terminos de Peña vulturina vsq. ad fontem, qui vocatur Axauus, & de illa fonte, vsq. ad pontarron, sicut currit aqua vsq. ad flumen Aragonis, & de culmine montis Agar a cum canalibus, simul cum canale Aueranosa, qua est iuxta malio. Et de malio vsq. ad Aguilar, & de Aguilar, ad fontem de Mopoyo, & sicut currit illa fonte vsq. ad Vaill liscosa, & de ipsa valle vsq. ad flumen Aragonis. Ipsas verò Villas cum terminis supradictis sic determinat as simul cum filio meo Dono ingenuas, & liber as Sancto Saluatori, vt nemo ibi habeat aliquam mandationem, nisi Abbas Sancti Saluatoris, & eius Monachi. Ideo Do eis sic determinat as, quia magna contentio solebant, habere homines de Villafilaria cum homines de Lerda, & de Anjuessem, sic quòd occidere se volebant. Et ne amplius habeant inter se contentionem, determinauit eas, vt ab ista die in antea homines de Lerda, & de Anjuessem non habeant contentionem, neq. iudicium cum homines de Villafilaria, neq. de alijs Villis. Qui presentes fuerunt in hac determinatione, Garfia Semenones, & Enneco Blascone de Dasse boço, & tio, & Auriolus Presbyter, & suo Neto Garcia de Arbi, & Garcia Necones, & Eldebone de Sansicu, & Enneco Blacsonis, & Garcia Fortuniones de Guardosse, & Sancio Vita, et Blasco Necones de Frelisana, et Galindo Benaion, & Mantio Blascones, & Galindo Garfianes de Fillaria, & suo Netu Galbussu, et Fortunio Mantiones de Gordun maritu de Domna Sanctia, qua fuit germana de auiatu de Falcos, et Senior Garfia Ennecones Judice de Ondosse. Et ego Eximinus Episcopus suadente me, et rogante Domino meo supradicto Rege Garsea, vt simili modo faciam aliquod donum Domino meo sancto Saluatori, et sanctis Martyribus, vt ceteris tribuam exemplum: sciens quod pro hoc premium vita at crina acquiratur infuturo: Dono, et concedo Ecclesias istarum Villarum sancto Saluatori, et Sanctis Martyribus, Abbati Sanctio Gētullis iure hereditario in perpetuum possidendas similiter adhuc. Et ego Rex Garsea Do vnum agrum inter Nauerdum, et Saucicum eodem modo ingenuum. Quicumq. verò huic donationi nostra, quam pro remissione omnium peccatorū nostrorum facimus, et proprie pro remissione patris mei Enneconis, & aui mei Eximino Regis, nec non et successorum meorum,

meorum, Regum scilicet, Principum, & Comitum, voluerit contradicere, vel aliquo tempore hereditatem, siue terminum istarum Villarum, vel Villas met ipsas, vel ipsasmet Ecclesias à Domino Eximino Episcopo oblatas abstrahere, vel alienare voluerit à sancto Salvatore: abstrahat eum Deus à sancto paradiso, & alienum faciat à consortio beatorum. Et ex parte Dei omnipotentis sit maledictus, & excommunicatus, & anathematizatus anathema Maranatha & à cætu Christianæ Ecclesiæ segregatus, & à fronte binis luminibus carens. Demum subitanea morte percussus, & demonibus traditus, cū Sathana, & Iuda traditore, qui Dominū Salvatorē tradidit, in inferno inferiori habeat portionē visurum, & lugiturum cum diabolo, & omnibus Angelis eius in sæculis sempiternis sine fine. Ac tum quòd absit suadente diabolo cum concupiscentia sæculi, si euenerit, ex parte Dei, & sanctæ Mariæ matris eius, & beatissimarum Martyrum Nunilonis, & Alodia, & omnium sanctorum, Regem, Principem, vel Comitem, qui tunc in tempore regnauerit, Coniuro & precor; ut oblationem, quam Dominus Eximinus Episcopus offert rogatu meo, & sua propria voluntate, & oblationem, quam ego pro peccatis meis Deo offero, ipse per vim, aut per voluntatem, neq. per iudicium non sinat tollere, vel partire. Quòd si dimiserit: omnia peccata nostra, & parentum nostrorum, & omnium successorum Regum, atq. Episcoporum, pro quibus hoc offerimus, super ceruices illius iaceant; & in die Iudicij recognoscat culpam suam, & habeat damnationem de anima sua, & hac oblatio inconuulsa permaneat in sæcula sæculorum. Amen.

FACTA hæc Carta Donationis, vel Confirmationis Die duod. Kal. Decemb. Era Noningentesima decima octaua. Nos quoq. prædicti Garzia Rex, & filius meus Fortunius, qui hanc Cartam fieri iussimus, & relegendem audiuimus, & nostra propria signa etiam ponimus, & Confirmationibus, siue testibus ad confirmandum ostendimus: Confirmamus, & roboramus. Garzias Rex confirmat, & signat. Fortunius proles Regis confirmat, & signat. Episcopus Eximinus Pampelonensis confirmat, & propria manu signat. Episcopus Garzia Albeldësis cõfirmat. Episcopus Martius in Aragonia confirmat. Abbas Sanctio Gëtullis cõfirmat. Abbas Fortunius Sancti Emilianis confirmat. Abbas Domno Salute Sancti Prudentij confirmat. Senior Enneco Sanz in Nagera confirmat. Senior Blasco Boardellis de Biozari confirmat. Senior Mantio Sanctionis de Eleffa confirmat. Senior Azenar Sanctionis de Fillaria confirmat.

Iam itaq. euident, & perspicuum omnibus esse poterit, Aristæ Regis patrem,

patrem, fuisse Regem Eximinum. Cuius rei, ne alterius laudem fraudemus, inuentor non sum, sed tantum probator. Garibaius enim Pinnatensem, ut ipse ait, Historiam sequutus, princeps omnium istius Eximini Regis nomen fuscitauit. Illius verò Regnum improbatum reliquit. Siquidem nusquam ex illius scriptis apparet, Eximinum ipsum, fuisse Regem, sed tantum Aristæ patrem: proptereaq. eum supra ex hac parte in probatione defecisse retulimus. Nunc verò vtrumq. huiusmodi Priuilegio, quocum ipsa Pinnatensis historia consentit, manifestè conuincitur: scilicet, & Regem fuisse, & ipsius Aristæ patrem: quandoquidem Garzias Rex, Aristæ Regis filius, qui dictum Priuilegium Ann. C C O X X C. (Hic enim conuenit Aeræ in eo appositæ) irrogauit, apertissimis verbis se, Enneconis Regis filium, id est, Innici, qui postea Arista dictus fuit, (veteres namq. quandoq. Innici loco Enneconem proferebant) & Eximini Regis Nepotem, quem auum suum appellat, profitetur. Tum etiam ex eodem Priuilegio, Fortunij nomen apertè colligitur, qui fuit Eximini pronepos, Aristæ nepos, & Garzias Regis, qui Priuilegium concedebat, filius: quem quidem nos vltimum Suprarbiensem Regem, citimum Aragonensibus Comitibus annotauimus. Sed fateor ex dicto Priuilegio non elici sententiam meam, ut inde ipsius Fortunij Monachi Regnum eruamus: sed nomen tantummodò, ac Garzias Regis filium, id est, Aristæ nepotem, extitisse. Verumtamen fuisse Regem, seseq. imperio abdicasse, quòd in Monasterio Legerensi Monachi se votis obstrinxisset; grauissimis vrgetur à Garibaio adductis argumentis, ex ipsa antiquitate depromptis: sic iam ut si quis contradicere velit, quemadmodum in eius vita diximus, non audiatur. Hoc etiam, quòd caput est quoq. eodem ipso Priuilegio concluditur: Nempe Comitum filiam Vrracam, iam Aristæ filio nuptam esse Ann. Chr. C C O L X I X. quo tempore Arista à nostris Rex electus fuit. ut non abs re de eodem Comite liceat suspicari, ob eam causam impensius illum, ut nostri inclinatione voluntatum in confocerum adsciscendum Regem propenderent, effecisse. Idq. liquidò ex certissima temporum ratione firmatur. Si enim Fortunius Monachus, Garzias Regis filius, ipsiusq. Comitum ex dicta Vrraca filia nepos (neq. enim Garziam ipsum uxorem aliam duxisse constat) Ann. Chr. C C O X X C. quo dictum Priuilegium irrogatur, de illius rogatione, ut illius expressa sunt verba, à patre consulitur; illudq. etiam confirmat, &

E sancit

fancit: sequitur necessariò, vt filius ipse Fortunius, si non ita multum ætate processisset, saltem quartum decimum tunc ageret annum, cum in pupillari ætate nullomodo consilij vis inesse iure possit. At verò inter dictum Annum CCOXLXIX. quo electio Aristæ Regis facta fuit, & inter rogationis dicti Priuilegij annum, duodecim tantum anni interseruntur. Concluditur ergò ratio, vt quando Aristam nostri Regem adsciuerunt; iam antea, biennio saltem, Fortunius ipse nepos, qui se postea, vt dictum est sæpe, monasticæ vitæ instituto addixit, natus esset: fitq. etiam, quod inde elicitur, consentaneum, vt propterea Comes ipse nostrorum animos, ad eligendum Aristam contra responsum datum induxisset, quia iam tunc cum eo erat hoc vinculo affinitatis deuinctus, quod eius filio filiam collocarat, nepotemq. iam, ex ea filia natum, tunc haberet. Etenim cum Adrianus Pont. Max. Longobardiq. nostris consulentibus respondissent; Neminem, qui præpotens esset, Regem tunc constitui oportere, ne inferiores, vt dictum est, premeret: tamen istius rei habenda ratio fuit, vt non sine aliqua magna causa existimemus, tam citò nostros tantoperè ab huiusmodi consilij discrepasse, vt Aristam sibi Regem statuerent, qui si non iamdiu Pompelonensis Rex (quæ recens nostra opinio est) saltem (quod peripicuum satis esse potest) Eximini Regis filius erat, proindeq. omnes potentia, & dignitate anteibat: sed tamen graui aliquo ex nostris viro, vtpote ipso Comite suadente, verisimile est nostros ea in parte incepti cursus rationem aliquantulum inflecti fuisse passos, ac præcipuè quidem Media illa interposita Præfectura, quæ ad potestatem Regiam temperandam in Repub. nostra, de pactarum legum vi, constituebatur. Nam Aristam omnino peregrinum esse, quod altero responsonis Capite vetabatur, non ausim affirmare: immo eum existimo, ex quo Eximini Regis filius erat, diutiusq. Nauarrensibus imperabat, tamquam ciuem habitum fuisse, tamen ab Aquinia duceret fortasse genus suum; eaq. in parte nec multum de Consulorum institutis immutatum. Ad superiorem autem mutationem consilij non faciliè credam fuisse nostros vlla alia re, nisi ea moderatione adhibita, quæ ex Media illa Præfectura inducebatur, descensuros. Atq. hæc habeo modò, quæ obseruem in istius Priuilegij verbis, quæ indicaui. Alia autem sunt, non illis certiora, ea namq. certissima statuo, sed quæ me tamen oportet obseruare, vt aliquod

aliquod quasi vestibulum ad huiusmodi disputationem faciamus. Quale illud est, in primis graue, ac firmum, Iacobi Regis I. testimonium, quo in rerum suarum à se editis Commentarijs, se semetipsum ad Offenses viros loquentem inducens, Quartumdecimum se esse Regem eorum, qui in Aragonia regnarunt, expressè his Catalanicis verbis profitetur. Ea namq. lingua Commentarij ipsi, eiusdem Regis manu, ante annos CCC. scripti sunt. *Varons: be creem, que sabem, è deuen saber, que nos som vostre senyor natural; è de llonch temps, que XIII. Reys ab nos ha hagut en Arago.* His ergo positis fundamentis, vt id primum, quod cetera obscurat, discutiamus: qui priores Reges enumerare omittunt, quasi Duces, non autem Reges existierint; graui Ruderici Toletani Archiepiscopi auctoritate in huiusmodi opinionem adducuntur, quod eos ille silentio prætermiserit, ab Aristaq. Rege ceperit scribendi exordium, Idq. magnopere confirmari eisdem placet eodem ipso Iacobi I. Regis testimonio; vt non solum quatuor illi antiqui Reges, qui Aristæ antecesserunt, sed & Eximinus pater, & Fortunius nepos, ac duo etiam alij Garcias, & Sanctius, à Garibaio nuper excitati, qui inter Reges Abarcam Cæsonem, & Tremulum interponi debent, nullomodo in Regum numerum venire possint, quasi hi omnes, posteriores siquidem cõmentitij, & ficti Reges sint; priores autem non Reges, sed Duces. Quinimmo flagitiu statuentes, novos modò Reges suscitare; minimè tantam potuisse vnquam obliuionem esse inquit in scripto, præfertimq. de Regibus; vt eorum nomina ne audita quidem fuerint. Cumq. Iacobus ipse Rex se esse Quartumdecimum Regem fateatur, necessariò iam videtur ipsis, ab Aristâ ipso & Regni, & stirpis initia repetenda esse, eosq. quieum antecesserunt, è Regum; qui post eum verò interponuntur, è viuorum numero exturbandos. Neq. enim leniùs rem tractant huiusmodi. Ac mihi quidem verisissima, grauisimaq. videtur Iacobi I. Regis sententia. Sed eam nequaquam arbitror intellectam. Etenim, priores Reges fuisse, præter Garibaïum, qui firmissimè asseuerat plurima extare, ac se vidisse vetera monumenta ea de re; omnes ferè & recentiores, & veteres scriptores, quotquot sunt, qui res nostras scriptis suis mandarint, prodidère. Ex quibus hos tantum nominabo; scilicet Alfonso Castellæ Regem, Sapientem vocitatum; Rudericum Toletanum Antistitem; ac veterem nostrarum rerum Scriptorem, in ea quæ Pinnatensis Historia inscribitur; memo-

ratumq. Excellentissimum Archiepiscopum Ferdinandum: qui in priuatis suis monumentis eandem prorsus, quam nos, rerum à quatuor illis Suprarbiensibus primis Regibus gestarum narrationem persequitur. Ex Alfonsi enim Castellæ Regis, ac Ruderici Archiepiscopi Toletani scriptis apertè concluditur, ante Aristam Regem, in Nauarra prouincia Reges exstitisse. Siquidem ambo ipsi, Muninnam illam, seu Momeranam, de qua supradiximus; ex Regali Nauarrorum Regum stirpe profectam, Anno DCCLV. Froilæ, seu Fruelæ Asturiarum, siue Legionensi Regi nupsisse aiunt. At ea res, ac Froilæ Regnum longè multum, ex ipsorum aliorumq. Historicorum sententia, Aristæ Regis Regnum antecessit. Vnde efficitur, vt qui Aristam antecesserunt, Reges non Duces fuisse, ex eorundem Alfonsi, ac Ruderici scriptis eruatur. Auëtor quoq. Pinnatensis Historiæ (qui monachus quidam Petrus Marfilus putatur esse, ac si non ante ipsum Archiepiscopum Toletanum, eius saltem non excessisse vitam colligitur) eos Reges nominat. Præterea Hieronymus Surita cum Aristam primum Regem inducat; Suprabiam terram (ita enim loquitur) sub Anno CCCXIV. qui longè multum, etiam ex ipsius sententia, Aristæ Regnum, ac patris antecessit; meritò ipsis temporibus Regni nomen fortitam tradit: licet non à cælesti illo miraculo, quod supra arborem cælestis Crux apparuerit, vocatam censet, sed quia supra Arbem montem constituta sit: Sed siue hoc, siue illo modo fuerit, si eo Anno Suprabium, Regni nomen adsciuit; Regum ergò imperio parebat. At in eum Annum, vel non multò longè Fortunium, & Sanctium, tertium, & quartum, quos diximus, Reges, incidisse constat, multò ante Eximini, & Aristæ Regum tempora. Qui igitur eos antecesserunt, Reges nominandi sunt. Ac si Reges; Suprarbienses sanè: vt eorum titulus Regni, cui præerant, nomini conueniret. Quid? quod, & in Annalibusidem Surita testatur, antiquum quoddam Priuilegium exstare Ecclesiæ sancti Petri Siresiensis irrogatum; in eoq. Sanctij Garfiæ Regis, & cuiusdam Aragonensis Comitis fieri mentionem, atq. ipsius Comitis nomen, præpostero ordine, Regio nomini antepositum esse. In Priuilegijs insuper Roncalensis vallis habitatoribus concessis, quorum Carolus Princeps meminit, & Garibaius eorum se exempla asseruare ait, Garfiæ Regis, ac Fortunij eius filij, Infantis Suprarbiensis nominati, expressam factam

factam mentionem proditur. iam vt priores quatuor, non Duces, sed Reges exstitisse, cum tot grauibus testimonijs comprobetur, venire in dubium nemini certè iam possit. Neq. enim rationem illam probo, Reges non fuisse, ob eam causam, quòd nullius eorum Archiepiscopus Toletanus meminerit. Ille enim De ortu, & genealogia Nauarrensium Regum scripturus (sic namq. suum opus inscripsit) iure potuit de eis silere, quos nequaquam duceret in eum numerum referendos esse. Quæ autem quæso Garfiæ Eximini, istorum Regum, vt ita dicam, parens, appellari poterat Nauarrens, siue Pompelonensis, quod idem est, Rex, cum neq. à Nauarrensibus assumptus, nec in Nauarrensitudine euectus, nec eiusdem potitus, nec in ea sepultus exstiterit? Et Rudericus ipse alio in loco aliter sensisse visus est: cum, vt supra diximus, Froilam Asturiarum, siue Legionensem Regem, eandem Momeranam ex Regali Nauarrorum progenie (nam sic est apud illum) ortam, quam Alfonsus Rex Muninnam vocat, duxisse vxorè tradat, Aera DCCXCIII. quæ Anno DCCLV. conuenit: longè verò post dictum Annum, Aristam Regem Nauarræ imperare cœpisse idem ipse Archiepiscopus auëtor sit. Quin immo inde coniecturā capio, vt eos Reges, qui Aristam antecesserunt, quandoquidem fuisse Reges inde etiam colligitur; ex quo Archiepiscopus ipse eorum non meminit, cum alioquin patria esset Nauarrus: nobis, non autem Nauarrensibus vendicemus: tametsi illum, dum Regalem Nauarrorum progeniem dixit, apertè video, eos omnes Nauarrens Reges censendos iudicasse. Sed istius gentis est maximè proprium, vt antiquam omnem nobilitatem à se esse profectam arbitrentur. Itaq. iam videmus ipsum illum Archiepiscopum Toletanum, nec ipsum secum, nec ea cum re, quam sibi ostendere proposuerat, constitisse: sed maiori profectò ex parte claudicasse. Nam de ortu, & genealogia Nauarrensium Regum scribens, Aristam eorum Regem numerauit primum, cum ante eum Regalem Nauarrorum progeniem memorasset. Neq. solum Eximinum Regem, ipsius Aristæ patrem, præterijt, sed Fortunium etiam nepotem; quorum vterq. Eximinus quidem, si ita sit, Nauarrensibus solis, Fortunius verò ipsis, ac Suprarbiensibus simul, quemadmodum demonstrauius, imperauit. Porrò & eorundem Archiepiscopi Ruderici, & Castellani Regis scriptis colligitur apertè, post miserabilem illam Hispaniæ cladem, quando illius instauratio eo, quem diximus, modo fieri cœpit; Froilam ipsum, nonnullosq. alios tum ante, tum post eum Legionenses, siue

Asturiarum Reges, ipsius Nauarræ satis diu fuisse potitos: & quādoq. in illam, quod ab eorum nomine, & imperio defecisset, vehementer infulasse. Atq. eo tempore complures Nauarrensiū, Suprarbiensibus Regibus se totos addixisse, ipsiq. paruissē, quo vsq. Arista ab eis Rex adscitus fuit; Beutherius Valentinus, quem grauisimum scriptorem iudico, auctor est: Aristaq. primum omnium, Nauarrensem Regē fuisse, tum ipse, tum idemille Carolus Princeps attestatur. iam vt inde etiam satis benè colligi possit, quatuor illos ante Arista Reges, nequaquam Nauarrenses Reges censendos fuisse: tametsi eos, ita Scriptorum vulgus, hisce minimè notatis rebus, appellarit. Sed hac de re plura paulò post. At verò ipsum Suprarbiense nomen haud nouè quæsitū, sed priscum nimis, & antiquum esse, præter varia, ac multa aliorum scriptorum testimonia: vsitata etiam illæ Regalium Priuilegiorum formulæ valde confirmant. In ferè omnibus namq. Priuilegijs, quæ exstant à Sanctio Maiori, & post eum ab alijs, & nonnulla ab anterioribus Regibus irrogata, apertè videmus, eos omnes hanc consuetudinem loquendi seruasse, vt cum initio se tantummodò Aragonensium, & Pompelonensium Reges fateantur (Nauarrēsum etenim in antiquis Priuilegijs nusquam memini profectò me legisse) in extrema parte, post appositam illam vsitatam temporis notationem, sub his verbis: *Facta Carta*; & reliqua: Regales alias Ditiones, quibus præerant, ostenderent, loquentes hoc modo: *Regnante me Rege Sanctio in Pampilona, in Aragone, in Superarbi, & in Ripacurtia*. Sic enim quādoq. Suprarbij vocem scriptam inuenio. Singulas autem huiusmodi Ditiones, Regna fuisse perspicuum est planè. Eo autem genere loquendi demonstratur, eas, quæ aliquandiu diuersæ fuerant, iam tunc coniunctas, & copulatas illius Regis imperio parère, qui se in illis regnare profitetur. Quod si Suprarbiensis Ditio, Regnum fuit vnquam; id certè ante Abarcam Cæsonem esse oportuit. Illius namq. nominationem postea vsitatus Aragonum Regni nomen exorbuit, quod primus sibi Abarca ipse Cæso vendicauit; sic, vt nisi in extremo Priuilegiorum, eo, quem diximus, modo, nequaquam appareat. Atq. hoc pacto sensim profectò fuit priscum illud Suprarbiensis Regni nomen antiquatum. Et ex his omnibus etiam apertè colligitur, quam supra intexuimus nostri Iacobi I. Regis sententiam ita omnino interpretandam esse, vt ea stirpis nullomodo, sed Regni; Regni verò Aragonum solius initium denotetur: neq. ab ipso Rege Iacobo, dum se Quartumdecimum Regem numerauit, vllam prorsus Regum, qui Abarcam Cæ-

eam Cæsonem antecesserunt, habitam fuisse rationem. Nam si stirpis initium denotasset; ab Eximino Rege originem sumendo, Fortunioq. Rege. Monacho, Cæsonis Abarcæ fratre, numerato, etiam exclusis duobus alijs Regibus, qui inter Cæsonem ipsum, & Tremulum, vt memorauimus, interponi debent; non Quartus decimus, sed Sextus decimus potius numerandus esset. Quod si eos duos numeremus, quæ admodum numerandos esse, Regesq. fuisse demonstrabimus; Octauus decimus numero fuisset omnino. Si verò alterius præterquam Aragonū Regni initium significare voluisset; neq. etiā constare sibi vllomodo posset, quin in eodem, ac in maiori certè ipsius notæ errore versaretur. Iam tunc enim paulò altiùs, si quidem à Garfia illo primo, quem diximus omnium Regū parentē appellari posse, repetere numeri ipsius initium cogebatur, eoq. ceteros Reges cōplecti; qui nobis post Hispaniæ iacturam imperarunt. Quo pacto Secundus & vicesimus Rex numerari debuisset. Neq. verò dum Garfiam primum, omnium Regum parentem nominavi, cum Garibaiō consentio, qui Primū Interregnū subtrahere nititur, Eximino, Aristæ patri, Quartum Suprarbiensem Regem Sanctium, patrem tribuendo, vt ab eodem Garfia continuata Regum successio deducatur. Ea enim in re Garibaium deceptum fuisse demonstrabo. Sed quia primus in Repub nostra Princeps extiterit Garfias Rex, qui ceteris ad statuendum Regnum aditum fecit illustrem. Hunc igitur, & reliquos omnes, qui post eum sequuti sunt Reges, vna secum Iacobus ipse ad numerare debuisset, si initium Regni simpliciter denotasset: sicq. is longior, & maior fuisset numerus effectus, quem diximus. Fit itaq. vt cum neq. stirpis, neq. Regni simpliciter initium denotarit; quid aliud significare, atq. annuere voluerit, explicemus. Quia in re netas omnino erit, vt ex illius verbis quidquam aliud, quàm quod ipse expressè voluit, excipiamus. Cum verò ipse non simpliciter se *Quatuordecimum* Regem numerarit, sed addiderit etiam, *eorum, qui in Aragonia regnarunt*: aperta res erit non aliter interpretandam esse illius mentem, ac videntur sonare ipsa verba. Vnde efficitur planè necessariò, vt Aragonum Regni initium denotatum fuisse concludamus: neq. Iacobum Regem eo numero aliorum, nisi eorum tantummodò rationem, qui in Aragonia regnarunt, cōcepisse, quandoquidè in ea tã clara verba, et aperta illius omnino fuit conclusa, comprehensaq. sententia. Quod si præterita repetamus, demonstrandi causâ, qui fuerint Reges, qui in Aragonia regnarint, illudq. Aragonum Regni nomen præsetulerint: neminè eorum, quos hucusq. retulimus, sed

Abarcam Cæsonem principem, qui continenter post eos describendus proponitur, reperiemus. Nam à Secundo Suprarbiensium Rege, ad Aristæ ætatem, atq. obitum, iam supra Aragonum Comites viguisse demonstrauimus. Garfiam verò Regem Aristæ filium, Aragonensisq. Comitatus generum, qui vxorio iure Aragonensem ipsum adiit Comitatum, quiq. primus verè Aragonum Rex vocari potuisset: huiusmodi nomē adsciuisse ex eo, quòd intexuimus, Priuilegio nō cōstat. Immo illud Comitatus retinuisse nomen vel inde colligitur, quòd bis geminatis, atq. duplicatis verbis inter successores suos, Comites apertè nominauit. Aragonenses autem significari clarissimum est, ex quo successores dixit, id est, posteros, quibus à se nascendī conditio data esset. Alterum enim Comitatum præterquam Aragonensem, ad eum nullum peruenisse cōperimus, vt intelligi possint hæc verba de eo. Quin ea verborum geminatione innuisse videtur, se ita animo, ac mente concepit, vt crederet illud Comitatus nomen incolume ad posteros omnino peruenturum, neq. eam, quæ citò ab Abarca Cæsonis filio facta fuit, ipsius nominis mutationem futuram. Atq. illud idem, quod pater, Fortunium Monachum filium suspicor seruisse. Quamobrem hosce ambos Reges, Garfiam Aristæ filium, & Fortunium Monachū Aristæ Nepotem, tametsi Aragonensis Comitatus fuisse potitos colligitur; retèto tamen ipso Comitatus nomine, vt in Aragonia regnasse propriè enuntiari non possit. At Abarcam Cæsonem apertissimè ex omnibus suis Priuilegijs, Aragonum Regem, seu Aragonensium appellari solitum fuisse apparet. vt is primus verè dici possit in Aragonia regnasse; quando quidem primus præclaram eam, quæ posteris hereditaria permanfit, tituli mutationem induxit, vt Aragonum nomē in altiore locum, scilicet in Regiæ dignitatis amplitudinem, & gradum, ascenderet. Post ipsum autem Abarcam Cæsonem, duobus interpositis Regibus, Garfia, & Sanctio, auo, & patre Garfiæ Tremuli Regis, quos nuper Garibaius suscitauit: fit certè, vt ipsa Iacobi Regis quatuordecimi numeri nota aptissimè Regibus ipsis conueniat, sic vt nullo modo aliunde ea petenda sit. Vnde etiam apertè illorum error conuincitur, qui Ramirum, siue Ranimirum, quod vsitatius fuit nomen, primum Aragonum Regem numerarunt; cum septem tantummodò sint inter eum, ac Iacobū ipsum I. Reges interiecti. Sed paulò post plura ea de re. Iam verò Primum, quod apposimus, Interregnum Garibaius ipse subtrahendum censet, Pinnaten sis Historiæ, vt ipse ait, fide, & auctoritate commotus: siquidem Eximinum Regem, Aristæ patrem, filium

filium fuisse tradit Sanctij Regis, quem nos Quartum Suprarbiensem Regem numerauimus. Sed ab eo dissentio, cum id nequaquam ex ea Historia, ad quam ille se refert, eruatur. Hæc namq. illius sunt verba. *Post mortem Regis Fortunij Garfia*, loquitur autè de primo Fortunio, qui fuit Tertius Suprarbiensis Rex, *regnauit in Pampilona Rex Sanctius Garfia*: scilicet idem ipse, quem Quartum memorauimus. Post ait, *Et regnabat in Sturijs Rex Ordonio, qui tunc fuit deuictus per Regem Cordubæ, vocatum Abdurramè Anno scilicet Domini DCCCXX. Et tunc temporis gens Sarracena ob victoriam de dicto Rege Ordonio obtentam, supra dictam, maiori audacia transierunt montes Pyrenæos, & adquiserunt vsq. ad Ciuitatem Tolosanam: sic quod propter terrorem Maurorum nemo eis poterat resistere. Quinimmo Christiani fugientes, & deserentes loca, ubi habitabant, propter metum, & terrorem Maurorum recolligebant se in spelunca Sancti Joannis de la Penya, tanquam refugium singulare. Erant quidem ipsi Christiani vsq. ad numerum Sexcentorum. Qui cum vxoribus, & filijs, & omnibus eorum bonis recollegerunt se in dicta spelunca, ubi erat edificata Ecclesia sancti Joannis Baptistæ: quam ad honore Dei, & Sancti Joannis augmentarunt, & multipliciter decorarunt. Et subsequenter cum magna deuotione, & contritione suorum peccaminum, fidei confessione præuia, & cum magnis hymnis, & cantibus humiliter, & deuotè transtulerunt corpus ipsius Sancti Joannis: loquitur autè de primo Anachoreta, què diximus Ataresiū nominari, illudq. tumularunt in quadam pulchra tumba: supra quam nomen, & vitæ ipsius Sancti erat scripta literis mirificè sculptis. Quæ siquidem tumba fuit posita inter tria Altaria Inuocationum sancti Joannis Baptistæ, sancti Iuliani, & sanctæ Basilicæ, ibidem antea edificata. Subsequenter dicti Christiani, inducti deuotione maiori, edificarunt itidem duo Altaria: vnum ad honorem sancti Michaëlis, & sub inuocatione ipsius: aliud sancti Clementis. Et statuerunt ibi Monasterium, & constituerunt Abbatem nomine Transirico, & Clericos, qui propria voluntate, & ad honorem, & reuerentiam Dei, & Sanctorum ibi sepulcorum renuntiauerunt desiderijs carnalibus, & mundanis. Et hoc fecerunt, vt Deus, & Sancti eos præseruarent à persecutionibus, quas Mauri eis infligere conabantur. Et quilibet ipsorum Christianorum construxit inibi propriam mansionem: & ibidem infra breue tempus fuit congrua populatio. Et procurarunt ipsum Monasterium consecrari per Episcopum Aragonensem, vocatum Ennecum, die sanctæ Agathæ. Regnauit autem dictus Sanctius Garfia Rex Pampilonæ Viginti annis. Mortuo quidem dicto Rege, regnauit Eximinus Garfia cum suo filio Garfia: quorum alia memoria non habetur: decesserunt enim,*

cesserunt enim, nullo Rectore, vel successore eorum superstite. Nec plura certè in ea Pinnatenfi Historia, quam habeo (atq. eadem ipsa est, quam Garibaius se apud Suritam nostrum legisse refert) de his Sanctio, & Eximino Regibus, ac filio Garfia scripta continentur. Inde autem, nisi me forte fallo, Sanctium Quartum, quem diximus, Regem, Eximini patrem fuisse nequaquam elicitur. Hi autem Eximinus, & Garfias, ij sunt, quos supra, patrem, ac fratrem Aristæ memorauimus. Et in hoc vno errasse constat istius historiæ auctorem, quòd cum Aristam, ipsius Eximini Regis filium fuisse, ac patri successisse, grauissimo illius Priuilegij, quod paulò ante intexui, testimonio comprobetur: ipse verò, Eximinum, ac filium nullo successore superstite obiisse, affirmet. Immo ex quo Eximinum ipsum, Eximinum Garfiæ, nominauit; patre nõ Sanctio, sed Garfia vocato, fuisse natum dicerem, cum alioquin Eximinus Sanctij iuxta veterem consuetudinem vocari debuisset: iamq. Garfiam ipsum, Eximini patrè, persuadeo mihi non Regis, sed priuati herois personam sustinuisse. Ea verò omnia, quæ à nostris in Pinnatenfi Spelunca facta perhibentur, ad primũ hoc Interregnum, quemadmodũ nos ipsi fecimus, referenda sunt: quandoquidè de Trāsyniro, seu Trāsirico præposito Abbate, ac de cõsecratione ipsius Ecclesiæ mentio fit. Hæc enim, vt cetera omnia istius antiquitatis monumenta loquuntur, post ipsius Sanctij mortè, Repub. iam ad Interregnum adducta, subsequuta fuere. Nec si Rex ipse Sanctius Quartus plures annos regnauit, quàm viginti, quemadmodum quisquis eam historiam scripsit, auctor est: tã longè illius vita posset produci, vt hæc omnia eidem subijciantur. Siquidè regnare cœpit Ann. DCCCXV. Consecratio autem Ecclesiæ, vt dictum est supra, facta fuit Ann. DCCCXLII. Inter quæ tempora viginti, & septem anni interferuntur. Ex quibus patet in huiusmodi rerum, ac temporum notatione eã, quam nos sumus sequuti, viam tenèdam esse: nec multum ab huiusmodi historia discrepare. Quin etiam & ex eodem ipso Priuilegio, quod intexuimus in istius nostræ disputationis vestibulo, vt à nobis paulò est ante dictum; si attentè & diligenter illius verba expendantur, elici potest, nec ineptè, Eximini patrem, Regem non fuisse. Etenim Garfias nepos, qui dictum Priuilegium irrogauit, de maioribus suis duos tãtum Reges percenset; scilicet Aristam patrem, ipsumq. Eximinum auum: dum ait. *Quam donationè pro remissione omnium peccatorũ nostrorũ facimus, & propriè pro remissione patris mei Enneconis, & aui mei Eximini Regis, nec non, & successorum meorum, Regũ scilicet, Principũ, & Comitũ.*

Si igitur

Si igitur Garfias Rex gentiles alios habuisset Reges; eorũ, quemadmodum, & successorum omnium profectò meminisset. In hac autem deprecatione ignoscendi apertè videmus postulationem nullam de maioribus alijs, præterquàm de parente, & auo, Regibus contineri: at de successoribus omnem. Nec video caussam, cur maiorum oblitus posteros tantummodò memoraret; nisi quia non amplius, quàm Regum, à quibus originem ducebat, haberi voluisset rationem. Cùmq. ij, duo tantum fuissent, pater, & auus, quos retulimus: idcirco solam eorum memoriam ad ostentationem, & gloriam excipiendam censuit, quòd antiquiorem laudem, quàm Regnum, familia sua profectò non haberet. Sequitur ergò, vt idem sentiamus, quod Pinnatenfis historia, omnesq. alij scriptores tenuerunt; scilicet post Sãctij, Quarti Suprarbienfis Regis, interitum nostris Interregnum Primum datum esse: Garibaij q. qui contra nititur, explodamus sententiam, quòd argumentis clarissimis refellatur; cum alioquin in nouis Regibus excitatis, annorumq. et temporum notatione, nequaquam possimus adhibitam ab eo operam vehementer non laudare. Ceterum his cognitis ad eam istius disputationis partem accedam, quæ mihi sola superest illustranda; De diuersa nẽpe, quã supra constitui Aristæ Regis à nostris, & à Nauarrensis, seu Põpelonenfis facta electione. Quam etsi rem nouam, spero tamè me cuius facile probaturum. Carolus namq. Princeps, ac ferè omnes scriptores perhibent, Nostros, cum sine Rege essent, ab Adriano Pont. Max. (quem Adrianum II. fuisse memorant,) Lõgobardisq. (quibus nonnulli Francos etiam addunt) statuendæ Reip. modũ quæ fuisse; fuisseq. ab illis id responsum latum, Vti cõsentaneis legibus præstitutis, Vnum sibi aliquè in Regem constituerent: inde nostros, condito prius Suprarbieni Foro, Aristam sibi præfecisse Regem: ab eoq. non solùm ipsas leges sancitas fuisse, sed irrogatum illud Priuilegium, quod diximus, De alio à nostris adsciscendo Rege, si à se, suisue Ius publicum violari contingeret. Ex quibus patet, minimè nostris Aristam Regem ante Adriani Pontificatum præfuisse. At verò Adrianum II. non dum quinq. annos sedisse constat; nempe ex A. D. XII. Kal. Decemb. Ann. DCCCLXVII. ad Kal. Oct. Ann. DCCCLXXII. quemadmodum ex Onufrij scriptis colligitur, quorum supra fecimus mentionem. Fit ergò, vt necessario Aristæ electionem à nostris factam in aliquem horum annorum incidisse censendum sit. Quòd si ante dictum tempus fortasse eum regnasse appareat; non nostris, sed Nauarrensis imperarit. Atqui ex varijs à Garibaijo adductis documentis, quibus omnino fides


omnino fides adhibenda est, apertè conuincitur, Ariftam ipsum iam Ann. DCCCXLII. Regem esse, Regioq. nomine Priuilegia irrogasse, quorum nonnulla exempla Garibaius ipse protulit in medium. Præterea Hieronymus Surita in suis Indicibus Ariftæ Regni initium An. DCCCXLV. vel circa supposuit: vt non multum visus sit ab ea Garibaij sententia discrepare. Si igitur Ann. DCCCXLII. Arifta Rex erat, aut nostris, aut Nauarrensis, aut omnibus simul imperabat. Nostris non quadrat; cum viginti & quinq. annis post, (tot enim inter dictum Annum, & Adriani II. Pontificatus initium interpositi sunt) de statuenda Repub. cum eodem Pontifice fuerit habita consultatio, quæ necessariò Ariftæ selectionem à nostris factam antecessit: ergò, Nauarrensis. Si Nauarrensis; efficitur igitur, quod consequens est etiam necessarium, vt diuersas fuisse de eodem Arifta à nostris, ac Nauarrensis electiones factas dicamus: & proinde necessariò Ariftam ipsum diu ante Nauarrensis præfuisse, quàm à nostris Rex eligeretur: neq. omnino leui, illud etiam quod diximus, coniectura pendere, Eximinū nempe Regem nostris nequaquam, fortasse autem Nauarrensis imperasse. Hanc autè opinionem de Adriani II. Longobardorumq. deliberatione, ex qua eos in idem tempus incidisse colligi potest, quòd pro suspecta haberetur, cum Adriani II. ætate Longobardorum Regnum iam sublatum esset: fateor equidem aliquandiu mihi non placuisse, interdumq. visam fuisse dubiam, ac incertam. Carolus enim Magnus, ex amici nostri Caroli Sigonij, grauisimi Scriptoris, Francorumq. Historicorum sententia, ann. DCCLXXIII. qui fuit quintus sui Regni, ab Adriano I. Papa contra Desyderium, Vltimum Longobardorum Regem, Romanos acerbissimè vexantem, vocatus, Longobardos acie victos profligauit: ac Desyderium, eorum Regem, diu obsessum, tandem deditioem facere coëgit, atq. in Franciam cum vxore, & liberis misit omni Regia potestate exutum. Quibus peractis, sub Francorum ditione ea omnis Italiæ pars venit, quæ Longobardorum erat; præter Hexarchatum, Rauennatem, Romandiolam, quandamq. Thusciam partem, quam idem Carolus beato Papæ Adriano I. & Apostolicæ Sedi donauit: quæ omnia Longobardi Romanis, & Constantinopolitanis Imperatoribus adimendo iuris sui fecerant. Itaq. Caroli Magni tempore, ac virtute, Longobardorum Regnum in Italia deficit, Centum fermè annos ante Adriani II. Pontificatū. vt Adrianū II. Longobardosq. in eadem simul tempora incidisse, qui nostris dare consilium possent, videatur omnino temporum rationi repugnare, saltem

saltem Regno ipsorum Longobardorum stante. Si autem affirmare velimus, omnes scriptores nominum similitudine deceptos, Adrianum secundum pro primo collocasse; minus etiam id conuenit: cum neq. Adriani I. Pontificatu, neq. Caroli magni Regno, vllum nostris Interregnum patuerit, in quo de statuenda Reipub. forma consilium peteretur. Deniq. in his angustijs, cum constans omnium sit opinio, & sententia, Adrianum secundum nostris consulentibus respondisse; de Adriano autem primo nec quidquam refferatur, dicendum est planè; Longobardos quamquam suis Regibus orbatos, ex quo in Italia sub externo dominio manserunt, Ecclesiæ videlicet, ac Francorum, Adriani II. temporibus viguisse adhuc, nimiumq. sagaces, & prudentes ab omnibus semper habitos fuisse, ac præcipuè quidem in statuendæ Reipub. forma, quam diximus. Eorum siquidem imperium, quamuis ab initio scœuum, atq. impotens fuerat: post Christianam tamen religionem adscitam, mitius, ac benignius effectum fuit, iam vt à Paulo Diacono iustum appelletur. Cuius rei eruditissimus idem Sigonius locupletissimos testes fuisse tradit, rectas eorum leges; quibus furta, latrocinia, rapinæ, cædes, & adulteria seuerissimè vindicabantur, ac libertas, & fortunæ priuatorum summo studio, ac æquitate, quamdiu illorum Regnum stetit, conseruata fuere. Quæ vna in re, tota nostrarum legum summa, & temperatio consistit. Itaq. ab eis, tametsi exactis Regibus, optimè nostri petere poterunt de statuenda Repub. nostra consilium, quorum maiores temperatissimis legibus, in Italia, opulentissima omnium Prouincia, amplissimi Regni sedem constituerant: quod auctoritate tanta tunc fuit, vt nunc etiam tametsi fractum, ac debilitatum omnino, illius tamen gentis nominis memoria, nitatur. Ab ipsis namq. Lombardiæ, quod nunc remanet, nomen sumptum est. Quòd si verum esset, quod ab aliquibus, nec indoctis viris accepi, vt Adrianus ipse II. Iltiprandus proprio gentis, ac familiæ suæ nomine vocaretur, cum in omnibus, quæ exstant, Suprarbiensis illius Fori exemplis, Aldebrandum, siue Abreuianum, Apostolicum, id est Pont. Max. (sic enim veteres loqui consueuerunt,) fuisse à nostris consultum exprimatur: mirificè quidem omnibus his, quæ diximus, conueniret, vt Aldebrandi, seu Abreuiani id nomen corruptè pro Iltiprandi vsurpatum sit. Eoq. Adrianus

F ipse II.

ipse II. designetur, ac si nos felicitatis recordationis Gregorium XIII. Papam Boncompagnum diceremus. Sergium enim Papam II. qui Adrianum ipsum II. fecerat Cardinalem, primum omnium proditur nomen suum mutasse: cum ante Pontificatum proprio nomine, Osporcus, vocaretur. Ad cuius similitudinem, qui post eum sequuti sunt Pontifices Romani, nomina sua mutari voluerunt: & illud idem Adrianum II. credere licet, facere voluisse, relicto eo Iltiprandi nomine. Quam mutandorum nominum rationem ex huiusmodi principio in Romanis Pontificibus introductam, postea consuetudo aluit, ac frequens usus reddidit firmiorem. Sed nihilominus fieri certe potuit, ut ipsum illud Iltiprandi nomen perinde, atq. Adriani, in communi omnium ore versaretur: atq. ut Apostolicus Aldebrandus, qui in Suprarbiensis illius Fori vestibulo nominatus in manuscriptis, quæ exstant, exemplaribus inuenitur, idem ipse Adrianus II. censendus sit. Unde fit, ut Historicos omnes, qui Adrianum II. à nostris fuisse consultum prodidère; eundem ipsum, quem Suprarbiensis Forus Apostolicum Aldebrandum vocat, nominasse, ac nominare voluisse, intelligamus. Ex his igitur aperte elicitur, quod proposui; non ipsidem Comitibus, sed longè diuersis Aristam fuisse à nostris, & à Nauarrensis Regem adscitum. Sed venio nunc ad illud, quod grauissimum, & firmissimum est omnium, ex dissimilitudine Iuris argumentum. Nam cum genus institutorum nostrorum nihil habeat, nec habuerit vnquam cum Nauarrensis institutis commune, sed Ius nostrum omnino semper ab eorum Iure in omni ferè, & publica, & priuata actione discreparit: quid absurdius dici, aut existimari potest, quam has tantas dissimilitudines non ex differentibus initijs prouenisse? Neq. effici potuisset aliunde id, quod ab ipsis Regnorum primordijs, quandiu subiuncta fuère, vsq. ad eorum separationem assiduè legimus obseruatum; ut cum sæpius ambæ huiusmodi Ditiones versatæ fuerint in communi bellorum fortuna copulatæ, sic ut ipsi Reges nobis, ac Nauarrensis, vno, atq. eodem tempore interdum, imperarint: quæ progressu temporum ab ipsis Regibus in Nauarrensi Regione acquirebantur, Pompelonensis Regni sine vlla dubitatione, quibus initio constitutum fuerat, legibus subiacerent. Quæ verò ipsi Reges intra Regionis nostræ fines vëdicabant; ea simili modo Ius semper nostrum tenuerint, ac seruarent. Quæ de re habita vnquam altercatio nõ fuit: sed tantum de finibus. Sic autè cos aliquando Rex Sãctius III. Ranimiri I. filius terminauit. Proferã enim in


enim in medium Priuilegium illius: ex quo præter id, percipi etiam, & comprehendi poterit, quo pacto in tam diuersa vtriusq. Reipub. gerendæ ratione iam prisca illis temporibus ea, quam exposuimus seruabatur vicissim inter nostros, ac ipsos ceterarum rerum societas, & coniunctio.



IN NOMINE Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis regnantis in sæcula. Amen. Hac est Carta iudiciorum, & iurationis, & præcepti Donationis, & confirmationis, quam facio ego Sãctius, Ranimiri Regis filius, gratia Dei Aragonensium, & Pampilonensium, seu Montisonis Rex, una cum filio meo Petro ad omnes Aragonenses, & Pampilonenses, & Suprarbienses, qui sunt presentes, & futuri in omni meo Regno, & ad Abbatem Aymericum, suisq. successoribus. Quoniam me clabatur omnis terra mea per iudicios malos super terras, & vineas, & Villas, & casales: obinde placuit mihi suprãdicto Regi, & veni ad Sãctum Joannem, anno tertio Pontificatus Domini Urbani secundi Papæ cum Senioribus, & Principibus meæ terræ; & ipsis laudantibus, & auctorizantibus iussu hanc cartam scribere Anno octauo postquam captum est Castrum, quod vocatur, Monnionis. Igitur ego Sãctius, gratia Dei Rex, dono, & confirmo Abbati Aymerico, suisq. successoribus talia præcepta, & Priuilegia, atq. decreta, siue libertates, qualia habet Cluniacense Monasterium: ut sicut Cluniacenses sunt liberi ab omni iugo humana seruitutis, ita & isti sint, tantummodo reuerentiam Apostolica Sedi seruantes. Confirmo etiam Donationes Regum, Priuilegia Episcoporum, auctoritates Romanorum Pontificum, cartulas, vel Inuestituras Militum, seu virorum, ac mulierum, qui suas oblationes Deo, & Sãcto Joanni obtulerunt. Confirmo etiam Monasteria, & Ecclesias Parochitanas, necnon & Villas, & siluas, & omnes cursus aquarum, & omnes molendinos, ut habeat illos Sãctus Joannes ingenuos, sicut ego meos: & omnia Alodia magna, vel parua, & omnes Decimas terrarum, Villarum, escaliorum, & omnium Alodiorum suorum, quantum, vel qualecumq. Sãctus Joannes, vel sui Monachi ab antiquis Regibus, seu à modernis, vel seu Episcopis, seu à Militibus, siue à rusticis, aut à quibuscumq. personis in omni Regno meo acquiserunt dono, vel comparatione, vel camio: nisi hoc quod Abbates, & Monachi eiusdem loci iuste, ac legitime dimiserint, vel camiauerint Regis iussu: ut hac Sãctus Joannes liberè possideat,

Et ingenuè, quæ acquisiuit qualicumque modo usque ad diem illum, quod Deus mihi dedit castrum, quod vocatur, Monnionis, et aliud, quod dicitur, Arguedas. Et postquam Deus dedit mihi castrum supradictum Arguedas, veni ego Sanctius, gratia Dei Rex, in Pampilonam, in Villam qua dicitur Vharte, cum meos bonos homines de Aragonè, et de Pampilona X. Kal. Maij. Et conuenerunt ad me in eadem Villa Vharte, omnes Principes Pampilonenses, viri pauperes, et femina super malos iudicios, et super malos pleytos, quos habebant. Et placuit mihi, et ad omnes Aragonenses, et Pampilonenses, atque Suprarbienses, ut faceremus testamentum, et iuramentum firmum, et iuratum, et finiremus omnes querelas diuersas, et omnes clamores per vsos malos, qui erant inter illos in tempore illo: et firmaremus terminum prafinitum ad Aragonenses, et Suprarbienses, castrum, quod vocatur, Monnionis, ut tenerent, et haberent usque in sempiternum, quod in tempore illo tenebant, et habebant qualicumq. modo. Similiter et Aragonenses, et Pampilonenses tenerent, et haberent usque in sempiternum terras, et vineas, et villas, et hereditates cum montibus, paludibus, escalijs, aquis, et herbaticis, quas tenebant, et habebant qualicumq. modo. Et rogauerunt Pampilonenses Principes, ut adducerent Aragonenses ad me cartam, et testamentum, quod feceram cum illis in Sancto Joanne, ut esset firmata, et roborata in mea presentia, et Petri filij mei, et in facie de omnibus Aragonensibus, et Pampilonensibus, et Suprarbiensibus, ut amplius non inquietarent se, et perturbarent in supradictas querelas, sed tenerent, et haberent firma, et salua vnusquisque omnia, quæ tenebant, et habebant in die captionis duorum supradictorum Castrorum, videlicet Arguedas, et Monnionis. Fuitur ego Sanctius, non meo merito, sed dono Dei Rex, hoc meum præceptum, et vestrum testamentum auctoritate mea, et vestra corrobore, et confirmo; ita ut hoc meum præceptum sit firmum, ut nulla Regia, vel Episcopalis, seu Militaris potestas in his causis, quæ prædiximus, audeat aliquos inquietare in omni Regno meo, vel perturbare. Quod si quis fecerit, ea quæ repetit, non vindicet: insuper, et mille solidos de mea moneta ad eos, quos inquietare præsumpserit, persoluat. Ut autem hoc meum Priuilegium firmum permaneat per secula cuncta, manu propria firmaui, et filio meo Petro roborari iussi.

Signum S ANCTII Regis.



ET EGO Petrus, Sanctij Regis filius, Regale hoc patris mei præceptum

præceptum laudo, et propria manu subscribo.

Signum Regis Petri.



FACTA hæc Carta Era MCXXVIII. Regnante Domino nostro Jesu Christo; et sub eius imperio, me Sanctio Rege regnante in Aragonia, et in Pampilona: et filio meo Petro in Suprarbi, et in Ripacurza, et in Montson: Petrus Episcopus in Jacca: alius Petrus Episcopus in Pampilona: Raymundus Dalmaç in Rota Episcopus: Aymericus Abbas in Sancto Joanne: Raymundus Abbas in Legere: Senior Galin Sanz in Sos, et Arguedas: Senior Enneco Sanz in Monteculso: Senior Ximen Garcez in Baylo: Senior Lope Arceç in vno Castello, et in Arrosta: Senior Fortun Sanz in Baylo, et in Gliso.

Ego Garçias scriptor iussione Domini mei Regis hanc cartam scripsi, et de manu mea hoc signum feci.



Ego Aldefonsus, gratia Dei Rex Aragonensium, et Pampilonensium decreta genitoris mei, et fratris laudo, et manu mea signo. Era MCLVIII.



EX huiusmodi itaq. Priuilegio, quod in Pinnatenfi Tabulario extat, fat liquet illius rogatione ipsum Regem non suas, sed Aragonensium, Pompelonensium, ac Suprarbiensium ortas de finibus contentiones, sedandas curauisse. Etenim cum eo tempore, ut apparet ex scripto, tota ea finium ratio per iudicios, et vsos, ut inquit, malos inter eos confusa versaretur; Rex id omne ad ea tempora reuocandum statuit, in quibus antedicta Castra capta nondum erant: quasi vnumquemq. ijs, qui tunc inter ipsos seruabantur, arceri finibus debere decernens, et quæcumq. postea aliter facta, irrita prorsus, atq. infecta. Et verò has regiones tres, tametsi alioquin, ut videmus, singulis suis terminis distinctas, et diuersas; Regnum suum, non quasi vnicum censeret, appellauit, sed quod vnicum sui ipsius tantum continerentur imperio. Idq. visus est aperte declarasse, cum alios ab alijs sic secreuit: ut quæ diuersa finium, eadem prorsus, et statuendæ vniuscuiusq. illorum Reipub. ratio censeretur. Quare videtur non tam iudicem seuerum, tametsi diras illas adhibuit execrationes, quam arbitrum his finibus regendis se adiecisse. Itaq. fit, ut has trium regionum diuisiones, ex differentibus causis factas concludamus: causas verò non aliunde, quam à differentibus principijs pro-

uenisse: ipsaq. principia eò magis distantia iura effecisse, quò magis fuerint diuersa inter se. Cùmq. Aragonenses, & Suprarbienses non tam dissimilibus principijs orti fuerint, sed consilijs magis congruètes, iam ab ipsis rerum primordijs eandem tenuerint, ac seruauerint, quam diximus, communis Reipub. gerendæ rationem, tametsi interdum de terminis ipsi sibi vicissim discreparint: propterea factum esse, vt eundem etiam habuerint rerum exitum, quem videmus, communemq. ac eandem fortunam. Quòd si nobis, ac Nauarrensis vnâ, & eadem initio fuisset statuendi Regni, edendarumq. legum ratio cõstituta, quemadmodum ab omnibus ferè scriptoribus perhibetur: eadem nobiscum ipsis debuisset esse ratio Reipub. vel aliqua tanti discriminis causa adhibenda. At ea nulla proditur. Cursum ergò, atq. exitum rerum contrarium, quem habemus, ad diuersa prorsus initia reducamus, oportet, vt quæ fuerit discrepantia in principijs, eadem sit in finibus dissimilitudo: neq. aliter videntur vllò modo aptè cohærere posse extrema cum primis. Ea autem adhibita, quam diximus, diuersa Aristæ Regis à nostris, & à Nauarrensis facta selectione, quæ etiam conuenit temporum rationi præclarè; elicitor planè aptissima quædam rerum series cum omnibus suis partibus continuata, & cohærens, vt quam optimè potuerit vnaquæq. ditio propriam, & peculiarem Reip. rationem à singulis initijs repètitam, sine alterius iuris iactura, conseruare. Neq. huic meæ opinioni obsistere videtur, quod priscos hosce Reges in Pinnatensi Historia, pluribusque alijs monumentis, Reges in Pampilona vocatos inueniamus, nulla prorsus Suprarbiensis tituli facta mentione. Etenim cùm certissimum sit eos Suprarbiensis ditionis potitos fuisse, quæ semper intra Regionis nostræ fines constituta fuit: conijci certè potest, nec abs re, Reges ipsos priscis illis temporibus, cùm Pompelonensibus viris, interdum patria, saltem Vrbe sua, pulsos, imperarent, voluisse magis Pompelonensem ipsum titulum præ se ferre, quasi ad genus aliquod ostentationis & gloriæ, quia ob ipsam Pompelonem Urbem insignior statuebatur, tametsi ea non omnes fruerentur. Suprarbiensem verò, quòd statueretur parum locuples ad amplificandum, cùm ex paruis opidis totus constaret; fuisse aliquandiu ab iisdem ipsis Regibus, etiam in quotidiani vsu sermonis, intermissum: et illud idem postea plerosq. scriptores in eorum nominatione seruasse. Nihilominus Suprarbiensi regioni sub Regni titulo præfuisse colligitur, ea quam diximus, à Pompelonensi Regno longissimè diuersa ratione: quæ ab huiusmodi initijs profecta, vtriq. eorum stabilis, ac firma permanfit,

ma permanfit, sic vt tametsi sæpiùs coniuncta fuerint, sempertamen ex vario constitentur iure, & diuerso. Atq. hæc sunt, quæ in hanc sententiam disputare statui: quæ satis hoc egisse putabo, si in vtramq. partem dicendo, eliciant, & exprimant, si non omnino id quod verum sit, saltem quod ad id quàm proximè accedat. Sed reliquum est modò, vt eò vnde digressi sumus, reuertamur, resq. à nostris in secundo Interregno gestas explicemus; cùm ab earum continenti narratione huiusmodi disputationem se creuerimus. Ac fortasse videbitur nonnullis ab instituto nostro longè alienum, has licet breues præponere modò antiquitatum nostrarum annotatiunculas, quòd eas existiment nihil, aut parum certè adiuuenti esse ad explicandam Magistratus Iustitiæ Aragonum dignitatem allaturas. Consultò tamè id fecimus. Visum est enim, cùm à Regni initio illius institutio pendeat, vt in Primo Interregno ostensum est; Regno autem crescente, eidem Magistratui fieri cœperint & potestatis, & dignitatis accessiones: ad eas apertius indicandas, Regni nostri progressus cognitionem necessariam esse. Et ob eam causam hucusq. singulorum Regū Suprarbiensium, & Aragonensium Comitum seriem protraximus. Nunc verò quoniam Secundo huiusmodi Interregno dato, ex Abarcæ Cæsonis ad Iaccetanam Urbem Regis electione, ad quã pergimus explicandam, ipsa prodijt Aragonum Regni nominis origo præclara, vnde postea & ipsius Magistratus magnum, & clarum nomen ductum fuit, vt Iustitia Aragonum vocaretur, cùm primùm Iudex Medius, deinde verò Iustitia maior vocari consueuisset: non abs re censendum erit, quod his Comentarijs, quàm breuissimè fieri poterit, omnium nostrarum rerum summam complectamur. Atq. vt istius Secundi Interregni narratio, de qua mihi fermo proponitur, perspicua magis sit: eò oportet orationis nostræ cursum reuocare, quòd nos institutæ disputationis ratio deflexit.

Secundum Interregnum.

I T A Q. vt ad rem, quæ certa semper existimata est, redeam, ab omnibus scriptoribus testatum inuenio, Garfiam Regem, Aristæ filiū, quem Sextum Suprarbiensem Regē numeravi, Vrracamq. siue Enēgam vxorem, vltimi Aragonensis Comitum filiam, & heredem, ab ingenti Maurorū multitudine circumuentos, occisos fuisse, cùm ad Larubi Nauarræ opidū, siue, vt alij perhibent, ad Sãcti Ioãnis Pinnatensis

principem illam Ecclesiam iter facerent, quæ fecerant vota, reddituri. Siue autem ad ipsum Larumbi opidum, siue, ut alijs placet, in Ayuaria valle ea pugna commissa fuerit; siue, ut Tomichius refert, in quodam opido, *la Puebla*, nominato: ut se res habuerit, eorū cadauera in acie denudata, à nostris postea ad pugnae locum conuenientibus reperta fuere. Cùmq. Regina Vrraca grauida, & iam ad pariendum vicina, interfecta fuisset; filius, qui aluo continebatur, visus est per ictum matris caesæ manum emittere, quasi ex utero illius exire conaretur. Qua quidē re à primario quodam viro, mortui Regis famulo, animaduersa, & notata, cùm iam Mauri abessent, longèq. essent disiuncti, huius quasi miraculo rei obstupefactus, Reginae mortuae utero paulatim caeso, nobilis homo ille infantulum quendam viuum eduxit: quem illico, patris adhibitis, sacro Baptismate insigniri curauit, Sanctiumq. appellari fecit. Eum postea secum ad Cantabriae loca traducēs clam, ne à Mauris fortasse occideretur, adoptitiij filij loco, quod prolis expers esset, educavit. In illius autem nobilis viri nomine mirum in modum variāt scriptores. Quidam enim Sanctium Gueuaram vocatum ferunt, ab eoq. propterea ipsi infantulo illud Sanctij nomen impositum fuisse; alij Vitalem Velam; alij Velezium Gueuaram, postea ab huiusmodi euentu rei, quod tam illustre furtum fecisset, Latronem appellatum. Alij Aragonensem eum fuisse perhibent, Vitalem Abarcam nomine, quod Castellum ita vocati prope Iaccetanam Urbem potiretur; Vnde illud Abarcae cognomen postea à Sanctio ipso Caesone sumptum attestantur. Tot modis illius nomen scriptores ipsi confundunt. De tempore autem, quo hæc gesta fuere, iam supradictum est. Quare nunc ad historiae cursum pergamus. Regibus itaq. occisis, vetus, ac cōstans omnium opinio fuit, Suprarbienses, Nauarrenses, Aragonensesq. viros, qui iam omnes sub Vnius imperio conuenerant, Rege, ac Governatore caruisse diu: nimirum sexdecim, vel octodecim annos. Sed iam noui Fortunij Regis Monachi, ipsius Caesonis fratris maioris, quem nuper Garibaius suscitauit, vita, & regno interpositis, nullum nostris, eo tēpore saltem, Interregnum fuisse datum apparet: quippe cùm Fortunius ipse è Corduba ad paternas ditiones capeffendas accessisset, earumq. ipsos sexdecim, ac plures fortasse annos fuisse potitus. In his uero tot Fortunij Regni annis, ut hoc vtar initio, & quæstionis, quæ superiori succedit, fundamēto; nec valde mirum, quod infantuli Caesonis ortus notus non esset. Nam quamuis re recenti caluisset fortasse aliquis facti rumor: postea refrigerare potuit, & quemadmodum sæpe contingit, tāquam ven-

quā ventus quidam popularis, totus ille deffeminatus sermo, inanis, & vacuus iudicari: præsertim cùm, re ipsa protinus gesta, ea inquisitio, & inuestigatio veri necessaria non esset, quando quidem nostri legitimum Regem habuere, ipsum scilicet Fortunium, demortuorum proximè Regum filium grādiorem, quem diximus patribus statim successisse. Cùm verò is postea Monachi se votis obstringens, imperio abdicaret, aptissimè conuenit, quod omnium traditum est sermone: Nostris ad eligendum Regem Iaccam conuenientibus infantulum ipsum Caesonem, iam adolescentem factum, à nutricio suo propositum fuisse, illiusq. ortu patrum testimonio comprobato, ab omnibus Regem salutatum. Qua ratione Interregnum hoc, quod Caesonis Abarcae electioni efficienter antecessit, iam perspicuum erit, constabitq. inter omnes, datum esse, non quidem ob Garibaii Regis, Reginaeq. interitū, quemadmodum omnium scripta in hanc sententiam sunt, sed ob eam causam, quæ mihi magis placet, quod Fortunius eorum filius, maior Caesonis frater, Monasticae vitæ instituto in Legerensi cœnobio se adidisset. Nec verò me fugit hanc nostram de secundo huiusmodi Interregno opinionem à Garibaii ipso nequaquam probari: quemadmodum nec de primo quoq. probata fuit. Sed cùm illius argumenta, quæ alioquin firmissima esse oportebat, in leui tantum coniectura nitatur; non dubito, quin se facillimè ceterorum omnium scriptorum iudicio, grauissimoq. ipsius Pinnatenfis historiae testimonio, cuius infra ea de re verba cōnectam, reuinci patietur. Nostris igitur in Interregno, quod diximus, constituti, in Iaccetanam Urbem super adsciscendo Rege congressi fuere. Caesonis enim infantuli ortus, ut conijcere licet, vel illis forsitan incognitus erat, vel, quod credibilius videtur, incertus. Ipsa autem Iaccetana Ciuitas hisce temporibus, post Aragonensis nempe Comitatus cū Suprarbiensi Regno coniunctionē, vtriusq. ditionis primaria vrbs habebatur. Quā Lacetaniae Prouinciæ, Lacetanorumq. populorū quōdā fuisse caput cōperimus: atq. ut quidam volunt, corruptè apud Liuium legitur illius nomen; cùm Iaccetana Prouincia, non Lacetania, Iaccetaniq. populi, non Lacetani, ab ipsa Iaccetana Vrbe legendum sit. In eam igitur Comitatus conuocatis, nostri perquirere cœperunt, quisnam sibi Rex cooptandus esset. At infantuli nutricius, ea re comperta, Sanctium ipsum Caesonem, crassioribus tectum indumentis, per deuos saltus è Cantabria clam secum in eum locum adduxit. Cùmq. per niues illud iter confici oporteret; ad eas melius perferendas, quodam tegmine pedum eum indutum ferunt, niuibus maximè accomodato

accommodatō, quod ex crudo perone efficitur, vulgariq. vocabulo, *Abarcas*, nominatur. Estq. quoddam calceamenti genus priscis illis fœculis, ac etiam præsentibus, ad Repãdorum calceolorum instar, ex caprina, seu boaria pelle confectum, ad aspera & montosa loca peragrandabile nimis, & aptum; proptereaq. apud nos pastoribus, ac rusticianis hominibus in montanis ipsis valde commune. Hoc ergo indutus calceamento, Sanctius ipse Cæso in nostrorum hominum conuentum venit; nostrisq. propositus, tandem patriorum testimonio audito, alijsq. testibus illius facti conscijs, qui planum fecerunt, eum vltimorum Regum filiũ esse, ac Fortunij Regis Monachi fratrem minorem; ipsis illis Comitijs, incredibili applausu, ac lætitia, vno omnium ore, salutatus fuit, & cooptatus Rex Ann. Chr. CCCC V. iuxta peruecti Codicis sancti Æmiliani Cõgullensis à Surita in suis Indicibus recitati computationem. Vnde tres, vel quatuor annos hoc nostris Interregnum perdurasse constat. Tot enim inter Fortunij Monachi Regni finem intersunt, quem supra ex Garibaijsententia Ann. CCCC I. subiiciendum duximus, & inter hoc, quod Cæsonis Regni tradimus initium. Quid? quod, si diligenter in illius Priuilegij verba, quod Garibaius ad docendum de fine Regni ipsius Fortunij affert, inquiremus: eo quidem Ann. CCCC I. quo dictum Priuilegium irrogatum fuit, Fortunium ipsum Regem Legerense Monasterium constabit ad Fraternitatem, quam vocant, accipiendam adiisse, sicuti viderat fecisse patrem suum. Ita enim loquitur. Sed quod eo tempore Regnum deponeret, verbum nõ exstat. iam vt conijcere possimus, post Fraternitatẽ acceptam, ab eo Regale nomen aliquantulum temporis retentum fuisse, ne tandiu fuisse nostros versatos in exquirendo vero de Cæsonis ortu dicamus. Ipsum autem Cæsonem Regẽ ex dicti Æmiliani Codicis testimonio dicto Ann. CCCC V. regnare cõpisse, iam iure possumus affirmare. Priusquam autem ad reliqua pergamus, libet hoc loco ipsius Pinnatẽsis Historiæ, quæ ad comprobandũ hoc secundũ Interregnũ attinent, hæc verba suggerere. *Post aliquot annos, Sic enim rem ipsam orditur, gentes terra procurabant sibi Dominum, murmurantes, et plangentes; nec sine causa: quia heres non superfuerat, nihil scientes de Infante predicto.* Loquitur autem de Abarca hoc Cæsonem. *Et quadam die vocatis simul Nobilibus, Militibus, et gẽte populari illius terra pro eligẽdo Regẽ, aliquem nobilem Baronem; Volentibusq. generale colloquium super hoc celebrare; dictus nobilis Baro, qui dictum Infantem de morte præseruauerat, vt præfertur; Nusquam autem illius nomen expressit, sed tãtummodò Nobilem quen-*

bilẽ quendam Baronem montanearum Aragonum fuisse prodit, *Sciens hoc, fecit indui dictum Infantem in modum pastoris, & calceari Abarcis. Et congregatis suis consobrinis, & amicis, ac Vassallis, venit benè, & honorifice paratus ad dictum colloquium die ad hoc præfixa. Et ingrediens per Palatium, vbi dictum celebrabatur colloquium; fuit honorifice receptus per omnes, qui in dicto colloquio intererant. Et tenuit inter tibias dictum Infantem, dicens alta voce: Barones accipite istum Infantem, & spoliare eum vestibus, quas induit, ipsumq. in Regem eligit. Nam pro certo iste est Dominus vester. Notum enim vobis sit, quod quando Regina mater sua decessit casu sic fortuito, ipsa erat grauida: & ego sum ille, qui dum transibam per Vallem, vbi ipsa exiit interfecta, vidi paruulum, educentem manum per vulnus in ventre matris illatum. Et benedicatur Deus, quia absq. periculo eduxi ipsum paruulum viuum de ipso ventre, in testimonium istorum cõsobrinorum, & Vassallorũ meorum, qui tunc illuc interfuerunt, & hac viderunt. Et si quis contrarium asserat; campum ingrediatur, & inibo super hoc cum eo duellum. Et his dictis, surrexerunt omnes alta voce: Viuat, Viuat, quia iste, & non alius est Dominus noster. Et illico exuerunt eum vestibus, quibus erat indutus, & Regalibus induerunt: cum magnoq. gaudio illa die, ad eius honorem, Festum sollempniter celebrarunt. Et quia venit indutus, & calciatus, ac si esset pastor, vocauerunt eum Sanctium Abarcam.* Hoc igitur Secundo Interregno scriptorum omnium testimonijs, & istius Historiæ fide, probè iam stabilito, & fixo (neq. enim in re tam perspicua vlla dubitatio esse potest) excutienda est modò, quæ, vt dictum est, superiori succedit, de Aragonum Regni nomenclaturæ initijs, disputatio.

De Aragonum Regni nomenclaturæ initio.


ORDO namq. postulat rationis, vt cùm antea quo pacto Sanctius Abarca Cæso, Rex electus fuerit, ostenderimus; nunc cuius ditio- nis se Regem appellarit, demonstremus. Quod, vt sciatur, dignissimũ est, neq. hætenus à quopiam pertractatum. Nihilominus tamen non verebimur nostram, tametsi nouam, in medium proferre opinionem ea de re, quod communem, quam tumuis insitam, cùm ratio conuallat, omnes libenter remissuros arbitremur. Iam itaq. statuendum est in primis, Regum post hunc Abarcam Cæsonem ita ab omnibus hætenus traditas fuisse successiones, vt ipsius Cæsonis Regis Rex Garfias Tremulus, filius

mulus, filius censeretur: Tremuli autem, Rex Sanctius Cognomento Maior, Imperator dictus; cuius filiū Ranimirū, ferè omnes scriptores, primū Aragonū Regē induxere. Atq. hæc tandem Suritam nostrum impulit caussa, vt ex graui illo Iacobi I. Regis testimonio, de quo paulò ante disputauimus, ab Arista Rege iudicaret esse & stirpis, & Regni repetenda initia, nouamq. quamcumq. de nouis alijs Regibus sententiam, explodendam prorsus: neq. aliter posse vllò modo illam Quatuordecim numeri adhibitam notam sibi ipsam constare. Quinetiam vt cum ea temporum quoq. rationem adæquaret: in suis Indicibus eidem Sanctio Imperatori, Tremuli Regis filio, sexaginta & octo Regni annos tribuere coactus est: cum id apertè perspicuè alteri eiusdè Iacobi I. Regis sententiæ aduersetur. Ille enim in ijsdem ipsis suis Commentarijs, quibus, eodem Surita teste, nulla exstant nostrarum rerum clariora, magisue insignia monumenta, annos, quibus Regnorum potiebatur, scriptis testatos posteris relinquere cupiens, cum eo tempore iam tertium & sexagesimum annum regnaret; Rem, inquit, minimè à Salamone, & Dauith Regibus in vllò Rege hucusq. visam, nec auditam. Quòd si Suritæ sententia vera esset; apertè Rex ipse Iacobus mendacij conuinceretur, quando quidem Sanctium Imperatorem, plures annos Regnorum potitum, quorum ipse potiebatur, appareret. Neq. simile vero videtur tam longæuum ipsius Imperatoris Regni tempus, si vera ea fuisset sententia, è nostrorum animis tam citò excidisse, cum ab eo ad dictum Iacobum Regē I. anni vix centum & quinquaginta interfuissent. Iam itaq. qui novos Reges excludunt, quàm maximis in rebus teneantur, videmus, ex dicto Iacobi I. Regis testimonio; illudq. etiam vehementer repugnare aliorum scriptorum opinioni, qui Ranimirum, ipsius Sanctij Imperatoris filium, primum Aragonum Regem profitentur. Sed quia de Regibus, qui Cæsoni Abarcæ antecesserunt, iam supra satis in vtranq. partem dictum est: de ijs, qui ei successerunt, reliquum est modò, vt differamus. Atq. vt quamprimùm eam de Ranimiro Rege, quam pleriq. imbiberunt, opinionem refellamus, doceamusq. omnino falsam esse; tametsi verum sit in memorabili illa Regnorum Nauarræ, Castellæ, Aragonum, Suprabij, ac Ripacurtiæ, à Sanctio ipso Imperatore inter suos filios facta diuisione (namq. hæc omnia Regna in illius ditionem, & potestatem venerunt) eam Ranimiro ipsi de tam amplo imperio partem esse datam, quam Aragonij solùm fines circumscribunt, vt pote cum Nauarra Garfiæ, Ferdinando Castella, Suprabia

Suprabia autem, & Ripacurtia, quæ tantùm supererant, Guntifaluo filio legatae fuissent: non tamen propterea Ranimirus ipse, primus Aragonum Rex censendus est; quasi primus ille id nomen usurparit, cum qui eum antecesserunt quamplures, & Reges Aragonum fuisset, & ita nuncupari solitos inueniamus. Quemadmodum Garfiam illum, ipsius Ranimiri fratrem, quem pater Nauarræ Regno donauit, primū propterea Nauarræ Regem vocare, non liceret, cum simili modo plures ante eum Nauarræ Reges habuisset, perspicua res sit. Ego quidem nequaquam repugnabo, ad neminem ex Regibus, Aragonum Regnum tam tenue, & eneruatum, quàm ad ipsum Ranimirum peruenisse: siquidem detractis alijs ditionibus, reliqui tantùm sibi fuit prisca ille Aragonensis, sub Regni nomine, Comitatus. Sed facile concedam primum, illum ea de caussa fortasse dictum esse, quòd princeps omnium Aragonense nomen, gentilicij nominis loco, sibi, ac posteris vendicavit, cum nonnullos, qui eum antecesserunt, constet illud sibi ex Abarcæ cognomine delegisse, proindeq. plures Sanctios Abarcas, ac Garfias Reges Abarcas, inueniri. Neq. manere aliter cõmunis ea opinio posset, quin ex fallacijs tota constaret. Iam verò Regum post Cæsonem Abarcam successiones, quod mihi hoc in loco videtur esse potissimum, ita omnino enumerandæ sunt; vt Garfias Tremulus, qui hæctenus Abarcæ Cæsonis filius, statuebatur, pronepos, non filius numeretur. Etenim Abarcæ Cæsonis Regis, filius Garfias Rex, successor fuit: ipsius autem Garfiæ, filius Sanctius, Garfiæ Tremuli pater. Quæ tanta nominum similitudo scriptores nostros in eum errorem induxit, vt duobus his Regibus, qui inter Cæsonem, & Tremulum interponi debent, è Regum numero exturbatis, ipsi Cæsoni Regi continenter Tremulum ipsum subiicerent: ea etiam, quam diximus, cognomentorum ex Abarca assumptorum similitudine magis decepti, qua novos hosce Reges, qui modò intercalantur, ac quandoq. ipsum Tremulum, vfos obseruauimus: atq. illud Abarcæ cognomentum pro gentilicio nomine nonnumquam collocasse. Sed interponendos esse, diuersosq. fuisse, ac diuersos habuisse filios, fratres, auos, ac vxores, Garibaius ipse in suo Historiarum Compendio argumētis omni luce clarioribus demonstrauit: eisq. interpositis, singuli eorum obitus, ac Regnorum tempora, quæ hæctenus omnino vacillabant, confusaq. nimis versabantur, apertè distinguntur inter se, & quod rem continet, quamaptissimè cum ipso Iacobi I. Regis testimonio cohærent. Ab eo namq. retro ad Abarcam Cæsonem ver-

G sus

sus numerando, Iacobus ipse, quartusdecimus constituitur Rex: ipse verò Abarca Rex Cæso, primus. Et verò etiam grauissimo alio testimonio conuincitur, nouos hosce Reges, inter Cæsonē, ac Tremulum collocandos esse. Ex duobus namq. Priuilegijs, quorum infra exempla in Sanctij IIII. Regis rerum narratione supponam, elicitur apertè, Cæsonē ipsum, ipsius Sanctij IIII. tritauum fuisse. Cùmq. sub hac voce, tritau, ea sententia subiiciatur, vt is, qui quartus sit ab auo, designetur, fit inde, vt necessariò hi duo Reges interponendi sint, cùm eis exclusis Abarca hic Cæso, ipsius Sanctij IIII. tritauus esse non possit. Eorū autē interpositione nequaquā peruertitur, quinimmo cōnectitur aptissimè illa Iacobi Regis quatuordecimi numeri apposita nota: quādoquidē ea Aragonū Reges definiuntur nō solū ipso numero, sed etiā qualitate. Siquidē ab Abarca hoc Cæsonē ad ipsum Iacobū I. Regem, quatuordecim Reges regnarunt, his duobus interpositis: & hi omnes Aragonē semditionem verè, & propriè, nō fictè, aut fallaciter possederūt. Vnde etiā prima illa ratio cōcluditur, Cæsonē ipsum, primū Aragonū Regem numerandū esse. Quod si illum aliquibus Priuilegiorū exemplis demonstrauero, Aragonū, seu Aragonensiu Regem solitū fuisse nuncupari; profligata prorsus hæc tota quæstio iam erit. Cùm multa igitur Priuilegia afferre potuissem ea de re; duo tantum subiiciam, quorum affirmare possum me Archetypa vidisse, & legisse. Sunt autem huiusmodi. Ac primum quidem tale est.



IN NOMINE Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Hæc est carta Donationis, quā facio Ego Sanctius Abarca, gratia Dei Rex Aragonensiu, siue Pompelonensiu, vna cum cōiuge mea Urraca Regina; Deo, & Sancto Ioanni de Pinna. Sicut in sacris scripturis inuenimus, caput, & fundamentū nostræ salutis in Sacramēto Sanctæ Ecclesiæ cōsistunt; vt nullus potest esse saluus sine adiutorio eius. Quia sicut mater nutrit filios, ita ipsa sancta mater Ecclesia omnes fideles nutrit in Christo, & ducit ad gaudia Paradysi. Amē. Proinde ego Sāctius Rex Abarca, & Urraca Regina, volumus, quod omnes fideles sciant, tam presentes, quàm futuri, qualiter nos pro salute nostrā, & remediū animarū nostrarū, & pro salute omnium Christianorū ad Monasteriū Sanctissimi Baptistæ Christi, Ioannis de Pinna, Damus Villas nostras, quæ dicuntur Miramōt, Mianos, Martes, Babues, Ortolo, Trasberal, Salinas, Villaluenga, Fanyanas, Ferrera, Lucietes, Sangorrin, Gauas, Areniella, Muliermorta, Bayetola, Nouēfontes, & Monta-

& Montañano cum hominibus, feminis, cum aquis, montibus, herbis, pratis, paludibus, pascuis, & cum omnibus iuribus, calonijs, homicidijs, cum curribus, & discursibus aquarū, & cum omnibus alijs ad ius Regale pertinentibus, vel pertinere debentibus, integrè, & legitime cum Ecclesijs suis, cum decimis, primicijs, & oblationibus suis liberè eas possideant cum suis terminis, heremis, & populatis, cum exitibus, & introitis. Taliter, quod cœnobium Sancti Joannis de Pinna habeat, & possideat in perpetuum in remissionem omnium peccatorum nostrorum, & pro salute omnium fidelium defunctorum nostrorum. Amen.

FACTA est autem hæc Donatio in Era Noningentesima Vigesima prima.


Testes Fortunio Exemenones, Comes de Atares; Basilius Episcopus Pampilonan; Oriolus Episcopus Aragonen; Senior Fortunius Sanchiz maior, qui est in Tauuello; Senior Lope Gonçaluus in Nagera.

Sig num Sanctij Regis.

Ego Garcias, filius Sanctij Regis, laudo, & confirmo: & manu mea hoc sig num facio.

Vuibertus scriptor iussione domini mei Regis Sanctij hanc cartam scripsi, & manu mea signaui.


De Eræ autem annotatione in hoc Priuilegio adhibita, quid sentiam, infra explicabo, dum prius hoc loco alterius Priuilegij exemplum supponam; quod est huiusmodi.



IN DEI NOMINE, & indiuidua Sanctæ Trinitatis, videlicet, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Ego Sanctio Abarca, Rex Aragonum, facio hanc cartam Donationis, & cōfirmationis vobis populatoribus de Vnocastello, qui modo estis, vel inante a inibi veneritis populare, de omnibus terminis vestris, de Coliel, de Vera, al Sasso, & per illa orellata de illo Sasso ero ero, quomodo illa aqua vertit ad Arriquiuel vsq. ad illa capeza de Aquisilio vetulo; & de illa capeza de Aquisilio, vsq. ad illa Funcarola; & de illa Funcarolla, vsq. ad illo Frasino de Rigo de Agoña; & de Agoña; vsq. ad Faratos de Ossos; & de Faratos de Ossos, ad Val de Cavallos, quomodo aqua vertit ad Val de Liena; & de Val de Cavallos, ad illa focillola

G 2 de patre vita;

de patre vita; et de patre vita, ad illa capeza del atabut; et de illa capeza del atabut, ero ero quomodo aqua uertit ad val de mahomat; et de val de mahomat, ero ero quomodo aqua uertit ad val de liena, et ad caput de val de grallas; et de caput de val de grallas, ad illa capeza de wallestans ero ero quomodo aqua uertit ad illa Arua; et de illa Arua, ad Vallatar de la sierra; et de de illo Vallatar, a foz terreros; et de foz terreros, ero ero quomodo aqua uertit a la capeza de Achecho; et de la capeza de Achecho, ero ero a la Cort de Galin Abrabin; et de la Cort de Galin Abrabin, a cabo de buffet; et de cabo de buffet, usq. ad illas capezolas de mör calbo; et de mont caluo, ero ero por la sierra quomodo aqua uertit, usq. ad cornu de la sierra; et de illo cornu, ero ero quomodo aqua uertit, usq. ad illa capeza de Saban; et de illa capeza, usq. ad illo mercat iello, usq. ad torrillon de Ababil; et del torrillon, usq. al puey de la lezina; et del puey de la lezina, usq. al pueyo de Verdiabe; et del pueyo de Verdiabe usq. al pueyo de la Cimarra; et del pueyo de la Cimarra, usq. al fondon de capanna alçada; et de capanna, al portiel maluar; et del portiel maluar, usq. ad puey pinofo; et de puey pinofo, usq. ad foz piniellos; et de foz piniellos, usq. ad cornu de la nansa; et del cuerno de la nansa, usq. ad foz alfeyt; et de foz alfeyt, ero ero por la sierra quomodo aqua uertit ad Arriquiel usq. ad colliel de la heru. Istos suprascriptos terminos dono et confirmo uobis populatoribus de Vnocallo, qui modo estis, et inibi antea ibi ueneritis populare, ut habeatis illos francos, et ingenuos ad uestram propriam hereditatem, et ad faciendam uestram propriam uoluntatem uos, et filij uestri; et omnis posteritas uestra, salua mea fidelitate, et de omni mea posteritate per sacula cuncta. Amen. Et qui isto donatorio uoluerit disrumpere; sit anathematizatus, et sepultus in infernum. Amen.

Signum  Regis SANCTII.

FACTA uero Carta Donationis, siue Confirmationis in Era DCCCCXXI. mense Augusti. Praesentes Episcopus don Essecuti de Leion; et Exemen Borraz mio Alcayt; et Alin Gualit; et Galindez Lobar; et Sanctio Manchon; et Martin Galindez; et Patreuita; et Gaiet Lobar; et Garcia Neriz; et Petro Joans; et Galin Ennecos; et Azenar Lopez; et Ferriz Maça.

EGO Maça de Lisau exaravi ista cartula pro iussione Domini meo Rege, et de manu mea hoc signum feci. ✱

His igitur duobus Priuilegijs duo liquidò confirmare possumus: Primū, Cæsonem

Cæsonem hunc Regem solitum fuisse illud Abarcæ cognomentum in literarum monumentis præferre: aliter certè quàm veteres illos Imperatores, quibus Caligulae, & Caracallæ nomina à simili euentu rei imposita fuerunt. Quinimmo aliunde etiam constat, eundem Abarcarum Insignia in vexillis, & militaribus paludamentis gestasse. Ut res nequaquam indigna tanto Principe censeri debeat, quòd indumentum, quo inuentus fuerat, cum Regale munus obiret, non sibi ad despiciendum, sed ad ostentationem, & gloriam, & cognomine, & Insignibus inde sumptis uideri cuperet accidisse. Alterum uero, quòd mihi hoc in loco uidetur esse præcipuum; Nempe eundem ipsum Cæsonem, Regem Aragonum, siue Aragonensium Regem uocatum inueniri. Id enim, quòd mihi contra communem opinionem proposui argumentum, firmissima ratione concludit. Si enim Sanctius Abarca Cæso, Aragonum Rex uocatus inuenitur, duobusq. Regibus inter ipsum, & Tremulum interpositis; ab eo Aragonum Reges numerando, iuxta dicti Iacobi I. Regis testimonium, idem ipse Iacobus I. Quartus decimus Rex numero fit: necessariò igitur Abarca ipse Cæso, primus Aragonum Rex censeri debet. Quòd si ille primus, ut superiori disputationi præsentem connectamus; ergò qui ei antecesserunt ex eodem illo Iacobi I. Regis testimonio, non Aragonenses, sed Suprabienfes Reges numerandi sunt. Nam si Aragonum Reges fuissent; Iacobus ipse longiori numero notasset eos; cum maiorem numerum conficere deberent. Vnde fit, ut cum tradita à nobis Regum, & rerum series ex omni parte secum ipsa consentiat; iure potuerimus affirmare Aragonum Regni nomenclaturæ initium ab hoc Cæsonem Abarca Rege prouenisse. Atq. ut sermonem nostrum ab argumentis ad coniecturam, qua ueritas interdum illustrari solet, traducamus, licet nobis de eodem suspicari, placuisse sibi, cum ad Iaccetanam Urbem Rex constitueretur, quæ fuerat olim Aragonensis Comitatus caput, illud Aragonense nomen iam altiùs extollere, Regniq. titulo decorare, qui posteris hereditarius maneret. Idq. credibilius iudicabitur, si Aragonij nominis dignitatem, quæ temporibus illis uigebat, perpendamus. Siquidem nò solum clarissimis Aragonensium Comitum factis, sed plurimorū etiā Episcoporū nominationibus inde petitis, illustris exstabat: qui cum re uera Oscenses essent, Oscensesq. appellari debuissent; Aragonenses tamē Episcopi ià ab ipsius Comitatus initijs uocabantur. Antè Hispaniæ nāq. cladē nusquā Aragonenses Episcopos nominatos legimus. Oscensi autē Vrbe ab Arabibus capta, & oppressa, illius sancti

Episcopi aliquamdiu apud Sanctum Petrum Siresiensem, aliquamdiu apud Sanctum Ioannem Pinnatensem diuersatifuere, sibi tum in hac, tum in illa Ecclesia Sedem statuentes: quæ ambæ prope Iaccetanã Urbem erant intra suæ diœcesis fines cõstitutæ. Vnde Aragonenses Episcopi dicti sunt. Atq. ijdem post Concilium Prouinciale sub dicto Ranimiro Rege ad eandem Iaccetanam Urbem celebratum, de quo dicemus paulò post, eadem Vrbe in Cathedralem erecta, Aragonensium Episcoporum nomine omisso, Iaccenses Episcopi appellati fuere. Quin & in ipso Concilio sancitum fuit, vt cum Oscensem ciuitatem, totius diœcesis caput, ab Arabibus recuperari contingeret; in ea vetus Episcopalis Sedes instauraretur, tuncq. Iaccetana ipsa Sedes Oscensi Ecclesiæ subiecta exstaret, parentemq. coleret tamquam filia. Vt reuera qui in priscis monumentis Episcopi Aragonenses, seu Iaccenses appellantur; eosdem cum Oscensibus esse, tenendum sit. Quod pari etiam ratione Ilerdensi Ecclesiæ contigerat. Ilerda namq. à Mauris capta, illius Episcopi in Rotæ opido intra suam diœcesim constituto degentes: inde Rotenses Episcopi appellari cœperunt. Rota verò postea à Mauris oppressa, ad Ripacurtiam fugientes, in Gistauenfiq. Valle aliquamdiu commorantes; Ripacurtienses, ac Gistauenses Episcopi vocati sunt. Deinde verò Balbastrensi ciuitate recuperata, ea à Regibus nostris donati; Balbastrenses Episcopi appellati. Ad extremum Ilerdensi Vrbe à Christianis obtenta; in ea Episcopalis Sedes, & antiquum Ilerdensium Episcoporum nomen restitutum fuit: Vrgellitanæq. Ecclesiæ nonnulla, ex his, quæ diximus, opida contributa. Tot modis ambæ hæ Episcopales Sedes post ipsam Hispaniæ cladem ab Arabibus violatæ, & vexatæ, antiqua sua nomina mutauerunt. Hoc ergo Aragonensium Episcoporum illustri cognomento, præter illud Comitum antiquorum, cum iam Cæsonis Regis tempore Aragonum nomen splendidum, illustreq. exstaret; quid mirum, quod Abarca ipse Cæso inde etiam sibi noui sui stemmatis nomen inducens, Aragonum Rex vocari voluisset? Neq. verò id Belasconis verbis in peruetusto codice Sancti Aemiliani Cogullensis appositis repugnat: quæ Surita noster in suis Indicibus annotauit. Sic enim Belasco ille sexaginta ferme annos post hæc tēpora, de ipsius Cæsonis Regno testatum reliquit. *Sanctius*, inquit, *Rex, Garzia F. Pōpelona Æra DCCCCXXXIII.* qui dicto Anno C. ∞ V. conuenit, *Regnum obtinuit; eamq. Urbem suo subdidit iuri; territorijq. omnis Aragonensis dominatum obtinuit.* Ita enim hæc illius verba suggesta sunt. Ex quibus apparet, Pompelonensem

nenfem ditionem iam ab eo, Regni titulo, expressè nominari, qui illis temporibus notus, & vulgaris erat. Aragonensem verò, cum iam Comitatus esse desisset, verumtamen quòd Regni nomine esset decorata, nondum fortasse ad exterarum gentes allatum esset; ne in eius nominatione deciperetur, *territorium*, appellauit. vt siue priscum Comitatus nomen retineret, siue Regni esset auctoramento decorata; quidquid esset, id omne, *territorij*, vocabulo comprehenderetur. Quinimmo videtur, si Comitatus nomen retinuisset, id ab ipso Belascone in scribendo minimè fuisse mutandum. Sed quòd nullam fecerit de Suprarbiensi Regno mentionem: sic planè conijcio, id omnis, *territorij*, Aragonensis nomine, conclusum fuisse, quasi Aragonensis, *territorij*, voce & Comitatus ipse, & Suprarbiense Regnum comprehendatur, propterea q. ea, *omnis*, voce fuisse vsum. Quod autem ab eodem Belascone proditur, Sanctium Pompelonæ Regnum obtinuisse; nequaquam intelligi potest, vt pleriq. existimant, quasi in ipsa Pompelonis Vrbe Comitatus de eius electione habita testaretur. Id enim cõtra veritatem est, omninoq. sententiæ ipsius Belasconis aduersatur. Nam quo tempore ipse Abarca Cæso Rex electus fuit; Pompelo Vrbs ab Arabibus oppressa tenebatur; à quibus postea idem ipse Cæso cum magna sui nominis laude vindicatum, vt Belasco idem est auctor, suo subdidit iuri. Cui sententiæ ceteri scriptores assentiuntur. Itaq. dum, Pompelonæ Regnum obtentum, dixit; ita intelligi debet, vt Natarræ ditionem, Pompelonense Regnum nuncuparit: quemadmodum antiquus mos fuit. Fieri autem potuit, vt Pompelonensibus viris imperaret; eoq. pacto Pompelonensium Rex aliquamdiu vocari potuisset; tametsi Pompelonensis Urbis nequaquam potiretur. Vnde etiam elicitur, vt cum nulla alia ciuitas esset, quo tempore nostri Cæsonem ipsum, Regem salutarunt, in qua ita commodè ille imperij sui sedem collocare posset, quam in ipsa, quam diximus, Iaccetana Vrbe: ab ea, quæ erat Aragonensis ditionis præcipua, & primaria, suum illud nouum, & nobile vellet Aragonum Regni nomen vindicare. Hoc igitur tam felici auctoramento ibidem instituto, meritò ipsa Iaccetana Vrbs nouæ istius propagationis genitrix, & & nouæ Aragonum Regiæ nomenclaturæ origo censenda est, ipseq. Abarca Cæso, primus Aragonum Rex omnino numerandus: vt Aragonensis Comitatus nominis, & Secundi huiusmodi Interregni, vnus, idemq. finis statuatur. Iam enim post ipsum Cæsonem Regem, Aragonenses Comites vocari desierunt. Quòd si aliquis fortasse in antiquis monumentis reperiat; eum Ataresiæ ditionis Comitem fuisse

coniectio: Aragonensem verò ob locorum vicinitatem vocatum: seu potius eorum nomina de prauatè legi, Aragonensis voce, pro Ataresis, vsurpata: quemadmodum ipsum illum Fortunium Exemenonem, quem in priori Priuilegio Comitem *de* Atares vocatum videmus; in alijs exemplaribus ab Archetypo ipso, mendosè tamen depromptis, Comitem Aragonensem contineri accepimus. Iam verò circa ipsius, ac posterioris Priuilegij annorum numeri notam, vt annis à Garibaiò Cæsionis Regno tributis conueniat: hæc mihi videntur obseruanda: Nempe, vt in priori Priuilegio Aera pro Anno sumpta sit: sitq. Annus Chr. in eo annotatus DCCCCXXI. Hanc enim ambiguitatem, iam supra præfati sumus, persæpe in veteribus Priuilegijs inueniri. In posteriori verò nequaquam: sed ab Aera cõputatione triginta & octo annos abstrahendo, Annus Chr. DCCCCXXXIII. intelligendus sit; qui Aera DCCCCLXXI. in eo appositæ omnino cohæret. At cum ex Garibaij sententia Garfiam, Cæsionis filiũ, circ. Ann. Chr. DCCCCXX. regnasse constet, quasi Cæsionis Regnum dictum annum nequaquam excesserit: cum Archetypis huiusmodi Priuilegijs standum existimem, ita intelligendum opinor, vt circ. dictum Ann. DCCCCXXI. atq. eo elapso, Cæso fortasse (neq. enim id affirmo) filio Garfiæ Pompelonæ, & Najaræ Regna donarit, penes se verò ad dictũ saltè annum DCCCCXXXIII. solum Aragonum Regnum retinuerit. Proptereaq. eundem in priori Priuilegio sub Ann. DCCCCXXI. se Aragonensium, & Pompelonensium Regem profiteri: in posteriori verò sub Ann. DCCCCXXXIII. Aragonum tantummodò Regem nominari voluisse; quasi in eodem ipso Abarca Cæsione diuersa Regnorum ratio in Annorum enumeratione habenda sit. Sed hæc à nobis tanquam probabilia dici, omnes sciant. Cetera verò explorata, & certissima; ac illa etiam, quæ de Suprarbiensis Regni initijs, nomine, & Insignibus, deq. illius cum Aragonensi Comitatu subiunctione retulimus: quòd ea nouo hoc etiam inuenerimus argumento grauissimo confirmari. Dudum siquidem noster Philippus Puyucinus plures nummulos æreos ad me misit: quorum in vna parte Regalis cuiusdam capitis effigies, nota est, Aragonum Regis nomine sic in orbem scripto: in altera verò Crucis supra arborem Insignia exstant huiusmodi, *Aragon* voce, media inter ipsam arborem, ac Crucem incisa. Ex qua



quidem

quidem compacta sic permissioe quiuis facilè certam esse rerum à nobis superius traditã rationem agnoscat, Suprarbiensisq. Regni antiquitatem. Nec verò inuitus in illius viri incidi mentionem. Est enim ingenio excellens, & doctrina, atq. tum publici iuris, tũ antiquitatis nostræ peritissimus. Ceterum quandoquidem Aragonum Regni nomenclaturæ initiũ demonstrauimus, atq. à Cæsione hoc Abarca Rege primũ processisse; operæpretium nos facturos credimus, si quò ratione, & via noster sermo procedat, ne mutilus, aut mancus iudicetur, ipsius Cæsionis res gestas, aliorumq. clarissimorum Regum Aragonum ad nostra vsq. tempora ostenderimus, vt, quam diximus, nostrarum rerum progressionem indicemus. Id tandem facere decreuimus: nudo tamè, ac breuiori genere orationis, ne in his nos plus certè, quàm sat sit, videamur cõmorari. Cõtèdã interim, si modò id cõsequi poterò, vt nec quidquã, quod ad institutũ nostrũ pertineat, omittamus.

HINC REGES ARAGONVM.


VT ad historiæ deniq. redeamus cursum, iamq. scopulosos illos, ac difficiles disputationum locos relinquamus, Abarca hoc Cæsione ad Iaccetanam Urbem Rege salutato, Aragonia ditio tunc primũ in clyto Regni auctoramento decorata fuit: ipseq. Abarca, primus Aragonũ Rex vocari cœpit. Quã nominationẽ posteri omnes, quotquot ei successerũt, Reges seruarũt, & quasi hereditario iure amplexi sunt: Vnde etiã ea ad Magistratus nostri nomẽ dimanauit. Cuius rei vt faciliore notitiã cõparemus, propositã nobis Regum seriẽ persequemur.

Sanctius I. Abarca, Cæso, Aragonum Rex I.



SANCTIVS igitur Cæso, cognomẽto Abarca, primus Aragonũ Rex fuit. Cũmq. tam auspiciatò à nostris Rex creatus esset: Regiam dignitatem, adiecto eo insigni Aragonum titulo, augustiorẽ fecit. At Sanctium

Sanctium Garfiæ, interdumq. Sanctium Garfeanis: quæ vetus consuetudo fuit: vocatum constat: illo Garfiæ, seu Garfeanis patronymico nomine adhibito, quod patre, Garfia vocato, nempe Aristæ filio, sexto Suparbiensi Rege, natus fuisset. Illud autem Galindi, seu Galindez, ac nonnumquam etiam Galindonis, quo eum quandoq. vsu Sumrita voluit, non ad hunc, sed ad alterum Regem Sanctium II. istius nepotem, vt suo loco dicemus, refferendum est. Iam verò quod se Abarcam, in literarum monumētis nominarit, contraquam Sumrita ipse crederat; iam satis plura ad hanc rem confirmandam attulimus paulò ante argumenta, quibus tota ea omnino patefacta fuit. Sed nunc afferam aliud, quo illud idem facilius docebo: siquidem Cæsonem hunc Regem, ea ab Abarca sumpta nominatione, non semper vno modo, sed tribus varijs modis vti consueuisse. Se enim interdum, Sanctium Regem Abarcam, interdum Sanctium Abarcam Regem, ac interdum Sanctium Regem cognomento Abarcam nominauit. Quæ tametsi differre parum videntur inter se; iam fidem faciunt, illud Abarcæ nomen non ab alijs solum, sed à semetipso in publicis literis fuisse plerumq. solitum vsurpari, vt in eo significatio eluceret sui capeffendi Regni tam prosperi, & felicitis euentus. Cùmq. priorum duarum nominationum varietates apertissimè ex duobus illis Priuilegijs comprehendantur, quorum supra exempla subieci sub difficilem illum, quem de Aragonum Regni nomenclaturæ initio, locum tractaui: postremâ istius Priuilegij testimonio comprobabo, quod in Pinnatenfi Ecclesia asseruatur, illudq. exempli causa superioribus libenter subiungo: quippe cùm eo mihi ad alia probanda etiam vtendum sit.





SICVT ex sacris scripturarum eruditionibus didicimus, humana salutis originem, & fundamentum generaliter in Sanctæ matris Ecclesiæ Sacramento consistere nouimus: nec aliquo modo posse aliquem saluari, nisi fulcimento, & subsidio eiusdem. Vnde & matris onomate designatur; quod ceterum mater filios, ita ipsa omnes Orthodoxos, lacte suorum Sacramentorum, & cultu ministrorum, ac obseruatione carimoniarum, nutritos ad perpetua saluationis gaudia perducit. In ipsa præcipue salus omnium nititur: nã in ipsa totius Christianitatis ordo geritur, atque fundatur. Hæc est ergo celestis illa Hierusalem, de qua dicitur: vidi ciuitatem sanctam, Hierusalem nouam, descendentem de Cælo, adeo paratam, sicut sponsam viro suo ornata. Hæc est, de qua vidit Jacob Angelos descendentes, & ascendentes per scalam

per scalam erectam, & dixit: Terribilis est locus iste: Hæc Domus Dei est, & porta cali, & vocabitur Aula Dei. Nemo enim potest Deo placere, qui sponsus eius est, nisi sponsam Dei Ecclesiam digna reuerentia honorificet. Ergo cùm salus omnium per sanctam Dei Ecclesiam operetur; dignum est vt eam omnes summopere honorificemus, muneribus ditemus, terrarum donatione amplificemus, omnis generis dignitatibus ornemus: vt per huius seruitij exhibitionem in illa celesti possideamus hereditatē. Proinde ego Sanctius Rex gratia Dei, cognomēto Abarca, & Vrraca Regina, Notū fieri cupimus omnibus nostris fidelibus, cunctisq. Orthodoxis, atq. catholicis viris, presentibus scilicet, & futuris, qualiter nos pro salute, & remedio animarum nostrarum, & pro salute omnium Christianorum ad monasteriū sanctissimi, Martyris Christi, Joannis, Damus omnibus ibidē Deo seruientibus villā de Alastrue, cū lezdis, cum calonijs, cum cursibus aquarum, & cum omnibus iuribus ad ius regale pertinentibus, vel pertinere debentibus, & cū omnibus terminis. De quibus terminis ad Priuilegiū, & Donationē corroborandam in perpetuum mentionē fieri iussimus: id est de Lacoba Gallons sicut vadit serra serra, & exit à casteylon de lo borbuylo; & de casteylon de loborbuylo exiit, vsque ad collato de sancti Torquati; & de collato sancti Torquati, vsque ad puyāzuelo de hadilons, & del poyo de los hadilons, vadit a la directū raylla, qua est caput del cāpo de Pinalbo, & vadit serra serra, vsque ad caput del mō de poyo; & de caput del mōt de poyo, serra serra exit ad vallat aruebo; & de vallat aruebo, vsque ad caput del mōt de Pater nue, sicut aqua vertit, & exiit directū al frontō del salto; & de fronton del salto, vsque al serraton de barmilera; & de barmilera, sicut vadit al poyo del cap del mont de arbues; & del cabo del mont de arbues, a la fuent de los bayos; & de la fuent de los bayos, vsque al serraton valliellas; & del serrato valliellas, exiit serra serra vsque ad sancta Eulalia de Esforret; & de santa Eulalia, a la peñarotonda, & exiit directum vsque ad collato de auetito; & del collato de auetito, serra serra vsque ad campum del solano, & vadit serra serra, sicut aqua vertit a la Coba, qua vocatur Gallons. Tali tenore cōstabilimus, vt si quis de filijs, vel successoribus nostris in supradiçto monasterio augmētare potuerit, valeat. Amē. Si verò, quod fieri nō credimus, tãta præsumptionis fuerit, vt aliquam violētiam, seu contradictionē voluerit inferre; iram Dei Omnipotentis, & sancti Ioannis, & omnium sanctorum Dei incurrat, & maledictionem perpetuam habeat, & fiat de eo, sicut dicit Psalmista: Qui possident hereditate sanctuarium Dei, Deus meus pone illos, vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.


E GO Sanctius Rex, qui hanc Cartam Donationis, & Confirmationis

tionis fieri iussi, manu mea roboravi, similiter feci confirmari filio meo Garfia.

Signum Sanctij Regis. 

Ego Garfias, Sanctij Regis filius, laudo, & confirmo: & propria manu hoc signum  facio.

Facta Carta Era $\bar{\text{T}}$ xxv. Regnante me Rege Sanctio in Navarra, & in Aragonia, & in Najara, & vsq. ad montes D' Ocha. Et sunt testes: Basilius, Episcopus Pampilonensis, Testis, & confirmans: Oriolus, Episcopus Aragonensis, Testis, & confirmans: & Abbas Transinyrus, Testis, & confirmans: Senior Sanctio Comes en Atares, Testis, & confirmans: Senior Fortun Sanz, Testis, & confirmans: Senior Semeno Ennecons, Testis, & confirmans: Senior Enneco Gonzalez, Testis, & confirmans: Senior Lope Xemenos, Testis, & confirmans.

Ego Vuibertus scriptor, iussione Domini mei Regis, hanc Cartam scripsi, & de manu mea hoc signum  feci.

Rectè deniq. fecimus, dum Regem hunc Sanctium nominauimus, cognomento Abarcam: cum pateat iam Abarcæ id nomen per se partum, fuisse à semetipso quasi ad laudem, vt paulò ante dixi, cognominis loco vsurpatum. Sed in hoc Priuilegio maximè aduertendum est, ea istius figuræ $\bar{\text{T}}$ nota, non semper Millesimum, sed plerumq. Noningentesimum numerum indicari: quemadmodum & hoc loco pro Noningentesimo numero accipi debet. Idq. huiusmodi argumento clarissimè, immo & necessariò concluditur. Etenim in priori illo Priuilegio, quo Cæsonem hunc Abarcam, se Aragonensium Regem appellari solitum demonstrauius, vt propterea primus statuendus esset Aragonum Rex: apertè videmus Basilij, Pompelonensis Episcopi, tum & Orioli Aragonensis Episcopi, & Vuiberti etiam eiusdem Regis scriptoris, clarissimam factam mentionem; quasi hi omnes illius rogationi præsentés adessent, aut saltem tunc viuerent. *Æræ* verò notatio in eo adhibita, non iam numeri notis, aut figuris, siue, vt vulgò loquimur, per abbreuiaturas, sed literis extensis, compositissimis, & clarissimis expressè, Noningentesima vicesima prima notata fuit. Cùmq. in hoc etiã Priuilegio eorùdem, Basilij, Orioli, & Vuiberti memoria


repetatur

repetatur, quòd præsentés illius concessioni tamquàm Confirmatores Testes interfuissent, singulis ipsis illis honorù gradibus honestati; *Aeræ* autem numerus, eadem hac ipsa istius figuræ $\bar{\text{T}}$ nota, indicetur; sit igitur necessariò, vt illius interpretationem à superiori illo Priuilegio petentes, quandoq. ea nota, huiusmodi Noningentesimù numerum notari concludamus; cum plures Basilios Episcopos Pompelonenses, & Episcopos Aragonenses Oriolos, Vuibertosq. scriptores nusquam appareat exstitisse: nec si fuissent plures; credibile sit, alios in iisdem prorsus honoribus constitutos, post tam longum annorum interuallum simul in eadem tempora incidisse: Neq. verò eos ad tantam vixisse senectutem, vt amborum Priuilegiorum rogationibus implicarentur, quando ea à diuersis Regibus Sanctijs lata induceremus. Atq. tunc etiam in simili versaremur errore, cum necessariò cogermur, Testes hos Cõfirmatores, cum ijdè ipsi fuerint, diuersos statuere. Itaq. fit, vt hoc loco, ea $\bar{\text{T}}$ numeri nota, Noningētesimù numerù significari intelligamus, *Aerã*q. pro anno sumētes, Priuilegiù hoc Ann. Chr. Noningētesimo Vicesimo quinto cõcessum iudicemus. Et hæc sunt, quæ mihi in mētē venerūt, dicēdaq. putauit de istius figuræ significatione, & vi, deq. istius Regis Abarcæ cognomento. De Insignibus autem, duas tantù *Abarcas* eū gestare solitù tradunt: quemadmodum posteri fecerunt, qui se apud nos illius genere profecti perhibentur. Sed ea propria personæ, Elogij loco, quemadmodù de Aristæ diximus: nō autē Regalis muneris fuisse, nō dubito. Argenteã enim Crucē, quæ Aristæ cælitus apparuit, ab eo ad Petrũ vsq. Regē I. qui Oscã cepit, ipsi Regno militare Signũ mãsisse, omniũ scriptis testatũ cõperio: tamet si nōnullos Reges, ac fortasse hũc ipsum Abarcã, in nũmis cõstat, Crucis supra arborē interdũ Insigniã, hac *Aragõ* voce, quã retulimus, expressè notata, retinuisse, quasi prisca Suprarbiēsis Regni memoriæ cõiulētes. Hic igitur Abarca Cæso Aragonēsis, Põpelonēsis, & Suprarbiēsis imperauit. Cœpisse autē eū regnare cõstat Circ. Annũ Cccv. vt à nobis paulò ante dictũ est. Plurima opida à Mauris eripuit, 905 ac suo subiunxit imperio: inter quæ Põpelon, præcipua Vrbs fuit. Etenim eã sibi Mauri ipsi, post patris interitũ, vt diximus, vindicarāt. Sed nũc augustioribus, quàm antea auspicijs, liberata fuit; siquidē iam amplius nequaquam visa est in fœdissimæ illorum seruitutis tenebras recidisse. vt ex eo facto ad Abarcã hunc Regē maximus gloriæ cumulus, & laudis accedat. Vxorē duxit Theudã, siue Totam. Cùmq. ex Priuilegio, quod supra intexuimus, Vrracam nominari constet; vel duas vxores

H habuisse

habuisse dicendum est, vel quod mihi magis placet, vnam tantummodò, Totam Vrracam, & nunc hoc, nunc illo nomine appellari solitam: quemadmodum in alijs nobilissimis feminis obseruauimus. Ex ea filiū suscepit, Garfiam, Regnorum heredem; ac filias quatuor; Eximinam, Mariam, Theresiam, & Velasquitam. Ac Theresiam quidem aliquando, Florentinam cognominatam fuisse, Sampyrus, aliq. veteres Castellani scriptores prodidēre. Qui verò tres alios filios, Ranimirum, Guntifaluum, & Ferdinandum eidem tribuunt, nominis similitudine deceptos fuisse, ex Garibaij scriptis perspicui optimè potest: Sanctioq. eius nepoti tribuēdos esse. Verum quot annos Abarca regnarit, & quo anno mortem obierit, incertum est. Belasco scriptor, cuius supra verba subiunximus, anno viceesimo sui Regni, scilicet Ann. Chr. 926 DCCCCXXVI. eum fuisse mortuum tradit, expulsis omnibus, vt loquitur, Biotenatis: vel Brotæ Vallis fortasse legendum, vt Mauros, qui in Valle Broto degerent, expulsos memoret. Hic verò annus cum ea, quam paulò ante feci, figuræ illius interpretatione aptè conuenit. Sed cum ex alio Priuilegio, quod supra intexui, Abarcam hunc Cæsonem Ann. Chr. DCCCCXXXIII. quo illud irrogauit, viuere, perspicuum sit; Priuilegij testimonium Belasconis verbis antepono, Abarcamq. iudico plures annos regnasse quàm viginti; scilicet à dicto Ann. CCOV. quo regnare eum cœpisse constat; ad dictum Ann. 933 DCCCCXXXIII. si longiùs vitam illius nequaquam esse productam statuamus.

Garfias I. Abarca, Aragonum Rex II.



CARSIAS I. Cæsonis filius, Garfias Sanctij, Abarcaq. identidem & ipse appellatus, in paternam ditionem, mortuo patre, adscitus, secundus

secundus Aragonum Rex cenferi debet. Cuius nomen, ac Regnum Garibaius primus suscitauit: cum antea hoc loco Garfias Tremulus apponeretur. Auum autem Tremuli, hunc Garfiam fuisse, plurimis à Garibaio ipso adductis testimonijs conuincitur: vxoremq. Theresiam habuisse. Quæ quinq. sibi peperit filios; Sanctium nempe, ac Ranimirum: quorum idem Belasco meminit: Vrracam etiam, Hermigildam, atq. Simenam, siue Eximinam. Hæ verò, quibus nuptæ fuerint, non proditur: nec mirum, cum parentum nulla adhuc prorsus exstarit cognitio. Et verò Theresia hæc Regina, illius Endregoti Galindi, cuius supra meminimus, filia fuit, propterea q. Theresia Galindi, vt suspicor, nominata. Caussam verò, quæ me in hanc opinionem adduxerit, explicare, & quid de Endregoto ipso sentiam, continenti narrationi referuabo. Sex & triginta ferme annos Regē hunc regnasse constat, & Circ. Ann. Chr. DCCCCLXVIII. fato perfunctum, 969 Vnde eidem necessariò insignis illa Iuncaria clades tribuenda est: ex qua postea subsequutum fuit celebre Pelagij martyrium: qui in locum patrii, Hermoigij Tydensis Episcopi, ex eo prælio captiui, obses traditus, quòd Catholicam Fidem eiurare noluisse, Cordubæ passus est. Nam Sampyrus Asturiensis Episcopus, & Raguel vetusti scriptores; vt Ambrosius Morales, pius, & elegans scriptor, auctor est; Garfiam Pompelonensem Regem eo prælio deuictum attestantur: quatuor verò post annis, Aera nempe DCCCCLXIII. Pelagium Cordubæ martyrij coronam consecutum. Et quamuis locum Sampyri idem Ambrosius emendandum cenfet, vt Aera DCCCCLXIII. legatur, vno scilicet anno anteposito, idq. ratione literæ Dominicalis, quæ priori Aera conuenit, posteriori verò nequaquam: nos autem libentius credimus eo loco Aera pro anno fuisse sumptam, vt Ann. Chr. DCCCCLXIII. Pelagij martyrium extiterit. Nam iste annus, cum bissextus fuerit, literæ Dominicali, quæ ex Sampyri testimonio colligitur, aptissimè conuenit: atq. ita locus illius nulla indiget emendatione. Nam si veram Aera computationem intelligere velimus, vt Anno DCCCCXXVI. qui ex eadem elicitur, Pelagius Cordubæ mortem subierit, cum quatuor ante annos ad Iuncariam vallem pugnatum fuerit; nullus sanè Garfias Rex illis temporibus fuit, ad quem ea facta possint refferri.


H 2 Sanctius II.

Aragonensium rerum
Sanctius II. Abarca, & Galindus,
Aragonum Rex III.




SANCTIVS II. Garfiæ I. Filius, Cæsonis N. tertius Aragonum Rex, post mortem patris, illius ditionem obtinuit. Sanctium autem Garfiæ, ac Garcefi, interdumq. & Garseanis, idest Garfiæ filium; tumetiam Sanctium Galindi, Galindez, ac Galindonis quoq. eum vocatum constat: illudq. etiam illustre Abarcæ præfetulisse in Cæsonis memoriam cognomentum. vt non paruum hæc tam varia nominum ratio confusionem peperit. Vxorem duxit nobilem feminam, Vrracam Ferdinandi, vocatam. Ex ea tres habuit filios; Garfiam, Ranimirum, & Guntifaluum: quos omnes, in prisca monumentis Reges nominatos inueniri, Garibaius affirmat. De Garfia verò nec mirum: quippe qui, mortuo patre, illius suffectus est heres, cognomentoq. Tremulus vocitatus. De Ranimiro autem, & Guntifaluo, cum nusquam appareat fuisse Reges, forsitan affirmare liceret, quod Rudericus Toletanus Antistes de Regum filiabus testatum reliquit: eas nempe, quamuis Regibus haud nuberent, Reginas antiquitus nominari solitas; vt idem in filijs masculis aliquamdiu factum suspicemur. Huius verò Regis Sanctij nulla ante Garibaium exstabat memoria. Nominis autem similitudine decepti, quidam Cæsonem Abarcæ, eum credebant esse, alij Sanctium maiorem, Imperatorem vocitatum. Diuersum autem ab vtroq. fuisse, tum ex eodem Garibaio colligitur, tum inter cetera ex quodam Pinnatenfi Priuilegio, quod hinc intexam libenter, vt opinionis meæ reddam causam, quæ me impulerit, ad Regem hunc, Endregoti Galindi ex Theresia filia nepotem statuendum; ipsum verò Endregotum, à superiori alio Endregoto diuersum. Ac priuilegium quidem est huiusmodi.

J N N O M I N E



J N N O M I N E Domini nostri Iesu Christi, & pax omnium Sanctorum, ubi sunt virtutes recondita in hunc locum, qui appellatur Siresa; gloriosiq. ac beatissimi Petri, Domini Apostoli, & fratris eius Beati Andrea Apostoli, & domini Stephani Leuitæ, & domini Michaelis Archangeli, atque Sancti Saluatoris, vel aliorum plurimorum Sanctorum, quorum sunt ibi Reliquia recondita; vt præbere dignetur auxiliu Dominus noster Iesus Christus, illis intercedentibus; & placeamus Christo. Amen. Ego Endregoto Galindonis, & proles eius Sanctio Garseanes Rex, & vxor eius Vrraca Ferdinadi. Sub gratia Dei, grato animo, & propria voluntate: Conuenit nobis pro redemptione animæ nostræ, & ideò in loco Sanctorum offerimus Villam, qua dicitur Exauierre martes post obitu nostrum, cum omnibus omnino domos, hortos, vineis, vel omni herencia, molinos, pratos, vel omnia, qua nobis pertinent in loco illo cum suis terminis de Arago assuso, & de Vallearians adentro, vsq. ad illo rigo de bissun, quomodo aqua vertit ad illam ferram de Sancti Adriani. Et ex alia parte de illo puyo bosacuso, vsq. ad illas vineas de Sancta Maria; & de illas capezas de illo monte, quomodo aqua vertit, vsq. ad Aragon: & de illo molino de Sancta columba à iuso; & frontationes de illa vallella super Botia, liberam, ac sinceram habcant potestatem. Placuit nobis, atq. conuenit nullo ingenio coniungentis, neq. articulo suadentis, sed propria nobis accessit voluntas; vt fiat securitatem de hanc causam, sicut & Domini, & parentes nostri, vel aliorum bonorum hominum tradiderunt, & confirmauerunt, vt securius permaneat in pace. Et si aliquis ex propinquis nostris, vel aliorum hominum, factum nostrum voluerit disrumpere; non habeat cum Christo participium, sed cum Iuda traditore, sceleratis, & peccatoribus habeat participationem.

F A C T A Carta Confirmationis sub die tertia Kal. Julias Aera *M I X.* Regnante Sanctio Garseanis, & Vrraca Regina in Aragon, & Pampilona: & Degio Episcopo in Aragon: Blasco Episcopo in Pampilona: & Bernardus Episcopus in Najera.

Ego Sanctio Garseanis, qui hanc Cartam fieri iussi, manu mea roboravi, & sig.  no.

Ego Endregoto Galindonis manu mea roboravi.



H 3

Ego Vrraca

Ego VRRACA Ferdinaldi manu mea
roboravi.




Inter omnes itaq. apertè constabit istius Sanctij II. Regis vita, & Regnum; Regnum verò, Aragonum & Pompelonæ. Illud autem Garfeanis, patronymicum nomen est; atq. idem valet, ac si se Garfiæ esse filium protulisset. At dum se simul eodem loco Endregoti Galindonis prolem nominavit: facilè intellectu est, perinde id accipi debere, ac si dixisset, se Endregoti ex filia nepotem profiteri; euenisseq. ex eo, vt propterea quod sibi auus, ipse Endregotus esset, sustulisset illum in literarum monumentis anteferri sibi; cum aperta res sit, illam, proliis, vocem maiorem minimè habere vim, nec latiùs patère, quàm vt ea tantùm aut filius, aut ex filio, vel filia nepos, si quidem successor, aut heres futurus, exprimatur. De Endregoto autem hoc, nihil habeo, quod dicam; præterquam quod iam satis constat, quot annorum inter eum, ac primum illum, secundi Comitum Aragonensium filium, de quo supra, interiectum sit interuallum. vt non abs re diuersos vnum ab alio statuerimus. At hunc pro certo habeo, quod initio dixi, nempe ab Aragonensibus illis Comitibus duxisse genus suum: an verò ab Endregoto illo, vel à quo alio, incertum prorsus. Atq. etiam si hic Comes non fuerit (neq. enim eum fuisse apparet, nec si fuisset Comes, in hisce monumentis suppressisset illius tantæ dignitatis gradum) suspicor tamen in montosa illa regione fuisse illum magnæ alicuius ditioris, pro illorum temporum ratione, potitum: eaq. Theresiam filiam, quam huius Regis diximus matrè, Garfiæ I. Regi, illius patri, ornatâ & locupletatâ, nupsisse. Vnde etiã perspicuum fit, vt quem Regè Sanctium Galindi, seu Galindez, vel Galindonis, in veteribus monumentis interdum vocitatum, Surita primum illum Cæsonem Abarcam autumavit; esse hunc eius nepotem statuamus, eidem licentiam istam eo Galindi nomine, patronymici loco, vtendi concedentes, potius quàm Cæsoni ipsi, quem nihil video cum villo Endregoto habuisse, nec habere potuisse commune. Neq. aliter meo quidem iudicio tot, tãtæq. res possunt sibi ipsis constare. Sed hoc pacto ex omni parte mirificè consentiunt inter se. Quinimmo & hoc Rege interposito, qui Abarca, vt dixi, interdum vocari consuevit; tolluntur penitus difficultates, quæ hactenus in Regum, Sanctij. I. Cæsonis, ac Sanctij. III. Maioris,

Maioris, Imperatoris dicti, concinnandis factis oriebantur. Ad hunc enim Sanctium II. referendum est Priuilegium illud à Surita in Annalibus annotatum, sancto Petro Siresiensi concessum sub Ann. Chr. DCCCCLXXI. quo se simul cum Vrraca vxore in Aragonia, & Pompelona regnare dicit. Quod mirificè conuenit nostræ supra traditæ opinioni. Nam dum se in Aragonia regnare ait; apertè indicat, Regiam Aragonum Regni nomenclaturam iam illis temporibus viguisse, minimèq. eam à Ranimiro, postero Rege, petendam. Itidem etiam de hoc Rege Sanctio II. intelligendum est graue illud Codicis Donationum Regiarum, & Afsignationis agrorù sancti Petri Tabernæ testimoniù, ab eodem Surita in Indicibus adductù: in quo sub Ann. Chr. DCCCCLXXXVII. Kal. Ianuarij, Sanctij Regis, & Vrracæ vxoris, ac trium liberorum, Garfiæ, Ranimiri, & Gonfalui, mentionem factam prodit. Quamuis autem id Sanctio Maiori tribuendum eidem Suritæ placet, Aera scilicet pro Anno sumpta: tamen nequaquam, vt ex eodem eruitur, eo etiam pacto rerum series sibi potest constare. Hoc autem nouo Rege interposito, aptissimè & rerum, et temporum ratio cohæret. Similiter etiam, & ab hoc Rege concessum apparet Priuilegium illud Donationis locorum *de Martes, Bahues, Huertolo, Pinnatensi Cœnobio* sub Ann. Chr. DCCCCLXXXIX. à quodam Sanctio Rege irrogatum: cuius idem Surita in suis Annalibus meminit. Et licet à primo illo Sanctio Cæsonem concessum putat; nequaquam, sed ab hoc eius nepote dicendum est. Quem iuxta Garibaij historiam, ac eam, quam ex prædictis elicere possumus, computationem, viginti annos plus minus Regnorum potitum constat: Ab Anno nempe DCCCCLXVIII. vel circa, ad Annũ DCCCCLXXX. 987

Vt quæ dies Vicesima quinta Decembris eiusdem Anni ab eodem Surita in Annalibus primi illius Sanctij Cæsonis Regis morti tribuitur, forsitan huic Regi tribuenda sit. 989

H 4 Garfias II.


Aragonensium rerum
 Garfias II. Abarca, Tremulus,
 Aragonum Rex IIII.



GARSIAS II. Cognomento Tremulus, Sanctij II. filius, Garfiae I. Nepos, Cæsonis Pron. patre fatis functo, in eius Regnis successit: & quandoq. Garfias Abarca, quandoq. Garfias Sanctij, idest, Sanctij filius, vocatus in veteribus monumentis inuenitur. Tremuli autem cognomen sibi inditum ferunt à nimio tremore, quo in bellorū initijs corripiebatur: tametsi postea in ipsis prælijs fortis erat, ac intrepidus dimicator. Cuius rei cum in multis, & maximis pugnis pulchra, & ampla signa dedisset; tum illud in acerrima illa pulcherrimū, quam prope Vxamam Urbem commisit, dum Almanzorem Cordubensem Regem armis superauit: si modò in ea Regem hunc nostrū præsentem affuisse, vt ex quibusdam, quæ nuper comperi, monumentis colligi potest, certum sit; nam eo absente illius exercitum huiusmodi victoriam reportasse, aliorum scriptis testatum est. Deniq. in præliorum initijs visus fuit sæpe Garfias iste Rex, corpore, atq. artibus, numquàm tamen animo, aut mente contremiscere. In eius vxore nominanda nimium variant scriptores. Alij enim eam Costantiam vocant: alij Epiphaniã: alij Eluiram. Ex Garibaij verò historia colligitur, cui hac in re libenter assentio, Eximinam istius Regis vxorem fuisse: vnicumq. tantum filium ex ea natum, Sanctiū Maiorem. Eos etenim, qui ei duas filias tribuunt, Terefiam scilicet, ac Sanctiam, quæ strenuo illo, numquàm laudato fatis, Ferdinando Guntifalui, Castellæ Comiti, nupta fuit: errasse iudico, cum Comitem ipsum longè ante hæc tempora, siquidem Ann. DCCCCXII. vel circa simul cum ipsa Sanctia Comitissa vxore insigne illud sancti Petri *de Arlança* Monasterium fundasse, perspicuum sit. Quare aut eam minimè à quoquam ex nostris hisce Regibus procreatam fuisse dicendum: aut si alicui eorum tribuenda; primo illi quidem Abarcæ Cæsoni: tametsi illud etiam mihi

mihî hætenus satis certum non est. Vix decem annos hunc Garfiam Tremulum regnasse constat: quandoquidem & vetustis monumentis per Garibaium annotatis, & Belafconis testimonio à Surita in Indicibus appposito circiter vnicum Millefimum Natalis Christi Annū 1000 eundem obiisse apparet. vt re vera Ataresiæ Aræ Inscriptio, quam eidem Suritæ in Annalibus huic Regi tribuere placuit, eius auro Garfiae tribuenda sit. Nam cum in dicta Inscriptio contineatur, arcem illā, à Garfia Fortunio cōstructā fuisse, Aera DCCCCCLXIX. Regnante, vt loquitur, Rege Garfia Sanctij: necessariò eius numeri nota in huius Tremuli auum reijcienda est; siue ipsius Aeræ genuinam computationem sequamur, siue Aeram pro Anno fumere velimus. Neutra autem eorum supputatio huic Regi Tremulo conuenire potest: qui quartus numero, Aragonum Rex censerî debet.

Sanctius III. Maior, Imperator,
 Aragonum Rex V.




SANCTIVS III. Cognomēto Maior, Tremuli F. Sanctij II. Nep. Garfiae I. Pron. Cæsonis Abn. patre mortuo, Regnorum Aragonum, Suprabij, & Pompelonæ imperium consequutus, quintus ordine, Rex Aragonum fuit: Hispaniæ Imperator dictus, quod Castellæ etiam dominatum, vxoris iure, adeptus fuisset. Ea enim cum Sanctij, Castellæ Comitissæ, filia, ac Garfiae Infantis ad Legionem Septimam Geminam nequiter interfecti, soror esset; illius suffecta fuit heres. Nomen autem ipsius varium legitur apud scriptores. Quidam enim Domnam Nuniam, siue Muniam Domnam, quod idem planè videtur, vocatam tradunt: alij Eluiram; Geloyram, vel Geloydam alij. Quandoq. etiam eam, Domnam Maiorem, nominatam cernimus; sed hoc à viri fortasse cognomento: qui ob id, quod ad maius, quàm ceteri omnes imperium peruenisset, Sanctius Maior vt suspicor, dictus est. Ex

est. Ex ea, siue hoc, siue illo modo vocata fuerit, tres filios suscepit; Garfiam, Ferdinandum, & Guntifaluum. Nam Ramirus, siue Ranimirus, qui quartus eidem filius adscribitur; ex Gaya, siue Caya, illustri femina, Ayuariae domina, susceptus est. Inter hos autem filios Regna partitus, intestinorum bellorum originem dedit. Garfiae etenim, filio natu maximo, quod falsò adulterij crimē Reginae matri intulisset; auitam Castellae ditionem abdicans, Pompelonense Regnum attribuit. Ferdinando verò, secundò genito, Castellae donauit Comitatum: qui primus, Castellae Rex vocatus fuit. Guntifaluo autem, siue Gonsaluo, natu minimo, Suprarbensem, & Ripacurtiensem ditiones assignauit. At Ranimiro filio, Aragonum tantummodò Regnum: atq. id, vt proditur, nouercae indulgentia, quòd se aduersus fratres pudicitiae illius defensorem obtulisset. Itaq. ex hac, vt diximus, Regnorum diuisione quatuor Regnorum stemmata dimanarunt: diuturnorumq. inter fratres, ac posteros bellorum initia. Sed missa ea faciemus, tantum quod proposuimus, Regum Aragonum seriem persequemur. Regionem igitur, quae Aragonum Regni nomine Ranimiro ipsi ab hoc Rege Sanctio Maiore tradita fuit, eam solummodò fuisse apparet, quae solis prisci Aragonensis Comitatus finibus terminabatur: quamquam eadem ipsa postea, ditionum, Suprarbiae, ac Ripacurtiae, ob Guntifalui fratris interitum, accessione facta, concreuit. Iam verò Ripacurtiensis Regio (libet enim nonnulla dicere hoc loco de ea) Comitatus nomine circiter Annum Chr. CC ∞ XIII. appellata cernitur, sub Bernardo Comite, Aragonensis Comitis genero. Cui Athonem fratrem, quem aliquando, Comitem, & Episcopum nominatum, legimus, successisse constat. Huic verò Raimundum, ex fratre nepotem; scilicet Bernardi, primi Comitis, filium. Raimundo autem, filiū Vulfredum. Atq. eo sine liberis decedente, Isarnus I. frater, Ripacurtiensi Comitatu praefectus est. Ipsi verò Isarno I. filius Isarnus itidem II. ex non iusto matrimonio natus, successit. Isarno autem II. Gulielmus filius. Quos omnes Ripacurtienses Comites quandoq. Francorum Regibus, quandoq. etiam & nostris paruiffe fertur. Tandem Gulielmo Comiti Rex Sanctius Maior Comitatum arripuit: Guntifaluoq. filio simul cum ditione Suprarbensi donauit. Isq. Guntifaluus Suprarbensem, & Ripacurtiensem Regis sibi nomen adsciuit. Huius igitur Sanctij Maioris obitu, Pòpelonē se Regnū ab Aragonensi, & Suprarbiēsi Regnis primūm disiungi cœptum est

ptum est: cum ab Innico Arista ea vsq. tempora semper copulata existissent. Postea verò saepius & seiuncta, & subiuncta fuisse demonstrabimus. At Sanctius iste Rex, Imperator dictus, eam maiestatis, ac potentiae amplitudinem consequutus, qua nulla maior, nec aequalis à Gothici Regni euersione in Hispania visa fuerat, Ann. Chr. ∞ XXIII. horum omnium Regnorum fuit potitus; vt Pertusa praeclearus nostri iuris interpres obseruauit. Sic namq. in extremo cuiusdam Priuilegij, dicto anno irrogati, se legisse testatur. *Regnante me in Pampilona; in Aragonia; in Suprarbio; in Ripacurtia; in omni Gasconia; & in Alaua; & in cuncta Castella; in Asturijs; in Leone, siue in Astorgia. Æra MLXI.* Atque dum Gasconiae meminit, fit, vt dicamus, eidem Aquitaniae partem, quae Arista olim patrimonio iure fuit, hereditario obuuisse iure: propterea q. se in omni Gasconia regnare dixisse. Neq. enim ab eo trans Pyrenaeos bella fuisse commissa memoratur. Vnde etiam eruitur, Beneharnenses omnes, qui postea ad Caesaraugustanae urbis liberationem in nostrorum subsidium conuenere, Alfonso nostri Regis uassallos existisse; quòd ad eum, vt conijci potest, hereditario simillimo iure illa pars Aquitaniae peruenisset: quae iam diu à nostrorum Regum desciuit imperio. Ac eandē etiā ob causam in antiquis nostrorū Regum Priuilegijs in Testium Confirmatorū loco tot Aquitanicorum Episcoporum nomina inueniuntur: quippe quia eorum subditij, Regiam curiam assidue sectabantur. Neq. id tantum coniectura pendet, cum Surita Ann. ∞ C LXXXVII. Gastonem, Beneharnensem Vicecomitem, nostro Alfonso Regi II. commemoret ipsam Beneharnensem, & Gasconiae ditionem fidelitatis sacramento, maiorum suorum exempla sequutum, subiecisse. Tandem Sanctius Rex post triginta & tres annos, plus minus, quos regnasse constat, mortuus est A. D. XV. Kal. Nou. An. Chr. ∞ XXXIV. licet alij in annum sequentem ∞ XXXV. illius vitam producant. Eius corpus in Oniensi, siue in sancti Saluatoris Ouetensi Ecclesia, sepultum primūm, deinde à Ferdinando filio ad Diui Isidori Legionense Cœnobium delatum fuit: Imperatricis verò, siue Augustae uxoris, apud nos in Ecclesia Pinnatensi humatum. Fertur enim eandem uiuentem praecipisse, vt suum post mortem corpus in eius ditione sepeliretur, qui ipsius uiuentis famae, atq. honoris praecipuus propugnator, ac fautor existisset: Ranimiro priuigno se etiam in hoc, quantum potuit, gratam exhibendo.

Ranimirus I.

Aragonensium rerum
Ranimirus I. Christianissimus,
Aragonum Rex VI.



RANIMIRVS I. Sanctij Maioris F. Tremuli N. Sãctij II. Pron. Garfiæ I. Abn. Cæsonis Atn. Sextus Aragonum Rex fuit. Nequaquam autem ab eo Aragonum Regum seriem petendam esse, vt vulgò traditur, iam antea demõstrauimus. Plures enim, qui eum antecesserunt, Aragonũ Reges exstitisse constat: licet Ranimirus hic, primus fuerit, qui solius Aragoniæ ditionis imperio, priscis tantum Comitatus finibus constituto, sub Regio nomine potiretur. Qua ratione forsã posset affirmari, eum, primum Aragonum Regem, appellari potuisse. Sed neq. id mihi omnino placet. Quibusdam probari intellexi, quod probabilius videtur, eum propterea, primum Regem Aragonum, appellatum fuisse, non quia primus fuerit Aragonũ Rex, quasi ante eum nulli Aragonum Reges exstitissent: sed quia inclytum Aragonum nomen, ab eo primũ nostris Regibus, & posteris eorum familijs, gentilitium manauit. Ceteros enim Reges, qui eum antecesserunt, post Sanctium Cæsonem, ipso nomine ab Abarca sumpto fuisse sæpius vocatos constat. Vnde fit, vt in veteribus nostrarum rerum monumentis plures Reges Abarcas, tum Sanctios, tum etiam Garfias, inueniamus. Nam ad similitudinem Gothorum Regum, apud quos plures Flauios fuisse, certum est, in cuiusdam Flauij memoriam, qui inter eos habitus fuit clarus, & potens; omnes hi Reges post Abarcam, ab eo se Abarcas Reges nominari voluerunt; à quibus quæ Abarcarum apud nos exstant veteres, illustresq. familiæ, originem duxisse perhibentur. Ab hac itaq. istorum Regum tanta nominum similitudine, tota ea, de qua fatis supra conquesti sumus, & temporum, & rerum confusio orta est. Verũ enim uerò Ranimirus hic Rex, deposito eo Abarcæ nomine, primus illustre nomen Aragonum, in posteros gentilitium induxit, D. Ranimirusq. Aragonius vocitari cœpit: quam con-

quam consuetudinem quotquot post eum sequuti sunt Reges nostri vsq. ad Catholicum Regem Ferdinandum seruauerunt. Quo pacto credibilius est, potuisse eum à scriptoribus, primum Aragonum Regem, appellari. Sed iam posthac fas erit, vt ab hac eorum sententia, tamquàm futili, & commentitia, discedamus. Hic igitur Ranimirus Rex in Guntifalui fratris, à Ramoneto de Tomanera, siue, vt alij tradunt, Gafeueñan, Vascone, ad Monclusi pontem interempti, locum cooptatus, Suprarbiensem, ac Ripacurtiensem ditiones adsciuit: indeq. Regnorum Aragonum, Suprarbij, ac Ripacurtiæ imperio simul potitus fuit. Gisbergam, quam alij Gilbigam, Bernardi Rogerij Comitis, & Brisindæ, seu Garfindæ Comitissæ vxoris filiam, in matrimonium duxit, nimicæ pulchritudinis feminam, vt testatur idem Rex in istius Syngraphæ initio. *Anno incarnationis ∞XXXVI. xxij. Augusti, Luna xxxv. Ego 1036 Ranimirus, proles Sanctionis Regis, accipio vxorẽ Gisbergam, filiam Comitis Bernardi Rogerij, & Comitissæ matris eius Garfindæ: quam dederunt mihi Ricardus, Episcopus Vigorritana ciuitatis; & Proconsules Cantanenses; Garsea Forto; & Gelme Forto, fratres uterini. Et dedi ei sponsalia pro Dote, & Arram, et propter honorem, amorem, & pulchritudinem suam aliquid de hereditate, quam dedit mihi pater meus in territorio Aragonensi.* Nonnulli autem eam, tantum Hermessendam, vocant. Sed Gisbergam, & Ermessendam utroq. nomine vocatam fuisse, ex alijs eiusdem Ranimiri Regis monumentis colligitur, quæ apud sancti Ioannis de Pinna monasterium exstãt: in quibus idem Rex ita se loquentem inducit. *Notum sit, quod quinta feria, mediante Quadragesima, in Mense Março, quando infirmaui in sancto Joanne, & commendauì Deo Sanctiũ filium meum, filium Ermessendæ, quæ vocata est per baptismum Gisberga.* Alia verò consultò omittimus, quia ad nostrum institutum nihil attinent. Ex ea igitur vxore filios duos, ac totidem filias suscepit: filios quidem, Sanctium IIII. Regnorum heredem; ac Garfiam, Aragonensem primũ, postea Iaccensi Ecclesia in Cathedralem suo tempore erecta, Iaccensem quandoq. Episcopum appellatum. Filias verò; Sanctiam, Tolosati; ac Theresiam, Prouinciæ Comitum vxores. Hanc verò Sanctiam, mortuo patre, Comitissam in Atares, quandoq. Comitissam Sanctiam, absolutè vocatam, in priscis monumentis obseruauì. Aliam præterea filiam Vrracam habuit; & filium etiam, Sanctium Ranimiri: cui Ayuariam maternã ditionẽ, necnon &

Ripacurtiam donauit, antiquo Comitatus nomine eidem restituto. Sed eo postea, ut nonnullis placet, sine filijs decedente, Ripacurtiensis ipse Comitatus ad Regium Aragonum diadema reuocatus fuit, ac eidem per plures annos subiunctus. Præterea idem iste Ranimirus Rex Cæsaraugustanenses, & Ilerdenses Maurorum Regulos sibi quotannis tributa soluere coëgit: ac bis signis collatis cum Oscensi Regulo contendens, victor euasit. Fines deinde suos paulatim producendo, Pallarensem ditionem suo adiunxit imperio. His rebus, ac alijs præclare gestis, illustris habitus: illustrior verò iudicatus est, quòd de Sacræ Religionis cultus, cærimoniarumq. instauratione, qua maximè opus erat illis temporibus, curauisset. Ad Iaccam enim Urbem multorum Episcoporum habito Concilio, Ranimiro ipso assidente, Sacra omnia ex Catholicæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sanctionibus instauratione fuere: ipsamq. Iaccetanam Ecclesiam, tunc in Cathedralem erectam, Sanctius Aragonensis Episcopus obtinuit. Vnde qui antea Aragonenses: postea Iaccenses Episcopi appellari cœperunt. Minimè autem erit à nostro instituto alienum hoc loco in medium proferre istius Prouincialis Concilij, ut sanè conijcimus, fragmentum, quod in peruetusto Codice Pinnatenfi antiquis literis exaratum inuenimus. Cuius hoc est exemplum.


De Concilio, quod fecit Ranimirus Rex cum Episcopis, & Abbatibus suis in Sancti Joannis Cænobio.

RESIDENTE glorioso Principe Ranimiro, vnà cū venerabilibus Episcopis: scilicet Sanctio, & Garzia, & Gomefano; & Abbatibus Sancti Joannis Cænobij: scilicet Belasius, & Paternus minor: Residentibus etiam vniuersis fratribus, & Clericis sui Regni in Capitulo prænominati Cænobij, ita Sanctius Aragonensis Episcopus exorsus est loqui. Pro disciplina, & ordine Ecclesiastico, cum diligenti cura, ac prouidentia tractemus, si placet domino nostro Ranimiro Regi, ac Episcopis, Abbatibusq. adstantibus, nec non etiam Monachis, ac vniuersis Clericis, ea quæ ad ordinationis tenorem pertinent iuxta Diuinæ legis præcepta, et Nicænorum Canonum constituta; ac cum adiutorio Domini in omnem æuum mansura solidemus, sicut est prædestinatum, et constitutum ab inclyto Rege Sanctio, totius Hesperia domino. In præsentia Episcoporum subscriptorum: scilicet Sanctij, Episcopi Aragonensis; et Sanctij, Pampilonensis; et Garzia, Najarensis; et Arnulphi, Ripacurtiensis; et Iuliani, Casteliensis; et Pötij, Ouetèsis; et aliorum

& aliorum plurimorum Episcoporum: nomina quorum longum est dicere. Hoc verò est nostræ institutionis decretum: Ut Episcopi Aragonenses ex Monachis præfati cænobij habeantur, & eligantur. Ranimirus Rex stans in medio Concilij dixit: Ego laudo, & corroboro decreta genitoris mei Sanctij, ac huic vestræ definitioni subscribo. Vniuersi Episcopi, ac Abbates simul cum Clericis dixerunt: Laudamus, ac huic subscriptioni nos subscribimus. Hic meo iudicio desiderantur non pauca. Quicumq. futurorum Regum, successorum nostrorum, transgredientes, & deuiantes ab hoc Regali, simul et Pontificali decreto; temptauerit, dissoluere hanc scripturam: in præsentis sæculo Omnipotens Deus, qui est iustus iudex, & Regum Rex, dissoluat, & diuidat Regalem honorem, et potentiam Regni eorum, detq. illud se diligentibus, et timentibus, et nostræ decretæ seruantibus: et in futuro separati à consortio omnium Christianorum, interpellante pro eis beato Joanne Baptista, cum omnibus Sanctis participentur in societate cum Dathan, et Abyron, et Iuda traditore in Inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendij sine fine per æterna sæcula. Amen. Data est sententia VII. Kal. Julij Aer. ∞ LXII.

Ibi autem Aeram pro Anno sumptam fuisse apertè colligitur. Prouinciale enim hoc Conciliū Ann. Chr. ∞ LXII. habitum fuit. 1062
Sequenti verò Ann. ∞ LXIII. ad Gradus arcem A. D. IIX Id. Maij 1063
Ranimirus ipse Rex à Sanctio Castellæ Rege, Ferdinandi fratris filio, proelians interfectus: ac vnà cum vxore in Ecclesia Pinnatenfi sepultus. Ob tantas autem res tam præclare gestas, meritò cum Gregorius VII. Pont. Max. cohonestauit illustri Christianissimi Regis cognomento.

Sanctius III. Aragonum
Rex VII.




SANCTIVS huius nominis III. Ranimiri I. F. Sanctij
I 2 Maioris

Maiores N. Tremuli Pron. Sanctij II. Abn. Garfiæ I. Atn. Cæsonis Trin. Aragonum Rex VII. cum duodeicesimo ætatis anno Regale munus accepisset; postea ditionem suam latè amplificauit. Nec magis rerum gestarū gloria clarus, quàm religione, & pietate insignis fuit. Ad vberes namq. & fertiles regiones expugnandas, quarum Mauri ad planiciem potiebatur, arma conuertens: Balbastrum, olim Burtinam; Beliam, nunc Boleam; Gradum; Loharrim, quam antiquam, vt diximus, Calagurrim Iuliam Nafsicam credimus; Marcuellum; Alquezarem; Lunam; Montionem; plurimaq. alia opida, & castella ab infidelium manibus eripuit: nonnulla condidit: ac plura etiam pia loca construxit. Lunā verò, Gallicolim primùm, deinde mutato nomine Montem maiorem vocatam veteribus quibusdam monumentis inuenio: atq. vt suspicor Gallicolis, ea Arabica vox, idem valebat. Vnde quod eadem nomē est Lunæ, fortasse fuisse ductum, eruditissimus Petrus Ioānes Nunnesius Valentinus obseruauit: vir quidem in vniuersarū artium studijs sciēter versatus, in primisq. politiorū humanitatis, interiorūq. ac reconditarum literarū peritissimus. Nam, vt illius verba exprimā, antiqui Geographi montes, qui celsissimi erant, montes Lunæ vocabāt: quasi tantā esse eorū altitudinē indicantes, vt Lunam prope contingerent. Atq. ita Bet Africae montē, à quo Nilus fluit, Lunæ montem dixerunt. Ad cuius similitudinē, fieri enim id potuit, Arabes, qui indidē traieci, patriā occuparunt, montosæ huic regioni, Lunæ nomen imposuerunt: tametsi non tam mihi excelsi illius colles videntur. Sed tanti viri mentionē intermittere non fuit, quòd ab eo fuerim in Valentina nobili Vrbe, & copiosa, peritissimiq. hominibus, ac liberalissimis studijs affluente, cum puer adhuc essem, & Latinis, & Græcis literis eruditus, ita vt quicquid habeam, id totum ex illius disciplina habeam; iamq. ipse, si qua est huiusce rei ratio ab optimarum artium studijs profecta, eius omnis à me repetere fructum iurè possit. Quem satis vberem cepi præteritis diebus illius de me iudicij, nec vulgaris vigiliarum huiusmodi æstimationis. Verùm, vt ad rem redeam, Sanctius hic Rex, Pompelonensi postea Regno obtento, suisq. Aragonum, Suprarbiæ, & Ripacurtiæ subiuncto, omnium harum ditionum se Regē nominauit. Pompelonenses enim, Sanctio eorum Rege, Garfiæ Regis filio, à Raimundo fratre ad Rotam interfecto, eundem Raimundum è Regni finibus expellentes, ne is regnaret apud eos Rex, qui fraterno Regio sanguine esset pollutus: ad nostrum hunc Sanctium III. Regnum detulerunt. Inde antiqua horum Regnorum

gnorum subiunctio facta fuit, haud diu tamen duratura. Porro hic Sanctius III. Castellari, ad Iberi ripas, arcem fortissimam, non longè à CæsarAugustana Vrbe ædificauit: vt in ea nostris CæsarAugustanenses Mauros infestantibus receptaculum securum patèret. In eius enim Vrbe expugnationem oculos, ac mentem coniecerat. Sed cum obijisset; suum in ea re desiderium explere nequiuit. Osca enim, Vescitaniæ Vrbe, ab eo circumfessa, cum illius mœnia equitans exploraret, à Mauris visus, sagitta latere cõfixo, summa, & illustri gloria, è vita excessit Prid. Non. Iun. Ann. Chr. **∞** XCIV. Quin etiam eundem, quasi alterum Epaminondam 1094 Thebanum, Pinnatensis scriptor, nostriq. ferè omnes historici prodidère, tum deniq. auelli sibi spiculum permisisse, posteaquam rogatione sua, publico consilio, ad filium Petrum Regnò delato, ab eo, & Optimatibus fidem recepit, fore omnes eò acrius, quòd ipse moriebatur, ad obsessæ Vrbe perniciem erupturos: vt in ipso vulnere dolore visus sit, læto animo, cum laude, quòd pro Catholicæ Fidei exaltatione decederet, mortuus esse. Eius corpus, quamdiu Osca capta non fuit, insepultum mansit. Ea verò, Rege filio assidente, deditioem facere coacta, ad Montis Aragonum Cœnobium, quod idem Rex Sanctius construxerat, deductum est: ac tandem in Pinnatensi Ecclesia gentilitio tumulo collocatum. Ex Felicia Regina, quæ Armengolis, & Clementiæ Vrgellensium Comitum filia fuit, tres filios reliquit; Petrum, Alfonso, ac Ranimirum: qui omnes Regiam patris ditionem sunt adepti. At Feliciam, secundam illius vxorem fuisse, apparet. Nam prius quandam illustrem feminam duxit, Beatricem vocatam. Nulla autem ex ea proles remansit. Quendam etiam filium huius Regis, Ferdinandum vocatum, in priscis quibusdam monumentis reperio: nothum tamen eum fuisse. De quo, ac de Felicia Regina, hæc in antiquis Pinnatensium rerum Commentarijs. *Æra M C XXIII. Nou. mense, in Castro Sos, Dominus Petrus Sanchiz, filius Sanctij Ranimiri, fecit cartam conuentionis cum Fredenando suo germano, fusione Domini Regis Sanctij, eorum patris, per cambium de Ripacurtia; quæ fuit data in dote Domine Felicia Regina; & donauit Vielt, cum suis terminis, & Ouano cum suis terminis, sicut terminauerat Rex, quando incipit eum fabricare.* Quàdoquidē autē Regē hūc Sāctiū III. Sanctij Cæsonis trinepotē, scilicet atnepotis filiū, fuisse memorauimus: nō abs re cēfendū erit, si hoc loco sentētiæ nostræ rationē, curabim⁹ reddere, quā promissimus.

Itaq. duo prototypa Priuilegia in Tabulario Sancti Ioannis de Pinna adhuc exstant: in quibus Sanctius hic IIII. Rex Sanctium illum Abarcam Cæsonem, expressè nominat tritauum suum. Ac Prioris quidem Priuilegij exemplum est huiusmodi.




I N N O M I N E Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Hac est Carta, quam facio ego Sanctius, Rex Aragonensium, & Pampelonensium, Deo, & beato Joanni Baptista, de illo Monasterio, quod vocatur Sanctus Jacobus de Ayuar: quod dedit Tritauus meus Sanctius Rex, cognomento Abarca, cum omnibus terminis suis, siluis, aquis, paludibus, ac pascuis, molendinis, cum exitu, & regressu Aer. **Ī XXIII.** Præsidente in Sæcto Joanne Transnuro Abbate, & in Aragone Oriolo Episcopo. Postea domus, & Ecclesia præ nimia vetustate ceciderant: & homines patriæ illius iam per vim terminos abstulerant. Sed Sanctius Rex auus meus, quando ordinem, & regulam beati Benedicti in Sancto Joanne constituit; Deo, & beato Joanni, & domno Paterno Abbati omnia supradicta liberè reddidit. Nunc autem ego Sanctius, Ranimiri Regis filius, Do, & confirmo vobis illum terminum de illo monte de Ayuar: sicut dedit tritauus, & auus meus, & pater meus Ranimirus, per ad illam populationē Sæcti Jacobi: & sicut i Senior Eximino Fortuniones, & Senior Liguar Ennecones, & Sanctio Ennecones meo Merino, me præcipiente, fecerunt. Et insuper addo vobis illud Solanum, quod est super Monasterium vestrum Sancti Jacobi, vsq. ad illo Osqueta, ut vestri populatores faciant ibi suas domos, & egrediantur à Claustris Monasterij, ubi nunc habitant. Et non solum ista supradicta omnia Do, & confirmo vobis, sed etiam Deo volente tantum, quantum possint explicare vestri populatores, tantum habeant terminum in illo monte de Ayuar. Si verò, quod fieri minimè credo, aliquis homo post obitum meū aliquid tortum voluerit facere Monachis Sancti Joannis de his omnibus supradictis causis; sit à Sanctæ Ecclesiæ priuatus communionē, & cum Dathan, Chore, & Abyron; & cū Juda traditore perpetua subiaceant damnationi.

FACTA Carta sub **Æra MC XVIII.**


Īs Cursus. IIII. tempore **Quadragesimæ** in Monasterio Sancti Joannis Baptistæ, Præsidente ibidem Sanctio electo pro Abbate.

E G O autem supradictus Sanctius, misericordia Dei Rex, qui hanc Cartam


Cartam facere iussi, propria manu roborare curauit.



Ego Petrus, eiusdem Regis filius, huic Donationi consentio, & confirmans subscribo.



Alterū verò Priuilegium eidem Monasterio sancti Ioannis decennio post, scilicet **Æra Ī C XXVIII.** ab eodem hoc Sanctio IIII. Rege concessum fuit his verbis.



O B honorem Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Hoc est Priuilegium, quod ego Sanctius, Ranimiri filius Regis, non meis meritis, sed sola Dei miseratione, Aragonensium, & Pampilonensium, seu Montisonis Rex, una cum filio meo Petro, facio ad Monasterium sancti Joannis Baptistæ, quod nuncupatur de Pinna, Aymerico Abbati, eiusq. successoribus, cunctisq. monachis præsentibus, atq. futuris, in eodem loco Deo famulantibus in perpetuum. Digna recordationis Sanctius Rex auus meus, Redemptoris nostri opitulante clementia, deuictis, atq. expulsis Hismahelitarum gentibus à Regni sui finibus, accessus zelo eiusdē Redemptoris, cuius ope triumphans ex inimicis victor exstiterat, statuit Regnum suum à sordibus, & prophanationibus supradictæ gentis penitus emundare, & Ecclesias, monasteriaq. olim ab eisdem diruta renouare. Christiq. seruorum gregem, & beati Benedicti normam per monasteria ordinare. Igitur inter cetera bona voluntatis suæ opera constituit in monasterio sancti Joannis Baptistæ de Pen-na: in quo humata sunt auorum, & pro auorum suorum, meorumq. necnon patris mei, & matris meæ corpora: congregationem monachorum. Qui ut liberè Deo seruire possent, eis libertatis priuilegia dedit. Nam ipsos, successoresq. eorum, & locum cum omnibus monasterijs, & Villis, & alodijs suo iuri pertinentibus, facto priuilegio, secundum Priuilegia Cluniacensis monasterij, ab omni iugo, vel censu Regiæ, vel Episcopalis, vel alicuius Ecclesiasticæ, vel Sæcularis potestatis, auctoritate Regali fauete, & annuete Mantio Aragonensi Episcopo, necnon Sanctio Pompelonensi Episcopo, liberos fecit: & eidem loco venerabilem virum Paternum, Abbatem præposuit, soliq. Deo seruire præcepit. Donationes verò præcedentium Regum, Sanctij videlicet aui sui, necnon & Vrracæ Reginæ, scilicet & Garsia patris sui, &


Domna Eximina matris sua, et quicquid idem locus dono, vel comparatione, vel cambio habebat, vel habere videbatur, auctoritate Regia confirmavit, XI. Kal. Maij in Legeresi Monasterio Aera MLXIII. Quod privilegium ipse venerabilis Rex Sanctius manu propria confirmavit, et patri meo veneranda memoria, Ranimiro Regi, ad roborandum tradidit, et ceteris filijs suis, fratribus patris mei, videlicet Fredelando, et Garfia, et Guntifaluo, in conspectu Sanctij Guilielmi Comitis de Guasconia, necnon et Berengarij Comitis de Barchinona corroborari fecit. Et insuper locum predictum ex proprijs bonis in vita sua honorifice locupletavit. Post obitum vero eius, pater meus Ranimirus, non solum patris sui Regis Sanctij decreta inviolabiliter servavit, sed etiam locum hunc donis auxit, mihiq. commendans, ut Privilegia patrum meorum ad tutamen, et nobilitatem eiusdem monasterij facta corroborarem, et dona, qua possem, ibi donarem, iniunxit. Ego vero non immemor preceptorum eius, Deo auxiliante, totis viribus meis adimplere precepta eius curavi, et insuper ab Apostolica Sede corroborari feci. Roma namque ad beatum Papam Alexandrum secundum, eiusdem loci Abbatem venerabilem virum Aquilinum misi, rogans, iam suprafatum monasterium non dedignaretur Apostolico patrocinio munire. Scilicet et hoc defuncto Abbate, videns Ego predictum monasterium a fratre meo venerabili Episcopo Garfia in quibusdam causis affligi, et Privilegia eiusdem Monasterij velle corrumpi: ad confirmanda priora bene acta, Abbatem Sanctium eiusdem monasterij iterum Roma ad beatissimum Papam Gregorium septimum misi, rogans eum, ut ipse benigne predictum locum Apostolica auctoritate, et sua munire, sicut antecessor eius fecerat, ipse facere non dedignaretur. Quod, secundum quod poposceram, ipsi libentissime fecerunt. Sanctio quoque Abbate defuncto, et domno Aymerico Abbate in loco eius posito, cupiens hoc cenobium adeo prorsus munire, et tueri, Apostolicoq. simul, et Regali patrocinio; predictum domnum Aymericum Abbatem Roma ad beatissimum Papam Urbanum misi secundum, obnixè deprecans Paternitatem illius, ut predictum locum in defensione, et patrocinio beatorum Apostolorum Petri, et Pauli susciperet, et Privilegiū tale eidē loco cōferre dignaretur, quo a rapacitate malorū hominū, vel ab inuāsiōne Episcoporum, necnon a praiudicio Cardinalium, et Archiepiscoporum, seu a dominatione mala succedentū Regū locus eisdem tueri, aut defendi possit: et ut Abbas eiusdē loci liberè ipse, et sui ad Sedē Romanā in omnibus causis, et iudicijs Ecclesiasticis, vel secularibus, necnon et in ordinationibus Abbatum possint se reclamari. Qui beatissimus pater Pa-

ter Papa Urbanus, audita mea humilitatis petitione, credo non meis meritis, sed sancti Joannis gratia commotus, locum hunc in Apostolica suscepit protectione: datoq. libertatis Privilegio, Apostolico patrocinio munivit. Nunc igitur ego humillimus servorum Dei servus, non meo merito, sed dono Dei Rex Sanctius, locum sancti Joannis Baptista de Pinna tantis auctoritatibus munitum, Regijs, ac Apostolicis decoratum Privilegijs, hac mea presente auctoritate corroboro. Do, Cōcedo, et Cōfirmo Abbati Aymerico, et monachis sub eo, vel successoribus suis Deo militantibus, tali precepta, et Privilegia, et decreta, et libertates, qualia habet Cluniacense monasterium, de cuius sanctissimo fonte ordo beati Benedicti in hoc loco prius manavit. Do, concedo, et confirmo eis etiam monasteria, et Ecclesias parochianas, necnon et villas, et cellas, et molendina, et silvas, et omnia alodia magna, vel parva, quanta, vel qualiacumq. sanctus Joannes, vel sui monachi ab antiquis Regibus, seu a modernis, vel ab Episcopis, vel a militibus, vel a rusticis, vel a quibuscumq. personis, dono, vel cōparatione, vel cambio adquisivit, vel habere videtur, vel visus est, nisi hoc quia Abbates, vel monachi eiusdem loci iuste, aut legitime dimiserunt, vel camiauerunt Regio iussu: ut sicut Cluniacenses sunt liberi ab omni iugo humana servitutis, ita et isti sint, tantummodo servantes debitam reverentiam Apostolicæ Sedi: ut liberi, et expediti valeant exorare misericordiam Dei pro stabilitate sanctæ Dei Ecclesiæ, et pro quiete Regni mei, necnon, et pro suorū, totiusq. populi excessibus. Ut autem de libertate predicti loci omnis amputetur contentio; monasteria, qua idem locus adquisivit temporibus prateritis, nominatim expressi in hoc mea auctoritatis Privilegio, timens ne per incuriam Abbatum, vel negligentiam monachorum, Privilegia, vel Cartula eidem loco a fidelibus concessa depereant. Ideo hic recapitulando nomina: Primò; idest monasterium sanctæ Cecilie; et monasterium sancti Torquati; et monasterium sancti Sebastiani; et monasterium sancti Petri de Fonas; et monasterium de Zerapuz: necnon Ecclesias, et villas, idest Lechinta; et Gisso; et Alastrue; et Martes; et Ena; et Segaral; et Ventayolo: et Legisso; et sancto Petro de Ostias; et sancto Petro de Medianeto; et Acenarbo; et Bortata, Berbues. Has omnes Ecclesias, monasteria, et Villas dedit Rex Sanctius, cognomento Abarca, Tritavus meus, cum omnibus Decimis, et Primitijs, et oblationibus suis, et cum omnibus terminis, silvis, aquis, paludibus, et pascuis suis, et molendinis, cum exitu et regressu. Actum est hoc Æra T̄ XXVII. Prasidente in sancto Joanne Transiniro Abbate; et in Aragonē Oriolo Episcopo. Do etiam, concedo, ac cōfirmo, Esu, et monasterium de Naualcum suis Villis; idest Larrota, Aranella; et cum omnibus

omnibus Alodijs, & montibus, & Pardinis, & Ecclesijs, cum decimis, & primitijs, & oblationibus suis, & cum omnibus suis omnino rebus, quas habebit, vel habere videbitur; & sancta Maria de Botia cum tota villa; & monasterium sancti Martini de Pacopadina; & monasterium sancti Clementis; & monasterium sancti Saluatoris de Puyo; & Villas, et Ecclesias, idest Latresas; et Biasuasso; et sancti Fructuosi de Senes; et sancti Juliani de Behos, cum tota villa; et monasterium sancti Urbicij de Galleco; et Villam de Sotue, et Votue; et Speciello; Casanoua; et Sacramiana cum Ecclesijs suis. Has omnes Ecclesias, et monasteria, et Villas dederunt Rex Sanctius avus meus, et Regina Domna Maior, cum decimis, et primicijs, et oblationibus suis, et confirmaverunt Er. T̄ LXIII. Presidente in sancto Joanne, Paterno Abbate primo in eodem loco sub regulari ordine degente. Do etiam, concedo, ac confirmo monasterium sancti Martini de Cercito, quem dederat Rex Sanctius ::::: avus meus. Prædictū monasteriū Do, concedo, & confirmo cum suis Ecclesijs, & Villis, & cum decimis, & primicijs, & oblationibus suis, idest Acomuer; & mediā villā de Essun; & medietatē Villæ de Orcentue; & monasterium sancti Christophori de Aurin, cum tota villa; & Palatium de Lares cum tota sua hereditate; & pardinam illā de Siricata; & monasterium Sancti Iusti de Valle; & monasterium sancti Petri de Tossa; & Ecclesiam sancti Laurentij de Cornas; & monasterium sancti Martini de Cella, cū omnibus villis, & decimis suis; & Ecclesiā sancti Philippi de Larbess; iuxta Faulū monasteriū; et monasteriū sanctæ Eufemia de Beral; et monasteriū sancti Juliani, quod dicitur Aspiella, cū omnibus ad se pertinentibus; et monasterium sancti Angeli de Jarne; et monasteriū sancti Saluatoris de Serue ad elemosinā cū terris, et vineis, cultis, et incultis, et siue molendinum cum aquis, egressus, et regressus vsq. ad fontem aquæ; et sanctum Saluatorem de Sorripas cum omni sua hereditate; et Vescos de Gorga; et Larue, cum Ecclesia de sancta Eulalia de Pequera, cum omnibus suis pertinentijs, et sancta Maria de sporreto cū tota villa; et Ecclesiā sancti Petri de Az. aō cū tota villa; et Ecclesiā de Montañano cum tota villa; et Ecclesiam Verrallanilla cū tota villa; et Ecclesiā de Ortolocū tota villa; et Ecclesiam de Ardans; et Ecclesiā None; et Ecclesiā sanctæ Maria de Ballatā. Has omnes Ecclesias, et monasteria, et villas cū omnibus Ecclesijs suis Do, concedo, ac etiam firmo cum omnibus decimis, primitijs, et oblationibus suis. Ego verò præfatus Sanctius Rex his auctoritatibus patris mei Ranimiri Regis, et matris meæ Domnæ Ermiffenda, de meo addo, Dono, et cōcedo villam de Laro sa; & palatium de Ayerbo cum decimis, & primitijs suis. Do, et concedo, et confirmo monasterium de Borda cum tota sua hereditate. Do, et concedo, ac etiam

etiam confirmo Donationes Regum, Privilegia Episcoporum, Auctoritates Romanorum Pontificum, Cartulas, vel Inuestituras Militum, seu virorum, ac mulierum qui suas oblationes Deo, & sancto Joanni obtulerunt: qualia sunt; sancta Tecla de Banaston; & Ecclesiam parrochianam de Banaston; & Ecclesiam de Nagal; & monasterium sanctæ Maria de Ballarun cum villula, quæ dicitur sancti Juliani; & sanctum Pelagium de Gauin; & Ecclesiam de Orant; & Ecclesiam parrochianam sanctæ Crucis; & sanctum Martinum de Botayola; & sanctum Bartholomæum de Beral cum suis hereditatibus; & sanctum Petrum de Vagilo cum tota parrochia, & cum tota sua hereditate; & sanctam Mariam de Viscara; & Ecclesiam de Mortanya; & Ecclesiam de Suañillo cum tota villa; & Ecclesiam sancti Bartholomæi ibidē. Has omnes Ecclesias, & monasteria Dono, cōcedo, ac etiā confirmo Deo, & beato Joanni Baptista cū omnibus decimis, & primitijs, & oblationibus suis, & cum omnibus terminis, sylvis, aquis, paludibus, pascuis, molendinis, cum exitu, & regressu. Omnia verò Alodia quacumq. habuit sanctus Joannes, vel sua monasteria, & quæ in hoc præfenti die habere videtur, vel quæ meo in tempore iniuste perdidit; iuste repetat, & deinceps sine aliqua violentia, & perturbatione perpetuum possideat. Iniungo quoq. filijs, & nepotibus meis, ac propinquis, omnibusq. fidelibus Regibus mihi succedentibus, ut hac nostra decreta, intemerata studeant conservare, et ex proprijs bonis locum hunc venerandum servare studeant; et servos Dei, ibi Deo famulantes, sustentare non differant: quatenus pro cōservatione nostrorum decretorū, et pro erogatione suorū bonorū, intercedere Beato Joanne Baptista cū omnibus Sāctis, ab aeterno retributore, Iesu Nazareno, suorū valeat impetrare veniā delictorū. Si verò aliqui eorū maligno spiritu superbia inflati, hac Privilegia Apostolica, et Regalia decreta, ausu temerario distrūpere voluerit, & prædictū locū, monachosq. ibi Deo famulantes inquietare præsumpserit; Deus iudex iustus, qui iustitiā intēporaliter diligit, præsumptores diiudicet: cōservatibus autē pax, et benedictio à Deo, Patre, et filio eius Iesu Christo Nazareno, et Spiritu Sancto sit. Ut autē hoc meum Privilegium per cuncta sæcula firmum habeant, manu propria firmavi, & filio meo Petro ad roborandum tradidi.

SIGNVM Sanctij Regis.




Ego Petrus, prædicti Regis Sanctij filius, hoc Regale præceptum domini, & patris mei laudo, et confirmo, et ex nostra parte manu propria scribo.



Facta

F A C T A Carta Era T C XXVIII. oct. Jd. Maij in sancto Joanne: Anno tertio Pontificatus domini Urbani secundi Papa, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Nonagesimo, Indictione XIII. Regnante Rege Jldefonso in Toletis, & in Castella, & in Galicia. Me autem Rege Sanctio regnante in Aragonia, & in Pampilona: & filio meo Petro in Suprarbi, & in Ripacurtia, & in Monçon. Petrus Episcopus in Jacca. alius Petrus Episcopus in Pampilona. Raimundus Dalmaci Episcopus in Rota, et in Monçon. Post restorationem verò Toletana Ecclesia Bernardus Archiepiscopus primus. Aymericus Abbas in sancto Joanne. Raimundus Abbas in Legerensi Cœnobio. Senior Lop Garcez in Vnecastello, & in Arrosta. Senior Petro Sanchiz in Boltanya, & in Marcuello. Senior Sactio Fredelandez in Atares. Senior Galin Sanz in Sos, & in Arguedas. Senior Enneco Sanz in Montecluso. Senior Eximen Garcez in Buyl. Senior Fortun Sanz in Baylo, & in Liso. Senior Velasco in Arguis. Senior Galindate in Escoron.

E G O Garcias, Scriba Domini mei Regis Sanctij, iussu ipsius, hanc cartam scripsi, & propria manu hoc signum feci.



Itaq. ex his duobus Priuilegijs necessariò concluditur, Regum post Cæsonem à nobis supra traditam feriem, veram esse. Siquidem ex quo Sanctius hic IIII. Rex bis tritauum suum, Sanctium Abarcam Regem, nominauit; necesse est, vt ante Sanctium III. Maiorem, in Concilio Prouinciali, cuius supra meminimus, totius Hesperiaë dominum vocatū, quatuor, quos interposuimus, Reges collocentur. Cùm enim tritauus, idest, tetartauus, quartus sit ab auo, iuxta illud Saturionis parafiti in Plauti Perfa, qui dum suorum edacitatem commemorat: *Numquam, inquit, quisquam meorum maiorum fuit, quin parasitando pauperint se: pater: auus: proauus: abauus: at auus: tritauus: quasi mures semper edere alienum cibum:* nequaquã potuisset Abarca ipse Cæso, istius Sactij IIII. tritauus appellari, nisi omnes, quos diximus, Reges Sanctium hunc antecessissent. Quin & in postremo Priuilegio id clariùs apparet: ne dum enim Sanctius hic IIII. Rex Reges, qui ab ipso Abarca Cæsonem ad eum interpositi fuere, proprijs suis nominibus appellauit, sed & ipforum nominum vim à Plauto expressam, nō iam magna facta mutatione, retinuit. Sed quò ea res planiùs accipiatur, libet hoc loco eos omnes retro

nes retro ad ipsum Cæsonem Abarcam versus numerare. In primis itaq. hic Sanctius IIII. Rex, qui dicta Priuilegia concessit, se sæpius Ranimiri Regis filium, ipsumq. Ramirum, seu Ranimirum Regem, fuisse patrem suum, his nempe vocabulis idem declarantibus, profiteatur. Auum autem suum; Regem Sanctium, idest Sanctium III. Maiorem: quem inter filios suos, quos vocat Fredelandum, (idest Ferdinandum) Garciam, & Guntifaluum Regna sua fuisse partitum explicauimus. Ipsius verò Sanctij III. Maioris patrem; nominauit Garciam: Tremulum nempe, Eximinæ Reginæ maritum. At Sanctium II. quem diximus Abarcam, & Galindum; aui sui auum appellauit, ipsiusq. vxoris Vrracæ Ferdinandi meminit: atq. idem planè fuit, ac si hunc, abauum; Tremulum autem, proauum dixisset. Nec dubito certè, quin dum iterum in eodem Priuilegio in ipsius abauo sui incidit mentionem: ea vox ::::: uus, quæ integra in Archetypo, quod vidi, nō exstat, propterea quod legi non potuerit, adhibuimus eā tot punctis intercifam; abauus, profectò cōtineret. Quis nam autè Sanctius Rex ab hoc Sanctio IIII. auus aui sui dici potuisset, nisi is Sanctius II. quem diuersum à tritauo, Abarcam, & Galindum diximus appellari solitum, statuatur? Et ipse Rex Sanctius IIII. in eodè hoc ipso Priuilegio, tres ante se Reges Sanctios fuisse, apertè docuit: quandoquidem & auum suum, & abauum, atq. ipsum tritauum, Sanctios nominauit. Iam verò quod ab abauo ad tritauum deuenit, Garcia I. Rege atauo intermisso: nihil obstat, cùm suspicari liceat, atauum nulla in beatum Ioannem dona contulisse, fuisseq. ob eam caussam silentio prætermisum. Siquidem eorum tantum Regum memoriam postremo hoc Priuilegio excitandam curauisse apparet, qui de Pinnatenfi Monasterio benemeriti fuerant. Itaq. fit ex his: vt Sanctij istius IIII. Regis, qui priuilegia huiusmodi irrogauit,

tritauus sit; Sanctius I. Cæso, Abarca primus nominatus: qui Totam Vrracam habuit vxorem.

atauus autem; Garcias I. Abarca, ipsius Cæsonis filius; ac Therisæ Galindi Vir.

abauus verò; Sanctius II. Abarca, & Galindi, seu Galindez dictus, Vrracæ Ferdinandi maritus; quem, aui sui auum, nominauit.

proauus autem; Garcias II. Abarca, cognomento Tremulus; quem, aui sui patrem, dixit esse, Eximinæ Reginæ, cuius etiam meminit, Virum.

auusq. Sanctius III. Rex, Cognomento Maior, Imperator dictus.

K pater

pater tandem; ipse Ranimirus.


Quo pacto videmus, quam præclare ea omnia conueniant ijs, quæ mihi supra proposui consequentia. Aeræ verò annotatio sub his signis T̄ XXIII. & T̄ XXVII. duorum Priuilegiorum, quæ proximè intexuimus, dū de Cæfone Abarca mentio fit: quāquā Aeram Millefsimam vicesimam quartam in priori, in posteriori autem Millefsimam vicesimam septimam indicare videatur, quasi eis, vel annis per eas notatis, Cæsonem Abarcam Regem vixisse constet; cum id minimè temporum à nobis traditæ rationi cohæreat: ita accipienda est, quemadmodum paulò ante diximus, vt cum Orioli Episcopi, & Transiniri, seu Transimiri Abbatis coniunctim in ipsis mentio fiat, non Millefsima, sed Noningentefsima Aera, ea T̄ numeri nota, intelligatur, atq. vt Aera pro anno sumatur in ambobus: in quæ tempora ipsum Oriolum Episcopum, & Abbatem Transinirum secundum incidisse, ex quamplurimis Archetypis Priuilegijs colligitur. Ad quam significationem quandoq. istius T̄ figuræ notam reuocandam esse, vt non semper Millefsimum numerum, vt fertur, sed quandoq. Noningentefsimum significare statuamus, docuimus supra varijs argumentis ex ipsa antiquitate, Archetypisq. Priuilegijs petitis. In quibus miræ passim, & penitus difficiles exstant numerorum notæ: cum nedum Latinis, aut Gothicis; sed quandoq. etiam Arabicis characteribus descriptæ legantur. Vnde tota ea, quam nunc cernimus, orta est præcæ nostræ vetustatis confusio. Hæ enim temporum annotationes, quæ alioquin lumen ipsis rebus adhibere debebant; propter varias earum, dissimilesq. formas, obscuritatem, & tenebras attulerunt. Ipsi enim characteres non clari, & aperti, nec eodem semper modo, sed variè, & obscurè descripti sunt: proptereaque aliud alijs significare videntur. Itaq. in eorum declaratione multa obseruanda, quæ non ex alio sensu, quàm ex ipsarum rerum serie, atq. ex varia tantum lectione interdum depromenda sunt: si nolumus antiquas res penitus obrui, & obscurari.

Sed ne instituti mei videar oblitus, propositam

persequar nostrorum Regum narrationem.

Petrus I.

Petrus I. Aragonum
Rex VIII.




PETRVS itaq. I. Sanctij IIII. F. Aragonum Rex octauus, in ipsa Oscæ obsidione patris in locum constitutus, alijs belli laude inferior non fuit. Patre autem viuento, satis constat, fuisse eum ditionum Suprarbiæ, Ripacurtiæ, ac Montionis, sub Regis nomine, potitum diu. Verùm Sactio patre ad Oscam, vt dictum est, interempto, Petrus Rex in ea expugnanda maiori viriù contentione nixus, castra propius Urbē admouit. Cuius diuturnæ obsidionis tædio Oscenses Mauri grauissimè affecti, nec ab ea nostros auertere valètes; omnia, quæ potuerunt, & suorum, & amicorum auxilia etiam, atq. etiã implorarunt. In quorū opē ingētibus Maurorū copijs ad Cæsaraugustā Urbē collectis, ac sub Almozabenio, Cæsaraugustanēsi Regulo, earū ductore, properantibus; Rex Petrus, inuicti animi Princeps, minimè earum multitudine perterritus, quamquā innumerabilis erat, impijs hostibus obuiam procedere non dubitauit. Itaq. cum ad Alcoracensem locū, non longè ab ipsa Oscēsi Vrbe, acies vtrinque conuenissent, postquam acerrimè dimicatum fuit: tandem, quadraginta millibus hostium cæsis, nostrorū verò vix millibus desideratis, A. D. XIV. Kal. Decemb. Ann. Chr. M̄ C̄ CVI. gloriosam nostri victoriam consequuti fuere, ac certè diuinam. Præfens enim Diuinū Numen, beatum nempe Georgium, nostris gentibus affuisse, constanti fama receptum est, ac communi omnium traditione: quæ varijs etiam scriptorum testimonijs comprobatur. Vnde Petrus ipse Rex nedum insignem hanc victoriam, qua nulla clarior in Hispania ad ea vsq. tempora visa fuerat, sed & ipse quoq. victoriæ clara etiam Insignia reportauit. Nam inter opima hostium spolia, à nostris eo prælio capta, quatuor Arabum nigrorū Regum abscisa capita, inuenta fuere, multis pretiosis gemmis ornata: quæ postea, media Cruce rubea ipsius Sancti Georgij in quadrū distributa, ac in scuto argenteo collocata, quemadmodum supra exculpta cernuntur; & sibi,

tur & sibi, & posteris Regibus propria, ac vera manserunt Regij Aragonum Diadematis scutorum, ac militarium vexillorum Insignia. Ea enim quæ ab argentea cælesti Cruce, Innico Aristæ data, petita fuerunt, quamquàm ab eo hæc vsq. tempora nonnulli Reges nostri gestare consueuerunt; minimè habita sunt propria Aragonum Regni ornamenta: cùm tempore Aristæ Regis, quo cæleste id signum apparuit, Aragonia ditio nondum esset Regni nomine decorata. Hæc autem quatuor nigrorum Regum capita, cùm Aragonum Regno iam florente, ab Aragonum Rege assumpta fuerint: semper statuta sunt, vera, ac propria Regij Aragonum Diadematis signa, & trophæa. Quinimmo & quod vocamus, Deputationis Aragonum, siue Deputatorum Regni Sigillum, Diuinum Numen hoc in prælio ostensum, scilicet Beati Georgij effigiem, in se continet: quem inde nobis, ac ipsi Regno Diuum Tutelarem constitutum fuisse, certum est; eandem hæc insignem victoriam in his quoq. rebus indicado. At verò quod hæc, semper fuerint vera, ac propria Aragonum Regni Insignia; sic ille statuit, qui inter præclaros Reges nostros habitus est semper Alfonsus V. Sapiens, & Magnanimus Rex. Is enim Vicecancellarium suum, Valentinum Clauerium, & Hieronymum Clauerium fratres, eorumq. posteros studens, magna aliqua dignitate honestare; in prototypo ipsis eade re Priuilegio irrogato: *Concedimus, inquit, quod illa quatuor capita Maurorum nigrorum cum Cruce rubea, qua pro Insignijs, siue Armis proprijs Regni nostri Aragonum in campo Argenteo tenemus; possitis, & valeatis vos, ac posteris vestri vna cū Armis, & Insignibus vestris in dicto campo Argenteo deferre.* Quod quàm benè quadret nostræ supra traditæ sententiæ, de Aragonum Regni, nominis initio, clarè liquet. Nostris verò (vt ad rem redeamus) huiusmodi prælio deuicto, ad statiuam castra reuocatis, Oscenses citò Urbem dedere. Nam A. D. V. Kal. Decem. eiusdem anni Rex Petrus eam ouans introiuit. Ac, quæ vetus semper consuetudo fuit, maximum illius templum, quod Arabes Mysleydam appellabant, à nefarijs eorum cultibus expiari fecit: in eoq. Oscensi antiqua Sede instaurata, Petrum Iaccensem Episcopum eidem præposuit. Qui deinde Oscensis Episcopus nominari cœpit: licet eum, ac plures illius successores, quandoq. & Oscenses, & Iaccenses simul appellatos cernimus: cùm re vera ante Hispaniæ cladem vna sola Oscensis Ecclesia Cathedralis exstiterit. Aragonenses verò Episcopi, iam inde nominari desierant, postquam sub Rege Ranimiro primo Iaccæ Concilium Prouinciale celebratum fuit: de quo ante diximus.

Sunt qui

Sunt, qui ferant, Christianos Muzarabes Oscæ repertos fuisse: qui in Parrochia Sancti Petri veteris, inclusi, Mauris vectigalia persoluētes, degebant. Eam postea Ecclesiam idem Petrus Rex, Sancti Petri Tomerienfis illustri ad Galliam cœnobio attribuit: in quo, viuentē patre, sacris dicatus egerat vitā frater Ranimirus. Præterea Balbastrum opidum, quod Mauri inter hos bellorum strepitus vindicarant, ab eorum manibus recuperavit; Pontioq. Rotensi Episcopo illius Ecclesiæ contulit: qui deinde Rotensis, ac Balbastrensis Episcopus vocatus est: cùm Ilerda, totius diocesis caput, sub Maurorum iugo adhuc esset. His igitur, alijsq. opidis bello acquisitis, Aragonum Regnum, ac nomen latius patuit: illustriusq. etiam apud exteras gentes, his temporibus haberi cœpit. Rex autem Petrus meritò adeptus fuit amplissimum, Felicis, Pij, Victoris, & Maximi Principis Cognomentum. Duas eum habuisse vxores perhibent: Agnetem, & Bertham; ex qua nullos filios habuit. Ex Agnete verò filium, & filiam. Filium quidem, Petrum: quem Cidi filiam, Domnam Solem vocatam, in matrimonium duxisse proditur: filiam verò, Isabellam, innuptam decessisse. Alium præterea filium, Sanctium, eidem tribuunt: atq. hunc Cidi generum fuisse, alij memorant. Omnestamen viuentē patre obiisse, certum est: Ob eamq. causam, quòd Rex Petrus, progenie orbatus, mortuus esset, Alfonsum fratrem fuisse Regnorum cooptatum heredem. Obijt autem Rex Petrus A. D. IIII. Kal. Octob. Ann. Chr. ∞ CIV. Ad Sancti Ioannis 1104. de Pinna templum sepultus est.

Alfonsus I. Imperator, Bellator, Aragonum Rex VIII.



ALFONSVS I. Bellator, Sāctij IIII. F. Petri I. frater germanus, Alfonsus Sāctij interdū, patronymico nomine, à Sāctio patre vocatus, nonus à Cæsone Abarca Aragonū Rex; nihil à perenni, con-

K 3 testataq.

testataq. maiorum virtute degeneravit. Immo eis omnibus longè bellā-
di gloria antecelluit: vnde sibi illustre Bellatoris cognomentū adsciuit.
Fraterno iure Aragonū, Pompelonæ, Suprarbiæ, ac Ripacurtiæ Re-
gna adeptus est; vxorio autem, Castellæ, & Legionis: summus propter-
eā totius Hispaniæ Imperator dictus. Plurima opida expugnauit: atq.
eō vsq. ferè Aragonum Regni fines, quibus hodie terminatur, protra-
xit. Nam Exeam: nobileq. Tahustium opidum: Turiasonem: Calata-
iubium: Darocam: Ruedam, antiquitus Segontiam: Nertobrigam,
nunc Riclam: Iuliam Celsam: Satinienam: Almudebarem: Zueram,
olim Zufariam: pluraq. alia à Matiris eripiens, Aragonum Regno
subiunxit. Verū quō illud magis auxit, & ornauit: tunc demum fuit,
cū nostram hanc CæsarAugustam, Sedetaniæ Metropolim, amplissi-
mam, potentissimam, & natura, situ, ac pulchritudine ædificiorum no-
bilissimam Urbem expugnauit. Ea enim obtenta, ac vniuersæ Arago-
num ditionis primaria constituta, ipsius Aragonij nominis propaga-
tioni cumulus magnus accessit. Cuius tandem Urbis Quadringentos
ferme annos, à misera nempe Hispaniæ clade ad hæc tempora, Ara-
bes fuerant potiti. Sub quibus, haud liquet, quisnam fuerit ipsius sta-
tus, quæve Christianorum Muzarabum ibi degentium fortuna. Sed
ex quo plures Sanctos Episcopos, inter ipsos fidei hostes, in eadem Ci-
uitate fuisse comperimus commoratos: nostros non valde oppressos
vixisse conijcimus. De hac tamen re, à nullo hæctenus, quem vide-
rim, scripta, & à paucis fortasse intellecta, quæ inuenire potuimus,
nec extra rem nobis prorsus videmur facturi, si ijs, quæ à nobis supe-
rius tradita sunt, hoc loco diligenter annectamus. Quamuis enim ea
ad institutum nostrum non multum pertineant: legentibus speramus
iucunda fore, & cuiusuis antiquitatis nostræ cognitionem nihil huic
nostro proposito labori nocituram. Sexdecim igitur CæsarAugusta-
nensium Maurorum Regulos fuisse obseruauit: quorum nomina, ac
nonnullas res gestas hîc apponendas duxi: ex quibus hanc, quam quæri-
mus, ipsius Urbis, sub eorum iugo, fortunam facilius cognoscemus. Et
licet parumper ab instituto sermone digrediamur, quædam nos
hoc loco repetere opus erit, eorum quæ initio de illius oppressione scri-
psimus. In quibus concinnandis suscepimus magnū laborē: nec frustra
susceptum duceremus, si totum id, quod cupimus, effemus consequuti.
Sed casu nescio quo, adeo huiusce rei series hæctenus apud nos mansit
obscæcata, vt quodcumq. eidem lumen præferatur, minimè sit par-
uipendendum.

Mauri


MAVRI CÆSARAVGVSTANEN-
SES REGVLI XVI.

VT rem ergo à suis initijs ordiamur: ex Rafis, Arabis scripto-
ris, testimonio, quemadmodum supra exposuimus, biennio post Ru-
derici Regis excidium, Ann. nempe Chr. DCCXVI. CæsarAugusta 716
Vrbs in Maurorum venit potestatem. Plures tamen Christiani,
Mauris tributa conferentes, in eadem Vrbe manserunt: qui Muza-
rabes propterea sunt vocati. Duo autē, vt diximus, præcipui Arabum
copiarum ductores, ad CæsarAugustam inuadendam conuenerunt:
scilicet, Muza Abenzuyrius alter: alter verò Tariff Abenzarca. Hi
ab Vlith Alcalifa, summo eorum Rege, ex Africa in Hispaniam tra-
iecti; vel vi, vel dolo totā illā ferè, vt explicauimus, debellarūt. Ea re
confecta, Tariffa in Africam reuocatus est. Muza verò ab eodem
Vlith totius Hispaniæ curationi præpositus, eiusdem, quamdiu vixit,
potitus fuit. Sed eo deinde fati functo, ipsemet Vlith eandem Hi-
spaniæ præfecturam Abdulazizio, Muzæ filio, commisit. Qui Egi-
lonam, Ruderici Regis viduam, vxorem ducens, Hispali sui imperij
sedem collocauit. Is autem Abdulazizius nimirum est, qui Circ.
Ann. Chr. DCCXIX. Abdemelichum Abencatanum misit no- 719
stris, ad speluncam supra memoratam in Vruèle monte prope Iac-
cam conuenientibus, excidium ferre. Qua quidem re licet effecta,
Abdemelichus, ob immaturam Abdulazizij mortem, intestinis suo-
rum bellis distentus, nostros aliquamdiu premere destitit. Vnde
antiqui Suprarbiensis Regni promouendi initium patuit: de quo,
suo loco, satis, superq. dictum est. Post hanc igitur Abdulazizij
mortem, Arabes Hispaniæ domitores, in varias factiones distracti,
paulatim ab Alcaliffæ Vlith imperio secesserunt: cui per sexaginta
ferme annos, ab ipsa nempe Hispaniæ expugnatione, eo vsq. tem-
pore paruerant. Carolo enim Magno, Francorum Rege, cuius fama
virtutis totum ferè orbem compleuerat, Hispaniam transcendente,
Arabes nimio timore perterriti, cū eius aduentu contremiscent;
ad illius potentiam propulsandam, summum sibi Regem in Hispa-
nia adsciuerunt; atq. vt nonnullis placet, in Cordubensi nobili, ac
illustri ciuitate. Vnde ea postea in ipsa Hispania fuit celsissima Re-
giæ Arabicæ dignitatis Sedes. Ciuilibus tamen seditionibus inter eos
subortis, acrius inualescentibus, diuersi Maurorum Reguli excitari cœ-
perunt:

K 4 perunt:

perunt : qui cùm aliàs singulis ditionibus Gubernatores tantùm essent præpositi ; eas deinde sibi sub singulorum Regnorum, etiam paruulorum, nominibus vendicarunt. Cùmq. hi plures, in pluribus siquidem opidis, exstiterint : nos tantùm Cæsaraugustanensium Regulorum seriem hoc loco suscepimus annotandam.


I.
Ibnabala.



PRIMVS itaq. qui Cæsaraugustanensis Regulus vocatus inuenitur, quidam est Ibnabala, siue, vt alijs placet, Ibualarabi. Hunc ferunt, cùm à suis Regno esset expulsus, ipsius Caroli Magni auxilio, cuius opem implorarat, Circ. Annum Chr. DCCLXXIIX. in Cæsaraugustanense Regnum restitutum fuisse. Atq. vt Aemilij verbis vtar; *Cæsaraugusta à Carolo Magno paulisper obsessa, in conditiones descendit, vt Christi famulos concionantes audirent; Ibnabalam reciperent: Regemq. agnoscerent. Duosq. finitimos Reges, Abutaurum, & Deniffesum, qui Ibnabalam domo exegisse in simulabantur, in castra venire cum donis Francus coëgit, & vectigal pacisci.* Ex quibus apertè colligitur, Ibnabalæ Regnum haud valde infestum Cæsaraugustanis Muzarabibus exstitisse: immo quòd illis nimis esset propertius, à suis, infidijs appetitum, ac Regno pulsum fuisse.


Marfilius.

II.
Marfilius.



POST Ibnabalam, Marfilius, siue Masillus Rex, Cæsaraugustæ regnauit. Is siquidem, qui Circ. Ann. DCCCIX. Castellano-809 rum gentibus auxilium præstans, affuit præfens memorando illo in prælio, quo ad Roncam vallem, Bernadi *del* Carpio, ac suorum virtute, potentes illi Francorum heroës, quibus tot fabulæ tribuuntur, deuicti cecidère. In ipsiq. antiquis Canticis, quibus hæc insignis clades apud nos quotidie celebratur, huius Marfilij Regis nomen proditur: quem nimium in ea tunc præstitisse memorant. Eius autem feruntur esse, quæ visuntur hodie complanatae, Dominorum Alfozeæ, iuxta Vicum Sceleratum, domus.


III.
Muza Aben Heazin.



MARSILII successorem in Regno fuisse apparet, Regè Muzam Aben Heazin, siue, vt alij tradunt, Aben Cazin, circ. Annum Chr. DCCCXXX. cuius supra meminimus. Hunc Christianis pa-830 rentibus

rentibus natum ferunt. Postea tamē veram, ac Catholicam Religionē detestatus, Arabicamq. sectam cōplexus, nostris ad Pyrenæa commorantibus acre bellum commouens, eō vsq. perduxit; vt Sanctio, Suprabienfium Regi quarto, & vitæ, & Regni finem intulerit. Vnde apud nos primum Interregnum patuit, ac nostrarum libertatum origo. Sed de his supra. Præter Cæsaraugustanense autem Regnum, plurimarū ciuitatum insignium est potitus. Filium habuit, AbenLope: quem Gubernatorem Toletanæ Vrbi præposuit. Ea enim ciuitas cū à Cordubensis Regis fide defecisset; huius se addixerat imperio. Deniq. Muza Aben Heazin tam amplam ditionem consequutus est, vt Miralmuni nimij Hispanensis superbum apud Arabes cognomentum vsurparet. Eius tempore, Seniore Episcopum, Cæsaraugustæ sedisse circ. Annum Chr. DCCCXXXIX. ex Diui Eulogij testimonio colligitur: qui se ijs temporibus Cæsaraugustam aduentasse refert, & ab eodem Episcopo humaniter exceptū, in ea aliquamdiu stetisse. Vltorius etiā ip-
842 sius Muzæ Regis mētio facta reperitur circ. Ann. Chr. DCCCXLII. Eius verò potentiam nimis extenuatam perhibent.


IIII.
Aben Alfage.



864 **M V Z A E** Aben Heazinio, Rex Aben Alfage successit. Cuius memoria circ. Ann. DCCCLXIII. exstat. Ac fortasse eum, Muzæ filium appellare liceret, vt is sit, quē paulò ante, AbenLope nominatū, diximus, ac Toletanæ gubernationi à patre præfectum. Tamen præter nominis similitudinē, nihil aliud habeo, quod pro certo affirmare possim. Huius Aben Alfage Regis tempore, Helecam, Cæsaraugustanum Episcopum sæpius nominatum comperio. An uerò in ipsa Vrbe sederit, nequaquam inueni. Alfajarinum opidum ab hoc Rege constructū, ab eoq.

ab eoq. ita vocatū, dicto Excellentiss. Domino Archiepiscopo Ferdinādo placuit: itidēq. & Regalē apud nos suburbanā domū, nunc Sancti Officij Inquisitionis ministerio dicatā. Quā non Aljaferiā, vt vulgò, sed potius Alfajeriā vocandā idē Excellentiss. in suis priuatis monumentis tradit, atq. ita in antiquis tabulis nominatā inueniri, & quādoq. litera mutata, Alfaxeriam. Ea quidē, Regia ædes fuit, suburbio amoenissimo loco, deliciarum caussa, & voluptatis, inter ipsos ciuitatis hortos, à Mauris Regibus ædificata. Ex qua vetus, ac constans opinio est, per cauernas magna impēsa fossas, subterraneū occultū quoddā iter, ab eis dē cōstructū fuisse, eō tandem directū, vt ipsi Reges Mauri ab ea suburbana domo subtus terrā ad suos nefarios cultus expiādos occulti, ad suam, quā vocabāt *Mezquitā maiorē*, quæ nobis hodierna die Tēplū maximum est, longo itineris spatio, se possent cōferre. Quod affirmare minimè ausus fuissē, nisi præter hanc vulgare traditionē, plurima hodie huiusce subterranei itineris vestigia in quā plurimis Urbis partibus inuenirentur: quæ opinionē vulgi certiorē faciunt. Aliā etiā excellentiss. Domū in ipsa Vrbe Reges Mauri habuerunt, ad Iberi fluminis ripas constitutā: Azudā, Arabicè nominatā: quæ postea Conuētui Sancti Ioannis Hierosolymitani à Christianis Regibus tradita est, nuncq. sub Sancti Ioannis *de los Panetes* vulgari nomine appellata cernitur. Itaq. Alfaxeriæ Regalis domus structura huic Aben Alfagio Regi tribuitur. Quē arbitrò ab Archiepiscopo Toletano, Abohaget, paululūm cōciso nomine, nūcupari: cū à nōnullis, Abenalfaget etiā vocaretur.


V.
Aben Haya.



A B E N Alfagio Regi in Cæsaraugustanēsi Regno successisse perhibent Regem Aben Hayam, aliter Hieyam, vulgò *Abenayre*, siue

904 siue *Benayre* vocatum. Cuius vetustior memoria exstat Circ. Ann.
 912 Chr. DCCCIII. nouissima verò Circ. Ann. Chr. DCCCXII.
 quo Ramiro, Legionensi Regi, subdititiis factus, tributa ei quotan-
 nis pendere coactus fuit. Id verò Abderrahmen, siue, vt alijs placet,
 Abdarraghman Almançor, summus Arabum in Hispania Rex, ni-
 miū ægrè ferens, è Corduba, sui imperij sede, magno comparato exer-
 citu, contra hunc Aben Hayam, Cæsaraugustam Urbem ingressus, nō
 solū eundem ad suam potestatem reduxit, verū ambo ipsi Reges, in-
 gentes acies bellicas aduersus Ramirū ipsum, Legionensem Regē, cōpa-
 rantes, eius ditionem inuasit. Legionensis verò Ramirus, ipsis ob-
 uiam procedens, cū ad Septimācas ex vtraq. parte acies conuenissent,
 postquā diu, multumq. pugnatum fuit; Ramirus tandem insignem
 victoriā reportauit: Cordubē si quidem Rege fugam arripiente, Aben
 Haya autem hoc, viuo ad Ramiri potestatem captiuo delato. Cuius nul-
 lam aliam mentionē factam inueni: hanc verò ad Septimācas pugna
 938 Ann. Chr. DCCCXXXVIII. commissam fuisse.


VI.
Mudyr.



POST Aben Hayam regnauit filius Mudyr, vt in quibusdam
 priuatis monumentis annotatum vidi. Viuente verò patre, an eo mor-
 tuo, vel quo anno Regnum obtinuerit, incertum est. Sūt, qui asserant,
 istius Mudyrj filium fuisse, Yram Almundafarem; quem aliquamdiu
 Regno potitum constat: sed interpositis prius duobus, qui sequuntur.
 Etenim cū Cæsaraugustana Ciuitas his tēporibus tota ciuilibus bel-
 lis flagraret, ex ipsorum Arabum dissensionibus ortis; Yra illius domi-
 natu pulsus dicitur, quòd fuisset paruulus relictus à patre: ac fortasse ni-
 si fuisset postea per Castellæ Regem, ac Rudericum Biuarium, quem
 Cidum


Cidum appellauēre, vt explicabimus, restitutus; omnino desertus, atq.
 eiectus mansisset, Sed iam de his dicēdi locus erit, cū de duobus Re-
 gulis, qui hoc interim spatio regnarūt, dixerimus. Neq. verò de eo, qui
 huic Mudyrjo continenter successit, memoriæ proditum est, vt Re-
 gulo, ante Annum Chr. ∞ III. Quinimmo in hæc tempora Cæsaraugustam diu Rege caruisse apparet.

VII.
Imundar.



SE D eo Anno ∞ III. Imundaris, Cæsaraugustanensis Regu- 1003
 li, alicubi mentio facta reperitur. Fertur enim eius ope, Abderrahame-
 num Almortadam Cordubense Regnum inuasisse, protinusq. ab eo
 fuisse pulsum.


VIII.
Almugdabyr.



IMVNDARIS successor proditur, quidam Almugdabyr;
 siue, vt alibi legitur, Almugdadyr. Quē Cæsaraugustæ regnasse Ann.
 Chr. ∞ XXXVI. sat liquet ex cuiusdā Senioris Athonis Garfeanes, & 1036
 L vxoris

vxoris Domnæ Blasquitæ membranula, quã legi: Fuit enim facta Carta illa, vt in ea notatur, *Aera T̄ LXXIII. Regnante in Zaragoza Al-
mugdadyr.* Tum & illius clara exstat memoria Circ. Annum Chr. 1045
 1045 ☉ XLV. Sed ea clarior, quòd eum, primum fuisse, proditur ex omnibus Regulis Cæsaraugustanensibus, qui nostris Aragonū Regibus tributa pensitarūt. Nã Circ. Ann. Chr. ☉ LIV. nostri Regis, Ranimiri
 1054 primi, cuius supra meminimus, subdititius, siue, vt nunc loquimur, *vassallus*, factus fuit: atq. vt priscis illis sæculis loquebantur, *mez quinus*. Et hoc mirificè conuenit, vt eius tempore Paternus, Cæsaraugustanus Episcopus, in ipsa Vrbe quietè sedere posset, ac de sui Cleri consensu Ecclesiam Sanctarum Massarum, nunc Diuæ Encratis vocatam, nouæ Iaccensi Ecclesiæ contribuere. Paternus enim, Cæsaraugustanus Episcopus de suorum Clericorum voluntate in Concilio Prouinciali ad Iaccam Urbem his temporibus, Ann. scilicet ☉ LXII. sub dicto Rege Ranimiro, celebrato, eandem Ecclesiam Iaccensi tunc erectæ contributam voluit. Qua de re ita à Gregorio VII. Pont. Max. in Diplomate confirmationis illius, iisdem illis temporibus dato, decretum fuit. *Super hac omnia (inquit) addimus Sanctarum Massarum monasterium, cum redditibus suis, quod à Paterno Cæsaraugustano Episcopo, fauente suo Clero, Iaccensi Ecclesiæ collatum fuisse cognouimus.* Iam vt verisimile sit, quo tempore dictum Concilium indictum fuit, quãdoquidē hic Regulus, nostri Ranimiri Regis vassallus erat; Paternū Episcopū pacatè Cæsaraugustæ degere potuisse, clerumq. siue Ecclesiasticum Ordinem ibidem repertum, suum liberum in ea re consensum præstare. Atq. per id temporis Sanctius Castellæ Rex, Ferdinandi filius, Ranimiri nostri ex fratre nepos, Cæsaraugustam Urbem adortus fuit, eamq. sibi stipendiariam fecit. Neq. diu post Ranimirus Rex vixit. Immo cū ob eam causam Castellano Regi bellum intulisset magnum, & vehemens; improuisò ab illo (qui se aiebat, nisi fuisset ita lacesitus, alioquin certè quieturum fore) ad Gradus arcem oppressus, Ann. quem diximus, Chr. ☉ LXIII. interfectus fuit. At Almugdadyrius hic, ætate longiùs processit. Siquidem Ann. Chr. ☉ LXXIII. qui Aeræ infra notatæ æquè conuenit, eum in antiquis Pinnatensium rerum Commentarijs scriptum est, aduersus Regem nostrum Sanctium III. primi Ranimiri F. cum Sanctio Pompelonensium Rege, illius Garfiæ filio, qui ad Ataporcam interijt, firmissimum hoc fœdus icisse. *Aera T̄ C XI. VIII. Kal. Julij Sanctius Pompelonensiu Rex, & Almutadyr Vile* (namq. hoc illi nomē imponitur)
 die quo

die quo facta fuit concambiatio Castrorum de Caparroso &: Iurauerunt concordiam firmissimam. Conuenit enim Almutadyr dare Regi Sanctio 1200. mancussos auri vel argenti: ita quod si vult argentum; accipiat septem Solidos monetæ Cæsaraugustæ pro mancusso. Conuenit autem Rex Sanctio, mittere Carta ad Sanctio Ranimiriz, vt se, & omnes suos declinare faciat ad terra de Oscha, & reuerti in suam terram, & vt non faciat damnum in partes Cæsaraugustæ. Et si noluerit se leuare Sanctius Ranimiriz de terra de Almutadyr: statim caualget Sanctius Rex cum toto suo potere super Sanctio Ranimiriz, ad faciendum damnum in sua terra: & inter ambos donent ei alfechna; sicut in ligamentos primos scriptum est. Idem si Almutadyr necesse habuerit adiutorium, & requisierit suum amicum Regem Sanctium: ipsemet per suum corpus cum suis Baronibus ei adiuuet. Et si tantum voluerit Baronibus; det ei quantos Almutadyr voluerit, & donec sint in seruicio, & caualcata de Almutadyr: pro vnoquoque die donet, sicut solitum est dare Baronibus de Castella, aut de Barchinona. Et statim quãdo fuerit tornatus de caualcata, & venerit ad Tutela; statim acceptis de Rege Sanctio placitis Hostaticis, pergat cum eo in vnum super Castellis capiendos, quos tenet Sanctio Ranimiriz, fortiatos Regi Sanctio Garfiæ: & faciant eos reddere; & semper inuicem se adiuuent, tam super Christianos, quam super Mozlemes. Furo ego Almutadyr Vile per Deum, qui fecit calum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, & per legem, quam tenent Mozlemes, & per omnes Iuras, quas omnes gentes in Deo iurant; me non esse mentitum in nullo huius præscripti fœderis. Quod si mentitus fuero in aliquo: perdam sensum, & intellectum mentis meæ, & carens legem gentis meæ cum ira Dei altissimi vadam ad Mecha: & non inde reuertar. Enneco scriba Regis notauit. Istius autem fœderis alibi factã mentionem non inuenio. Neq. ex Archetypo me illa deprompsisse affirmare possum: sed ex priuatis quibusdam, quæ dudum comperi, monumentis. Iccirco integrum erit cuius, quam sibi placuerit, fidem adhibere. De hoc autem Almugdadyrio, ad cuius vitam, & Regnum comprobandum hæc attuli, nequaquam accepi plura, quæ obseruem. Illud iam differre nequeo, quod paulò ante proposui: nimirum non continenter, sed interruptè fuisse Cæsaraugustanensi Regno tot annos potitum.




Y R A enim Almūdafar, Mudyris filius, quē retulimus fuisse, mortuo patre, ob ciuiles suorū seditiones, quibus ardebat tūc ciuitas, Regno 1063 spoliatum; dicto Ann. ∞ LXIII. atq. eo exeunte, Cæsaraugustanensis Regulus vocatus inuenitur. Cūmq. per idem tempus, seu nō multō ante, Castellæ Rex Sanctius Cæsaraugustam Urbem inuasisset, eamq. sibi fecisset vectigalē: fit inde, vt credibile sit, in hac rerū mutatione dominorum etiam mutationem fuisse; atq. vt iste Yra Almundafar tunc, ipsius Regis Castellani opera, vnde eiectus fuerat, Rex restitueretur. Neq. tamen diu potuit ipsa Vrbe frui. Nam simulatq. Castellanus Rex ab ea pedem discessit; illum Vrbe pepulit Almugtadyrius: & vsq. ad illud saltē tempus tenuit illā, quo fidem suam cōtra nostrū Regem Sanctium III. Ranimiri I. F. cum Sanctio Rege Pompelonensiū deuinxit: vt à me paulò est ante dictū. Postea verò Almugtadyrio mortuo (neq. enim longiùs, quàm ad dictū facti fœderis annum illius vitam productā puto) hic Yra Almundafar amissam Regni possessionē recuperavit: in eaq. constitit, quamdiu vixit. Iamq. Ann. Chr. ∞ LXXVI. 1076 cū illius Urbis quietē potiretur, Raimundū, Garfiæ Nauarræ Regis filiū, fraterno sanguine pollutū, in ea exstorem excepit: in qua Raimundus ipse miserè vixit, & obiit. Neptē reliquit Marchesiā; quæ cuidā Azenario Lupi, primario viro, nupta fuit. Sanctius autē III. noster Rex, à Pompelonensibus inter eā vocatus, Nauarræ tunc, vt memorauimus, Regnū obtinuit. Rursus Almūdafar ē hūc Regulū, cū Ruderico Biuario, Cido cognominate, magna amicitia fuisse coniuctū perhibent. In illo autē, de quo ante dixi, Castellani Regis ad Cæsaraugustā Urbē aduētū, gratiā huiusmodi inter eos in itā cōiugio. Etenim Cidū ipsum illius itineris, ac Castellani Regis cōsiliorū omnium socium, & adiutorē fuisse

fuisse prisca nostra monumēta testātur; sæpiusq. Cæsaraugustæ, Regnante hoc Regulo, cum eo stetit. Demū ipse Cidus hoc maximū de dit sui amoris signū, quòd cū Almundafar iste duo Regna, quorum potiebatur, Cæsaraugustæ scilicet, ac Deniæ, inter duos filios, quos suscepit, Zulemā, & Aben Alfagium moribundus partiretur, Zulemæ quidē maiori, Cæsaraugustæ Regnū relinquendo, Deniæ verò, Aben Alfagio; ob eamq. causam, Almundafare mortuo, grauissimæ inter filios suborirentur dissensiones, ac bella: tandem sua industria effecit, vt fraternis his dissensionibus compositis, quæ pater iusserat, ab ipsis filiis rata haberentur. Vnde Zulemæ Cæsaraugustanense Regnum liberum mansit: Aben Alfagio autem, Deniæ.

X.


Zulema.



Z V L E M A M autem in Cæsaraugusta regnasse constat Circ. 1081 Annum Chr. ∞ XXCI. Cidumq. frequenter eius tempore, vt fecerat viuente patre, eandem ipsam aduentasse Urbem.

XI.

Hamen Aben Huth.




I P S I verò Zulemæ, filius successit Hamen Aben Huth Circ.

L 3 Annum


1083 Annū Chr. ∞ XXCIII. Qui Abubacaris, Valentiae Gubernatoris, filiam, uxorem duxit. Verū non diu regnavit.

XII.
Iuceph Aben Huth.



1088 NAM Circ. Annum Chr. ∞ XXCIIX. Iuceph Aben Huth, Hamenis filius, Cæsaraugustanensis Regulus nominatus apparet.
1092 Huncaiunt Anno Chr. ∞ XCII. Valentiam Urbem vna cum ipso Cido profectum esse: atq. inde postea reuersum, obijisse.

XIII.
Almozaben.




MORTVO autem Iucepho Ahen Hutho, Cæsaraugustanense Regnū adeptus fuit filius, nomine Almozabenus, siue, vt alij tradūt, Almizahenus, vel Almescahenus: eundēq. esse suspicor, quē nonnulli Hametū Almuzazimū appellantes, in hæc tēpora inducūt. Iā verò certum poni-

tū ponitur, dū Iuceph pater obierat, nōdū hūc eius filiū ē pueris excessisse. Propterea q. cum suorū animos timeret; fuisse ab eodē Cido, qui maiorū amicitia retinebat, Cæsaraugustam delatū, in pacata, & quietā illius possessione constitutum. Neq. verò istius tanti beneficij fuit immemor. Ipsi enim Cido, in Hiayæ postea, Valentini Reguli, amici sui, nefariæ mortis vindictam properanti; præsto fuit, neq. ad eam rem solam, sed & maximo quoq. ad obtinendam ipsam Valentiam Urbem adiumento. Tandem nostrum Regem Petrum ab Osca Urbis obsidione auertere cupiens, cum ingenti ad Cæsaraugustam Urbem Maurorum, vt retulimus, acie collecta, nostris ad Alcoracensem locum obuiam factus esset; nimia suorū clade superatus, au-

fugit Ann. Chr. ∞ XCVI. Nullam verò aliam illius memoriam comperio, præterquam quod ex Alfonso Castellæ Regis historia hunc fuisse, qui Abubacaris Abualhazis filiam, uxorem duxit, colligitur.

1096

XIII.
Abdelmelch.




ALMOZABENIO Regi filium, Abdelmelch vocatum, in Cæsaraugustanensi Regno successisse, nonnullis placet. Breuissimum tamen illius Regnum fuisse liquet.

L 4 Hamat

XV.


Hamat Almuzacayth.



1098 ANNO enim Chr. ∞ XCIIIX. Hamat Almuzacaythus Cæsaragustanensis Regulus nominatus existat. Quem nonnulli, Abdelmelchi filium fuisse, tradunt: Almorabidumq. Arabum potentia, Regno depulsum. Almorabides enim his temporibus contra Almohades sæuissimè irruerant: cumq. grauissimis seditionibus excitatis, aliquamdiu superiores existissent; Almuzacaytho hoc Regulo exacto, quòd ex Almohadum esset factione, Cæsaragustanense sibi Regnum vendicarunt, eidem Duces, siue Gubernatores præficientes: à quibus per aliquot annos, Regali nomine expulso, possessum fuit.

XVI.

Abuhazalen.



TANDEM Abuhazalen vltimus est, qui Cæsaragustanū sub 1110 Regis nomine Regnū obtinuit. Sed ad Valterrā Ann. Chr. ∞ CX. à nostro Rege Alfonso I. cuius hoc loco res gestas conscribendas suscepimus, occisus est. vnde eidē ad Cæsaragustā urbē inuadēdā adit⁹ patuit. Almu-

Almuftaenum interdum, hunc Regulū appellari solitum constat. Sic namq. illius nomen, atq. obitus diem notatum legi in Archetypo quodam Priuilegio ab Vrraca Regina, ipsius Alfonso vxore, Montis Aragonū Ecclesiæ irrogato. *Facta Carta*, inquit, *Era T C XLVIII. anno, quo mortuus est, Almuftabēn super Valterra; & occiderunt eum milites de Aragonē, & de Pampilona, noto die viiii. Kal. April. Regnate Domino nostro Iesu Christo, & sub eius gratia Anfusus, gratia Dei, Imperator de Leone, & Rex totius Hispania, maritus meus.* Anfusi autem nomen pro Aldefonso sæpius usurpatum reperitur. Tres autem sanctos Episcopos in hæc tempora Cæsaragustanæ Ecclesiæ præfuisse in aliquibus priuatis monumentis continetur: Vincentium III. Petrum, ac Bernardum. Sed si eos, his saltem temporibus, sedisse verum est; breuissimis quidem diebus: siquidem vnumquemq. eorum vix singulos annos colligitur, ea dignitate potuisse perfungi. Dum autem Cæsaragusta Mauri hi Reguli, quos memorauimus, potiti sunt Vrbe: pro certo, ac constanti traditur, Confratriam, cuius initio meminimus, Beatæ Mariæ Maioris, & *de Pilari* viguisse: ab ipsis quidem Muzarabibus constitutam: licet nonnullis, vt diximus, altiora videntur illius initia rependa esse.

Hos itaq. annotaui Mauros Cæsaragustanenses Regulos à scriptoribus varijs in locis nominatos. Eorum autem superiores narratiunculas propterea hîc annectendas duxi: vt si non perfecta, adumbrata saltem ratione intelligamus, quæ fuerit Cæsaragustanæ Urbis cōdicio, quamdiu misera seruire eorum iugum à sese depellere nequiuit. Ex huiusce enim rei, penitus obtrusæ, si non perfectione, at conatu tamen, atq. adumbratione, aliqua etiam dignitas his nostris Commentarijs accrescet.

De Mauris Cæsaragustapulsi.

CAESARAVGVSTAM igitur Urbem, Annos ferè Quadringentos seruitute oppressam, Mauritenuère. Ea autem ab illorum manibus, post lōgam nostrorum obsidionem, erepta, atq. Omnipotentis Dei singulari beneficio ad Christianam, veram, & Catholicam Fidem reuocata; fortissimus, ac bellicosissimus Alfonso Rex ipsos

ipfos Moauros penitus contriuit, ac domuit. Per pauci autem nonnulli in quadam Urbis regione manserunt, tributa nostris conferentes, qui propterea *Mudejares* illis sæculis dicti sunt. Ceteri ex ea pulsi, ad diuersa Hispaniæ loca, suæ factionis gentibus subiecta, abierunt. At verò ipse Alfonso Rex cum primùm Urbem introiuit; Mezquitam maiorem, qui priscus semper mos fuit, à nefarijs cultibus purgari fecit, ac in ea Cathedralem Sedem consecrari. Quæ Petro Libranæ, Sanctissimo illius Episcopo iam antea designato, attributa fuit: ob idq. Petrus ad Sedem Apostolicam missus, à Gelasio II. Pont. Max. consecratus. Aljaferiam etiam, siue Alfaxeriam, Regiam suburbanam domum prædictam, idem Alfonso Rex cuidam Berengario (vt legitur) Crassenfi, mihi verò legendum placet, Cistercienfi Abbati, & Monachis donauit, vt in ea Ecclesiã construerent. Deinde inter Cæsaraugustæ expugnatores, Ricos homines scilicet, & alios, qui tantæ rei præsentibus affuerant, eandem pro veteri consuetudine Urbem diuisit. Beneharnenfi enim Vicecomiti, Gastoni Fuxio vocato, Christianorum Muzarabum regionem assignauit: quæ parochiæ, vt diximus, Ecclesiæ beatissimæ Virginis *de Pilari* finibus terminabatur: vbi hodierna die ipsius Vicecomitis Sepulchrum inuisitur. Rothroni verò, Perticarum Comiti, alijsq. primarijs viris, alias Urbis Regiones dedit, in quibus se Seniores appellari consueuerunt. Ac quia aliquibus quarta Urbis pars donata fuit: quandoque propterea nonnullos; Seniores in *Quarton de Caragoça*, hoc sanè loquendi genere, vocatos legimus. Seniorum autem vocabuli significationem, ac quæ eorum, quos Ricos homines appellabant, vis, & potestas, infra explicabimus. Nequaquam autem hoc loco omittendum duximus, quod memoratus Excellentiss. Dominus Archiepiscopus Ferdinandus memoriter narrare solebat, Muzarabes Cæsaraugustanos ab ipso Rege Alfonso, dum de diuidenda Urbe agebatur, suam quoq. partem pro rata portione postulasse: affirmantes, se licet septos, & inclusos, intimam, quam potuerant, Urbi expugnandæ operam præstitisse. Cùmq. ea res fuisset posita in contentione: postquã diu, multumq. tractata, & agitata fuit, ob eam demum, Muzarabibus ipsis pro huiusmodi rata parte, Manlienopidum datum fuisse. Quod se in priscis monumentis legisse affirmabat. His ergo rebus compositis, Alfonso Rex nouæ Urbi Magistratus Urbanos præficiendos curauit: quippe quòd eã nõ militaribus præfidijs muniri solùm, sed consilij ope fulciri, ac Magistratuum dignitate oportebat.

oportebat. Itaq. Prætorem Urbanum ordinariæ caussarum cognitioni præfecit: quem, ipso Arabico nomine retèto, Zalmetinam vocari passus est. Urbis præterea, & annonæ curatores statuit; quos postea Iuratos appellauere. Deniq. ipsam Cæsaraugustam, totius suæ ditionis primariam Urbem, ac caput constituit, publicamq. ac stabilem Iudiciorum sedem. Affluentibus autem vndiq. ingentibus incolarum copijs, ciuilibusq. & criminalibus crebris inter eos quæstionibus, & controuersijs excitatis: ad eas componendas forensis strepitus accedere oportuit. Vnde nostris in pace, & otio iudicia fieri, & exerceri cœperunt, legumq. ac Fororù auctoritate definiri. Quod antea vix licuerat: ex quo illud, *Silent leges inter arma*, est iam diu tritum fermone prouerbiū. Hinc autem sine vlla dubitatione euenit, vt in rerum nostrarum narrationibus, siue antiquis, siue nouis, nullam Magistratus Iustitiæ Aragonum mentionem ante hæc tempora factam, præter illius institutionē, neq. alicuius, qui eum gesserit, nomen, nisi post Mauros dumtaxat Cæsaraugusta pulsos, vt in nostrorum Fastorum Indice conscripsimus, inueniamus. Nam licet plures antea Iustitias Aragonum existisse dubitandum non sit, cùm eius institutio, vt docuimus, ab ipsius Regni initijs pèdeat, ob idq. necessariò aliquos eidem præfuisse, dicèdū est: tamen ante Cæsaraugustam obtentam, nostris, assiduis bellis continuò implicatis, non callido, aut versuto iure, sed militari potius, atq. ex æquo, & bono iudicia fiebant. Illud acre, & seuerum, meritò iam pridem à nostro Foro sublatum, Candentis ferri iudicium, priscis illis temporibus, ad dirimendas ferè omnes iudiciarias controuersias magno in vsu fuisse legimus, & in Ecclesia Sanctæ Christinæ, quam vocant *de summo Portu* tamquàm ad id certo, ac definito loco, aliquãdiu solitum exerceri: quo perquàm breuiter constituebatur quibuscumq. causis, ac litibus finis. Quamobrem eo tempore Magistratus Iudicis Medij forensis auctoritas, & vis vsq. adeo necessaria non fuerat: vel si fortasse aliquando, in oppressorù leuamē adscita, opem tulit, illius certè casus, quæadmodū & multarum aliarum rerum, cognitionem ignoramus; saltem hætenus indagare non potuimus. Huc etiam accedit, quod mihi magis placet, ne de tam longo, vt ita dicam, somno huiusce Magistratus admiremur; eam apud nos olim Ricorum hominum dignitatem fuisse, vt quæcumq. occurrerent, tam in pace, quàm in bello, omnia ab eis transigi necessariò oporteret. Vnde nec mirū, quod hac tam suprema ipsorum dignitate vigente, per plures annos hic Magistratus noster vsu fortasse vllum non habuerit. Ipsi enim Ricis hominibus, continuò Regū consilij

consilijs afsidentibus, libertates nostræ à Regibus violari non poterāt. Postea verò, declinante Ricorum hominum potestate, abscisissq. duobus illis memorandis Vnionis Priuilegijs, ac gliscentibus negotijs; multæ Ricorum hominum facultates in hunc Magistratum congestæ sunt, & eidem sensim plures aliæ concessæ, quæ temporum varietate Regibus, ac Regno visæ sunt ad viuendum quietè opportuniore. Quo pacto paulatim ad eam, quam nunc cernimus, amplitudinis dignitatē ascendit. In priscis autem monumentis, temporibus, de quibus agimus, propinquioribus, qui hunc Magistratum gerebant; passim Iustitiæ in Cæsaraugusta nominati inueniuntur: vel quòd Vrbs, illorum Iudicij sedes stabilita fuerit, vel quòd in eadem frequentius Iustitiæ Aragonū residere cōsueuerint. Quorum posthac singula nomina annotare decreui, dum singulorum Regum facta persequar: licet infra de iisdem Iustitijs separatim à nobis dicendum sit. Ab eo autem tempore, quo apud nos, vt retulimus, bellico modo Iudicia exercebantur; duo illa notissima nostrarum legum principia, ac quasi sedes, & fundamēta, quibus ipsæ nituntur, ducta fuisse non absre conijcere licet. Alterum, vt iisdē verbis vtar, quibus eadē cōstant: ¶ *Quòd in Aragonia omnes testamur iure militari, ac quasi in procinctu, minimè alijs Juris ciuiliis sollēnitatibus expectatis.* Alterū verò: ¶ *Quòd in omnibus Cartæ, id est, publicæ scripturæ standum est, nisi contineat aliquid, quod fieri nequeat, vel sit contra Jus naturale.* Cōmuni enim, siue Ciuili Iuri à nostris legibus in quā plurimis est derogatum. Malè autem prima nostrarum Obseruatiarū, *De equo vulnerato*, inscripta legitur; cum, *Prologus*, tātūm inscribi debuisset. Nam ad docendum, nostras leges minimè recipere interpretationem, quam vocant, extensiuam, immo standum esse, vt dictum est cartæ; ea equi vulnerati similitudo adducta est, qui si nō sit occisus, tametsi vulneratus, iuxta nostras leges non venit emendandus. Vnde ineptè ab ea similitudine, Obseruantiaē titulus sumptus est: sed Prologus tantūm inscribendus, quemadmodum in Codicibus manuscriptis continetur. Atqui apud nostros, his temporibus, nōnullas Gothicas leges in vsu fuisse, argumento est mihi antiqua quædam membranula, quam in Tabulario *de Pilari* hisce verbis conceptam deprehendi.

CONDITOR omnium rerum, Dominus Iesus Christus, Dominus noster, cum in mundi initio cuncta creasset ex nihilo; ex osse viri dormientis, formam fecit mulieris. Ex vno duos faciens, duos vnum esse debere demonstrauit: ipso attestante, qui ait: *Relinquet homo patrem suum, & matrem, &*

trem, & adhærebit uxori suæ: & Erunt duo in carne vna. Quapropter In Dei nomine, Ego Arnaldus de Via, procreandorū filiorū amore, eligo in sponsam, puellā honestā nomine Ermiffenda: & facio ei dotē, & donationē decimæ partis omnium rerū mearū, tām mobiliū, quā immobiliū, quas in presenti habeo, vel in antea Deo annuente acquirere potero: quia in Gothicis legibus cōtinetur: Nō sine dote cōiugium fiat. Si quis hāc dotē, vel donationē violare præsumpserit, nullatenus possit: sed pro sola præsumptione librā vnā auri puri cōponat, & insuper hāc dos, vel donatio firma, & stabilis omnitēpore permaneat.

Quod est factum iij. Non. Sep. Ann. Chr. M C XCVIII.

✠ *Signum Arnaldi de Via, qui hanc dotem facio, & firmo.*

✠ *Signum Bernardi de Forrad.*

✠ *Signum Petri Forbert.*

✠ *Signum Berengarij de Riç, milans.*

Arnaldus sacerdos: qui præscripsit, cum literis supra positis in iij. linea die & anno quo supra. 8

Exstant autem duæ Gothicæ Leges præclaræ, & feueræ lib. 3. tit. 1. *De dispositionibus nuptiarum* latæ: quas hîc libet intexere, vt earum serie perspecta, id, quod proposuimus, confirmemus. Ac ea quidē, quæ sine dote fieri coniugium vetabat, est huiusmodi.

FLS. RCDS REX.

Nē sine dote coniugium fiat, & vt de quibuscumq. rebus dos conscripta fuerit, firmitatem optineat.

NUPTIARVM opus in hoc dinoscitur habere dignitatis nobile decus, si dotaliū scripturarū hoc euidenter præcesserit munus. Nā ubi dos nec data est, nec conscripta; quod testimoniū esse poterit, in hoc cōiugio dignitatē futuram? quando nec coniunctionem celebratam publica roborat dignitas, nec dotolium tabularum hanc comitatur honestas? Proinde cum quisquis aut pro se, aut pro filio, aut etiam proximo suo, coniunctionis copulam appetit: aut de rebus proprijs, aut de Principum dono conlatis, aut de quibuscumq. iustis profligationibus conquistis, iuxta modum legis data, conscribendi dotem habeat potestatem. Quodcumq. autem legitime in dote conscripserit; modis omnibus plenum robur habebit.

M Altera

Altera verò, quæ, vt superior inquit, conscribendæ doti modum definiuit, hæc est.

FLS. CHDS REX.

De quantitate rerum conscribenda dotis.

CVM de dotibus diuersa semper inter nubentes oriatur intentio; plurimorum sit utilitati consultum, si euidentis huius rei institutio nihil ultra relinquat ambiguum. Decernimus igitur, ac legis huius perpetim seruatâ sanctione censemus: vt quicumq. ex Palatij nostri Primatibus, vel Senioribus, gētis Gothorū filiâ, alteriusve cuiuslibet relictâ, seu sibi, seu filio suo poposcerit in coniugio copulandâ, seu quisquis ex predictorū ordine, uxore sibi elegerit expetendâ; nō amplius vnusquisq. in puella, vel mulieris nomine, Dotis titulo conferat, vel conscribat, quam quod decimâ partē rerū suarū esse cōstituerit. Quod si cōtigerit, vt quicūq. parentū pro filio suo, in nurus sua nomine, dotem conscribere debeat: eodem modo de eo, quod eidem filio post obitum parentum suorum in portione euenire poterat, decimam exinde partem per dotis titulum conferat, quod mulier, vel puella nuptijs traditura optineat. Atque insuper decem pueros, decemq. puellas, & caballos xxx, seu in ornamentis, quantum mille solidorum valere summam constiterit; sit illi conscribendi, dandiq. concessa libertas. Ita vt de his omnibus rebus in coniugio mulier assumpta; si non reliquerit filios, facere quod voluerit, liberam se nouerit habere licentiam: aut si intestata discesserit, ad maritum, aut ad propinquos mariti heredes eadem donatio redeat. Nec erit ultra licitum puella parentibus, seu etiam puella, vel mulieri, ab sponso, vel ab sponso parentibus plus quicquā petere, vel in suo nomine conscribendum optare, nisi quantum nunc legis huius institutio continet. Aut si forte, iuxta quod & legibus Romanis recolimus fuisse decretum, tantum puella, vel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi ipsa dari poposcerit. Quod si forsitan prauētus sponsus scripturâ alicuius, vel sacramenti vinculo, nuptiarum tēpore alligetur, amplius se sponsa daturū, quam quod hac lege constat esse permissum; id postea ipse cōuellere, & in iuris sui potestatem reducere, libero potietur arbitrio. Si autē iuramētum reuerentia pavidus, aut, vt a solet, negligentia deditus, quod amplius sponsa dederat, reuocare, aut euacuare noluerit, vel nequiuerit; nō oportebit vnus tepiditate, multis ad futurū dāna nutrirī. Sed dum sponsi parētes, vel propinquitales factū agnouerint; vniuersa, quæ plus, quam supra taxatū est, sponso cōlata sunt, suo iuri, absq. cuiusquā præiudicio, perenniter vindicabunt. Certè si iā vir uxorem habens, transactio

scilicet


scilicet anno, pro dilectione, vel merito coniugalis obsequij, et aliquid donare elegerit; licentiam incunctanter habebit. Nam non aliter infra anni circulum maritus in uxorem, seu mulier in maritum; excepta dote, vt predictum est, aliam donationem conscribere poterint; nisi grauati infirmitate, periculum sibi mortis imminere perspexerint. De ceteris verò, qui nubendi voluntatem habuerint; salubri etiam proposito prouidendum, decernendumq. curauimus: vt qui in rebus omnibus decem millium solidorum dominus esse dinoscitur, ad mille solidos rerum vniuersarum comprobatione habita, in nomine sponsæ suæ, dotem conscribat. Cui autem mille solidorum facultas est; de centum solidis tali de ratione dotem facturus est. Et sic ista constitutio dotalis tituli, ab vltima vsq. ad summam omni controuersia sopita perueniat. Data, & confirmata hæc lex pridie Idus Januarij, Anno felici tertio Regni nostri. In Dei nomine. Tolet.

Sed his omisis iam modò æquum erit, vt veterem nostræ gentis in liberanda patria laudem prope Quingentesimo anno referamus.

De anno, quo Cæsaraugusta Vrbs è Mauris erepta fuit, deq. huiusce Alfonsi Regis, eius liberatoris, interitu.

CVM Q. tantæ molitionis tēpus apud nos certū, atq. exploratū esse deberet; mirandū est etiā, quā multiplex, ac varia confusio, tum ex veterū historicorum scriptis, tum ex Archetypis quoq. Priuilegijs oriatur ea de re. vt meritò quidē quemadmodū & Surita noster suis in Annalibus, sic nos ipsi modò de ea conqueramur. Quidā enim Ann. ∞ C XV. Cæsaraugustā captā perhibent. Alij Ann. ∞ C XVII. Verior tamen eorū sententia eidē Suritæ visa est, qui Ann. ∞ C XIX. eam obtentā tradūt. Nos autem, vt huiusce rei hoc loco certā aliquā rationem adhiberemus, ex Cæsaraugustani Senatus decreto (haud enim aliter fieri licebat) obtinuimus, vt in publico Vrbs Tabulario, siue, quod vulgò vocāt, *Archiuio*, huius facti veritatē inquireremus. Itaq. die XIII. Apr. Ann. ∞ DXXC. vnacū DD. Vincentio Augustino, Andrea Aninionio, ac Iacobo Morlano, primarijs ipsi⁹ Vrbs Iuratis, adstātibus Doctore Ioāne Sora Regēte Cācellariā, Michaële Almazano, Ciuib⁹ Cæsaraugustanis, & Michaële, & Martino Spañol, Secretarijs, in eodē Tabulario inueni, vidi, ac legi Archetypū Priuilegiū, literis

Gothicis membrana exaratum, eidem Vrbi ab hoc Rege Alfonso, statim cum eam adeptus fuit, irrogatum: quod primum est eorum, quæ à nostro Molino in suo Repertorio sub verbo, *Priuilegium*, apponuntur. Cuius exemplum, quod inde sumpsi, hoc loco duxi inferendum. In eo enim planè, & dilucidè notatum est, quo anno capta fuit Cæsaraugusta.



I N D E I N O M I N E, & eius Diuina clementia, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ego **A**ldefonsus Dei gratia Rex, facio hanc Cartam Donationis vobis totos populatores de Zaragoza, qui ibi estis, vel in antea ibi veneritis populare. Dono vobis fueros bonos; quales vos mihi demandastis, quomodo habent illos bonos *Jnsañones* de Aragonie; quòd benè populetis, & finchetis ibi. Et habent fueros *Jnsañones* de Aragonie, qui non tenent Honore de Seniore: quod vadat ad lite campale, & a sitio de Castellum cum pane de tres dies. Et nullus *Jnsañone*, qui ibi non quæserit ire, non habet super illum nullam caloniam, nisi quòd vetet Rex de terra suos mercatos, quòd non ibi comparet, nec vendat; & suos *Alcales*, quòd non illum iudicet. Et illos *Jnsañones* qui habuerunt, & tenuerunt Honore de Seniore, si fuerit reptato; non faciat directum, nisi in illa Honore stando. Istos Fueros dono, & confirmo vobis, quod habeatis, & possideatis saluos, & liberos, vos, & filios vestros, & omnis generatio vestra per sacula cuncta: Salua mea fidelitate, & de omni mea posteritate per sacula saculorum. Amen.


S V N T Testes visores, & auditores de hoc Donatium suprascriptum, Vicecomite Gaston; & Comite de Vigorra; & Comite de Comenge: & Vicecomite de Gabarret: & Episcopo de Lascarre: & Aug. de Miramon; & Arnal de Labedan: & Didacho Lopez: & Latron: & Exemeno Fortungones de Lefet; & Exemeno Fortungon de Punicastro; & Petro Momez; & Almujabut; & Lop Xemenones de Turrilgas; & Lop Sanz de Ogabre; & Chaxal; & Lop Lopiz de Calaforra; & Lop Garcez de Estella; & S. Azennar Azenar; & S. Enneco, Calme; & Lop Garcez Pelegrino; & Petro Xemenel Iustitia; & Galin Sanz de Belgit; & Sago Frtugò Zalmedina; & Castange; & Pere Petit; & Frtugo Lopiz de Ayerbe; & Sancio Ioannes de Osca: & Ato Garcez de Petra felice: et Ferriz de sancta Eulalia: & Ioanne Galez de Andilgon: & Lop Fortūgonos de Albero: et Exemeno Garcez de Rotellare: S. Exemeno: Garcez

Garcez Lobielgo; & Tizon; & Frtungo Ioannes; & Comite Bernardo Ramon; & Belenguer Gombal; & Pere Gazbert; & Pere Miro Dēreça; & Ramon Pere de Hcrille; & Ramon Amat. Et nullos homo, qui istos fueros suprascriptos vos voluerit disrumpere; dirruite illum, vel tota sua caussa intus in Zaragoza, vel foras, ubicumq. inueneritis, & insuper peyter mihi mille morabedinos.


Signum Regis  Adefonsi.

F A C T A Carta Donationis de istos Fueros suprascriptos sub Era **M C L I I I**. in illa Açuda Ciuitatis Zaragoza, in mense Januario, in ipso anno, quando fuit capta prædicta Ciuitas Zaragoza, Regnante me Dei gratia Rex in Aragonie, & in Suprarb siue in Ripacurtia, & in Pampilona, vel in Castella. Episcopus Petrus electus in Zaragoza. Episcopus Stephanus in Osca. Episcopus Raimundus in Rota.

Ego Sanctius de Bue subiussione Domini mei Regis hanc Cartam scripsi, & de mea manu signum fecit.



S. RAIMVNDI COMES.

Sign. Regis Ildefonsi, filius Barcinonensium Comitum, & laudo, & confirmo hoc suprascriptum. 

At verò hæc duo Raimundi Comitum, ac Ildefonsi filij signa in Archetypo statim post signum Adefonsi Regis continentur; ante id quod legitur, *Facta Carta Donationis* & cetera: quasi hi tres Reges huiusmodi Priuilegij concessioni simul affuissent. Quod nequaquam fieri potuit. Vetus autem apud nostros præcos Reges consuetudo fuit, vt cum aliquod Priuilegium ab alio Rege antecessore concessum confirmabant; minimè istius confirmationis nouum Priuilegium, siue scripturam conficerent: sed in ipsomet antiquo, quod laudabāt, suarum Signa Confirmationum apponerēt: aliquando post signum concedētis, vt ibi; aliquando post signum scriptoris, quod frequētius fieri solebat. Id verò minimè intelligentes nonnulli, forsan annuerēt, hos tres Reges simul eo tempore affuisse. Ac ne similis error quempiam offenderet: nos hinc consultò in extremo, post scriptoris signum, Comitum, & filij signa apposuimus: quæ etiam diuersis temporibus, ab eisdem ibidem

adhibita fuisse, intelligendum est. Hæc enim confirmandorum Priuilegiorum formula antiquitus maioribus nostris sufficere videbatur. Ex hoc igitur Priuilegio clarè liquet, Cæsaraugustam Urbem Ann. 1115 ∞ C XV. qui Aeræ ∞ CLIII. in eo appositæ æquè conuenit, ab hoc Rege Alfonso vendicatam fuisse. Illud autem hoc loco est obseruandum, eo tempore, annorum seriem, non à Natali die Christi, quemadmodum postea lege cautum fuit, sed ab Incarnatione apud nos peti consueuisse. Quo pacto illa Alfonsi verba, dum, *in mense Januario*, dixit, *quo anno Vrbs capta fuit*, sunt accipienda. Anni enim ab Incarnatione initium in mense Martio sumi debere, perspicuū est: propterea quod Decembris mens, in quo vrbs capta fuit, ac Ianuarium sequentem, quo dictum Priuilegium Alfonso irrogauit, in eundem prorsus Incarnationis annū incidisse. Ipsius autem Priuilegij fidem aliud quoque graue testimonium confirmat, scilicet Petri Regis III. qui Ann. ∞ CCXXCIII. in Comitibus Cæsaraugustæ habitis, in quibus Generale, quod vocamus, Priuilegium concessum est, dum Cæsaraugustæ Priuilegia à maioribus irrogata, rata haberi voluit, eadem recensendo, istius meminit, illiusque concessione sub eadem Aeræ ∞ CLIII. annotatione supposuit. Vix autem Centum, & septuaginta anni interfuere ab hoc Rege Alfonso ad dictum Petrum III. quem credendum non est in ipsius Priuilegij concessione recitatione aberrasse, cum vtriusque ipsorum Regum tempora quodammodo fuerint propinqua. Itaque quauis in alijs Priuilegijs cõtineatur, Cæsaraugustã Urbem, alio fortasse tẽpore fuisse captã, sanè quidẽ huic à nobis paulò ante inserto stãdũ est, quòd eidẽ Vrbi ab eodẽ Rege, qui eã expugnauit, cõcessum fuerit, ab eoque tempore huc vsque maxima cura, ac diligẽtia in publico illius Tabulario seruatum. Quam nos cõputationẽ in Fastis sequuti sumus, dum Petrum Eximini, primum Iustitiam Aragonum, post Mauros Cæsaraugusta pulsos, sub dicto Ann. ∞ C XV. annotauimus. Priorem enim illius mentionem in eodem ipso Priuilegio inuenimus, inter alios Testes Confirmatores ibidem appositos. Atque hæc de anno, quo Cæsaraugusta Vrbs Maurorum iugum euasit. De die vero, certi nihil habeo, quod possim afferre. Surita, & alij, quarta feria, idest, Mercurij die, decimo octauo Decẽbris, eam fuisse captam tradunt. Sic tamẽ existimo; eo decimo octauo die Decembris, urbem fuisse in ditionẽ redactã: mense autem Ianuario sequenti, Alfonsum Regem, eam primum introiisse; idque quemadmodum hæcenus receptum est, Sacro Epiphaniæ Festo, à quo fortasse liberationis diẽ numerandum duxerunt.

runt. At verò fas erit intexere hoc loco, quæ nuper annotata inueni in vetusta mēbranula, in Tabulario Cæsaraugustani Archiepiscopi recõdita, Gothicis antiquis literis, puluere, ac vetustate corrosis, exarata; sed quæ tamen legi potuerunt: ut alijs, quæ tot exstant, illustre hoc etiam accedat veteris sanctitatis, Augustissimæ, & Religiosissimæ Ecclesiæ, Beatissimæ Virginis Mariæ, quam *de Pilari* vocamus, testimoniu. Cuius Fani tanta fuit, ac nunc est etiã religio, ut cum illuc eamus, nõ ad *Ædem* Virginis, sed ad ipsam Virginẽ videamur proficisci. Ad illud igitur instaurandum, quòd esset ruinosum, his verbis idem, quem nominauimus; Petrus Librana Episcopus vniuersos Christiani Orbis fideles excitabat.

VNIUERSIS mundi Ecclesiæ fidelibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, omnibusque Catholica Fidei cultoribus, Petrus, licet indignus, Cæsaraugustanus Episcopus Salutem, & obedientiam. Diuina fauente clementia, vestrisque precibus, & fortium virorum audacia, Cæsaraugustanam Urbem Christianis manibus subiugari, ac Beata, & Gloriosa Virginis MARIÆ Ecclesiam (quæ diu pròh dolor subiacuit perfidorum Sarracenorum ditioni) liberari satis audiuitis. Quam BEATO, ET ANTIQVO NOMINE SANCTITATIS, AC DIGNITATIS pollere nouistis. Adhuc tamen prioris captiuitatis mœrore confectam, omnibus pæne necessarijs egere sapiatis: tum quia non habent, unde diruti Ecclesiæ præfata parietes, & ornamenta restitui valeant: tum quia Clerici ibidem Diuino famulatu die, nocteque vaccantes, unde viuant, non obtinent. Vestram itaque deprecamur clementiam, quòd si corporali præsentia illam visitare nequitis; saltim eleemosynarum uestrarum oblatione clementer uisitetis, illud Psalmographi recolentes: *Bs, qui intelligit. s. e. & p. i. d. e. m. l. e. d.* Idest, *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem: in die enim mala liberabit eum Dominus.* Prima enim tantummodo sunt singularum uocum elementa notata. Illis uerò, qui præfata Ecclesiæ necessariorum solatio destituta, ac qui sua paupertatis gemitibus condoluerint, & unum denarium, vel quid valeant, ad eius restorationem miserint; Nos eis, Diuina clementia, ac Domini Gelasij Papæ auctoritate freti (exemplar literarum cuius, quas in nostra Ecclesia signatas habemus, in subscripta pagina scriptum inuenietis) atque Domini Bernardi Archipræsulis Toletani, & Sanctæ Romane Ecclesiæ legati, ac omnium Episcoporum Hispaniæ ::::::::::: pœnitentiã remittimus. Alij equidem

M 4 iuxta

iuxta beneficiorum suorum quantitatem, & operum suorum meritum, delictorum suorum consequantur remissionem. Qui hunc nostrum Archidiaconum, nomine Miollandum, & socios suos, presentium literarum latores, benignè susceperint, vel eis consuluerint; à Domino vitam consequantur aeternam. Valete.

G E L. Episcopus seruus seruorum Dei. Exercitui Christianorum Civitatem Casaraugustanam obsidenti, & omnibus Catholicæ Fidei cultoribus Salutem, & Apostolicam benedictionem. Literas deuotionis vestrae inspeximus, & petitioni, quam pro Casaraugustano Electo ad Sedem Apostolicam duxistis, fauorem libenter accommodauimus. Eundem ergo Electum, nostris, tamquam beati Petri, manibus largiente Domino consecratum, remittentes ad vos, Benedictionem vobis Apostolicam visitationis impendimus; aquam Omnipotentis Dei misericordiam implorantes, ut per Sanctorum preces, & merita, opus suum, ad honorem suum, & Ecclesie sue dilatationem, vos faciat operari. Et quoniam & vos ipsos, & vestrae extremis obijcere periculis decreuistis; si quis vestrum, accepta de peccatis suis penitentia, in expeditione hac mortuus fuerit: Nos eum sanctorum meritis, & totius Catholicæ Ecclesie precibus, à suorum vinculis peccatorum absoluiamus. Ceterum qui pro eodem Domini seruitio, vel laborant, vel laborauerint, & qui præfata Urbis Ecclesie, à Sarracenis, & Moabitibus diruta, unde reficiatur, & Clericis ibi Deo famulantibus, unde pascantur, aliquid donant, vel donauerint: secundum laborum suorum, & beneficiorum suorum, Ecclesie impensorum, quantitatem, & Episcoporum arbitrium, in quorum parochijs degunt: penitentiarum suarum remissionem, & indulgentiam consequantur. Data Alesti. 1111. Idus Decembris.

Ego Bernardus, Toletana Sedis Archipræsul, hanc absolutionem facio, & confirmo. Ego Suboschitanus Episcopus hanc absolutionem facio, & confirmo. Ego Sanctius, Calegorritanus Episcopus, hanc absolutionem facio, & confirmo. Ego Guido, Lascurrensis Episcopus, hanc absolutionem facio, & confirmo. Ego Boso, Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalis, hanc absolutionem facio, & confirmo.

V T ad institutum igitur sermonem redeamus: Alfonso Rex, tantæ Urbis ditione acquisita, illustrius, præter ceteros omnes Reges, Aragonum Regnum, ac nomen effecit. Sacro enim hoc bello tam gloriose confecto, ut idem Surita rectè in Indicibus prodit, & finitimorum Maurorum


Maurorum Regum, & longinquorum etiam animi submissi fuere: quos idem Alfonso Rex quamdiu vixit, continuo lacepsit. Nequaquam autem his tantum implicatus prælijs, vitam traduxit: sed uxorijs etiam, ac quædam externis. Nam præter varios bellorum tumultus, quos, dum Vrracæ uxoris incontinentiam reprimere studuit, in Castella, ac Legionem magna cum laude composuit: ad Baionam Urbem expugnandam, quod ab illius imperio, ut suspicor, defecisset, trans Pyrenæos montes magno comparato exercitu processit. In cuius Urbis obsidione, Ann. Chr. **∞ CXXX.** testamentum ab eo conditum perhibent: in eo quia **1130** prole carebat, Ranimirus autem frater sacris initiatus, Monasticæ vitæ institutis erat astrictus; Militaribus Ordinibus Sepulchri, Hospitalis, ac Templi, qui illis sæculis erant illustres, hereditario iure omnia sua Regna donasse. Unde nostris magnæ, ac ingentes rerum turbationes excitatæ sunt. Alfonso autem Rex à Baionæ obsidione inanis rediens, impios hostes perpetuo afflixit. Tandem qui per quadraginta annos assidua bella gerens, unde tricies, collatis signis, cum hostibus dimicarat, ac propterea Pugnacis, & Bellatoris Principis Cognomen adsciebat; derritorio quodam certamine, ad Fragam, antiquam Gallicam Flauiam, siue ut alij tradunt, ad Sarinienæ muros dimicans, occubuit **A.D. VII. Id. Sep. Ann. Chr. ∞ CXXXIII.** licet alij Ann. Chr. **1133 ∞ CXXXIV.** eum obiisse ferunt: quorum sententiæ libentiùs assentior. **1134** Nuper enim in extremo Priuilegio Alfonsi Regis, istius priuilegii, quod in Tabulario Casaraugustanæ Ecclesie asseruatur, notatum inueni. *Facta carta Ær. ∞ CLXII. quo anno mortuus est Aldefonsus Rex Aragonum.* Ea autem Aera posteriori anno conuenit, non autem priori. Inde nostris Tertium Interregnum patuit, non tam diuturnum illud, quam turbulentum, & infedatum. Ipso enim Alfonso Rege deficiente, cum testamento heredes, Regnorum dominatum adire niterentur; eis resistere oportuit, ac Ranimirus Alfonsi fratrem, quamuis Monachum, è religione abstrahere, & ad Regna capeffenda commouere. Nostris enim Regnorum iuri minimè in quoquam à Rege Alfonso præiudicium aliquod inferri potuisse affirmabant. Atque hinc euenit, quod Excellentiss. Archiepiscopus Ferdinandus scitè, quæ admodum alia omnia, assererat: nimirum, ut cum istius Alfonsi Regis corpus nusquam neque viuum, neque mortuum inueniretur; variæ de eo fingerentur fabulæ. Consultò autem à nostris illius cadaver celatum fuisse, ut donec de eo constaret, testamento viribus carente, ex ista maiori temporis productione, nostri ad Regni statum firmandum, & componen-

componendum, meliorem ducerent opportunitatem. Atq. hæc de Alfonso Regis interitu. Iustitiæ autem Aragonum, qui eius tēpore inveniuntur, ij sunt, quos primos in nostris Fastis annotauimus. Petrus Eximini: Sanctius Fortunionis: Sanctius Galindi: Lupus Sanz: & Fortunius Azenarij. De quibus aliàs pluribus. Nunc enim nuda eorum nomina hîc apponenda duximus, vt memoriã tantùm recolamus: licet de eis, ac ceteris omnibus postea agendū sit; atq. eadē hæc ipsa repetenda.

De mirando Beatæ Mariæ del Portillo ad Cæsaraugustam Urbem Miraculo.

QUANDO QUIDEM autem his temporibus, tametsi certam illorum rationem ignoramus, ingens Cæsaraugustenensi Urbem à cælo collatum beneficium proditur, quod non modò cōmuni omnium traditione, verum etiam varijs tēplorum structuris, ac religiosissimo Delubro, tantæ rei consecrato, certissimum semper apud nos habitum fuit: res digna visa est, vt illius hoc loco aliquã mentionē faceremus: ne tantæ gratiæ, ac Diuini fauoris recordatio, aut deleatur obliuione, aut vlla vniquã senectute languescat. Ea siquidem miranda res est, quã ad Beatissimæ Virginis Mariæ, *del Portillo* propterea vocatæ, Sanctissimæ nunc Ecclesiæ locum nostris contigisse proditur. Ipsius verò narrationē Adriani Pont. Max. verbis persequar; vt illius Sanctissimi Pastoris sermone conscripta legatur, ne mei miserrimi homunculi inopi, ac fonti lingua tabefiat. Adrianus itaq. in quibusdam literis Indulgentiarū eidē Ecclesiæ concessis, de hoc celebri miraculo verba faciens, ita subdit. *Olim (inquit) cum Christi fideles Ciuitatē Cæsaraugustanā contra Mauros infideles, Catholica Fidei hostes, qui tunc dictam Ciuitatē occupabant, expugnarent: quadam Imago eiusdē Beatæ Mariæ miraculosē in Ecclesia ipsius Beatæ Mariæ del Portillo Cæsaraugustanē sibus eiusdē Christi fidelibus, dū bellū aduersus eosdē infideles gererēt, apparuit. Cuius visionis fauore, & auxilio, præfati fideles victoriã aduersus eosdē infideles consequuti fuerūt. Et extūc omnipotens Deus, meritis, & intercessione eiusdē Virginis Mariæ, crebra miracula in eadē Ecclesia operari indies dignatus est.* Scio aliter rem hanc in eiusdem Ecclesiæ Tabulis contineri: scilicet, Mauris Cæsaraugustam Urbē, quã nostri iam obtinuerāt, noctu clā inuadere cōtendētibus, quadãq. muri parte ab eis cōquassata, & diruta: Sanctissi-

Sanctissimam Dei Genitricem Mariam, cælesti Angelorum agmine coacerbato, ipsis infidelibus restitisse, ac ne Urbis sibi charissimæ potirentur, illius se præbuisse propugnatricem, ac murum. Propterea nostros mœnium reparandorum negligentiores redditos; firmam, ac saluam Urbem ipsam statuentes, quæ eiusdem Virginis patrocinio munitur. In ipsius verò muri diruptionis loco, quo cæleste signum apparuerat, sacrum ibi templum cōstruxisse, tantæ rei consecratum; quod, nomine inde sumpto, sub Beatæ Mariæ *del Portillo* memoria, celebre nostra hac ætate inuisitur. Alia etiam sacra delubra in eorū dē mœniū cōtinatione ædificasse, eidē Sanctissimæ Virgini dicata: nepe vt, tota Urbe, ipsius templis circumdata, & quasi circumscripta, celebre tantæ rei, ac perpetuum signum exstaret. Siue autem iuxta Adriani narrationem, siue iuxta ipsius Ecclesiæ Tabulas, res ipsa contigerit: quoquomodo ea se res habuerit, Urbē ipsam, Virginis patrocinio liberatam fuisse, certum est. Nos propterea præ ceteris omnibus eidem obsequentissimos, deuotissimosq. esse oporteret: cum non solum in ipsa nascentis Ecclesiæ, Catholicæq. Fidei propagatione, Cæsaraugustam ipsam fecundiori sobole ornatam, primo ex toto Orbe terrarum Templo, sub eius Sacratissimo Beatæ Mariæ *de Pilari* nomine, in ea ædificato, locu pletare dignata fuerit: sed & in ea, quamuis Arabibus subacta, veræ Fidei femine retento, Muzarabes Christianos, piūq. semper cultum cōseruādum curarit: nunc verò se semetipsam ad in fedelium impetū, quasi murum quendam, ac propugnaculum opposuerit. Inde verò, ni fallor, prisca hæc ipsius Cæsaraugustæ Urbis Insignia, sumpta fuere: quæ apposita inueni in vetusto quodã sigillo cereo impendenti: quod in antiquis quibusdam literis in Tabulario Ecclesiæ Beatæ Mariæ *de Pilari* reconditis annotaui. In quibus expressè continebatur, hoc esse Sigillum maius Ciuitatis Cæsaraugustæ. Sed de his fati. Nunc de tertio Interregno.



Tertium Interregnum.

ITA Q. vt eò vnde digressa est, nostra reuertatur oratio, post Alfonso Regis, ad Fragam interitum, Tertium nostris Interregnum datum est. Eo enim sine prole decedente, variæ super Regnorum successio-

successione obeunda ortæ sunt disceptationes. Militares enim Ordines, quibus Alfonso ipse noster Rex testamento Regna legârat, ea sibi propterea hereditario iure obuuisse dicebant. Castellæ autem Rex, nostri Alfonso priuignus, qui Alfonso etiam, ac Imperator vocabatur, Regna sibi auita successione pertinere affirmabat. Nostri verò, ac Nauarrenses, qui simul de cooptando Rege consilia inibant; sibi id munus conuenire asserabant; quod neq. Alfonso testamento, neq. alio quouis modo potuisse tolli affirmabant; nec in quoquam sibi abrogari. Propterea neq. Castellani Regis, nec Militarium Ordinum imperio parendum decreuerunt. Immo ad eligendum sibi Regem properantes, ad antiquam Belsinum, Burgiam nunc Urbem, Comitiam indixerunt. Eo autem tempore Burgiæ dominabatur quidam primarius vir, Petrus Ataresius, qui ceteris omnibus Regnorum fastigio dignior habebatur: tum quòd eis longè potentia antecelleret, tum etiam quòd esset Regali sanguine ortus. Garfiæ enim Infantis, & Theresiæ Caxalis filius erat: Sancti Ranimiri Ripacurtiensis Comitis (quandoquidem ita placet nonnullis) nepos; Ranimiri autem Regis pronepos. Ataresij verò cognomētum sumpserat, ab Ataresia ditione, qua etiam fruebatur: ac quam sub Comitatus nomine antiquitus nominatam legimus. Priscis tamen quibusdam monumentis annotatū inueni, ipsum Sancti Ranimiri, Ripacurtiensem Comitem, prolis expertem obijisse. Siue autem ab eo, siue aliunde fortasse duxerit originē; omnes scriptores consentiunt, Petrum hunc Ataresium Regio esse genitum. Nostri ergò, ac Nauarrenses in ipsis Burgiensibus Comitibus, omnium suffragijs annuentibus, in hoc tandem conueniēre: vt eundem Petrum Ataresium sibi in Regem cooptarent. Cùmq. propterea ad eum legationis munere duos primarios Viros destinassent, Petrum Titonem Cadreytā, ac Pelegrinum Castellezuelum, Regalem munus, ac nomen, pergratum certè nuntium, oblaturos: quæ communis omnium sententia est, Petrus ipse Ataresius adeo se legatis insolentem præbuit, vt omnes in sui odium concitaret: Regnumq. prius amitteret, quàm obtineret. Nostri etenim meritò tam intempestiua superbia stomachati, quos in eum cōiecerant oculos, illico ab eo auertentes; consilijs mutatis, Comitiam ipsa ad Montionis opidum trastrulerunt. Nauarrenses autem à nostris dissidentes, à Burgiæ opido ad Pompelonem Urbem properarunt. Ibi Comitibus habitis, licet varia proposita fuerant consilia, tandem vno omnium ore, Garfiam Ranimiri, Montionis dominum, sibi in Regem cooptandum decreuerunt, clam ad eum propterea legatos mit-

tosmittentes. Is autem Garfias, Sancti Nauarrensis Regis à Raimundo fratre ad Rotam interfecti, nepos erat; Ranimiri scilicet, ipsius Sancti filij, Cidi autem generi, filius; propterea ab omnibus, Garfias Ranimiri vocabatur. Eum Alfonso noster Imperator, qui Cæsar augustam cepit, Montionis opido donârat; ac Mergelinam, Rotonis Perticarū Comitis filiam, & heredē, illi in coniugem dederat. Mōtione autē aderat, tamquàm Aragonēsis Ricus homo, suum in electione Regis faciendâ suffragiū laturus. Atqui dum accepit se à Nauarrensis Regē euocari; clam Montione egressus, in Nauarrā proficiscēs, Popelone Nauarrensis Rex statim salutatus est. Tunc denuo Nauarræ Regnū ab Aragonū ditione seiunctū fuit. Diuturnior verò, quàm ceteræ omnes, hæc exstitit huiusmodi Regnorū seiunctio. Nostri, ea re comperta, imminētia timentes pericula, accelerandum rati, ne externo dominatui parerent; Ranimiro, Alfonso fratri, licet Monacho, Sacerdoti, ac Episcopo, Regnū ipsum, omnium suffragijs, detulerunt. At verò Iacetanos ex omnibus, primos in hanc sententiam, voluntatum inclinatione, propendisse, idem ipse Ranimirus Rex, auctor est. Tam festinanter verò ea res confecta proditur, vt vnico tantum mense Interregnum hoc absolutum fuerit. Mense enim Octobris eiusdem anni, quo Alfonso frater obierat; Ranimirus in Regno paterno regnantem, ac Regem, & sacerdotem nuncupatum, in publicis monumentis inueniri, Surita noster in primis testatur. Eo deniq. in Regem adscito, Castellani Regis, ac Militarium Ordinum iura circa Regni obtentionem caduca, ac inania reddita fuerunt. Atque hic fuit insignis Tertij huiusmodi Interregni exitus, & finis apud nos.

Ranimirus II. Monachus, Aragonum Rex X.



TERTIO itaq. huiusmodi acto Interregno, Ranimirus II. Regnorum culmen adsciuuit. A Rotensi autem Vrbe, in qua Episcopus sedebat,

pus sedebat, ad Oſcam delatus est: vbi Regale ſumpſit diadema, ætatis ſuæ annum agens quinquageſimum. Nec verò in longinquum diſtulit tempus, laccetanis iſiſe gratum præbere: eos enim quamprimùm, quòd benè meriti fuiſſent de ſe, vt paulò eſt antedictum, magnis honoribus, ac beneficijs ornandos publica rogatione decreuit. Caſtellanus autem Rex, Alſonſi mortui priuignus, qui Alſonſus itidem, ac Imperator vocabatur, Aragoniam ditionem ad ſe auita ſucceſſione pertinere, Sanctij ſiquidem Maioris iure, contendens; cùm ea fuiſſet illum fruſtrata ſpes, quam animo conceperat, ſe à noſtris Regem euocatum iri: ſubita inuaſione, Darocam, Calataiubium, Cæſarauguſtam, & alia plurima cis Iberum opida menſe Decembris proximo occupauit. Ipſe enim Ranimirus nedum eadem defendere nequiuit: verùm ſatis ſibi, ſuperq. eſſe ſtatuit, ſi ſetueri, contra tantam potentiam inimici, in Moncluſi arce, alijs vè montofis locis antiqui Suprarbiensis Regni, ad quod reſceſſerat, valeret. Quamuis autem Caſtellanus ipſe Rex vniuerſæ Aragonũ ditionis imperiũ ambierat: tantummodò ea, quæ diximus, opida inuaſit; nec trans Iberum pedem poſuiſſe apparet: ſed ſolùm Cæſarauguſtæ Urbis, aliarumq. cis Iberum Regionum, ſub Cæſarauguſtanenſis Regni nomine, aliquibus diebus fuiſſe potiũ. A quodum Cæſarauguſtam obtinebat, hiſce nempe temporibus, Priuilegiũ illud irrogatum eſt, cuius idè Michaël *del Molino* in ſuo Repertorio meminit, ſub verbo, *Priuilegium*: Incipitq. *In Dei nomine. Hæc eſt Carta de Foros, & Vſaticos*, & quæ ſequuntur. Tametſi idè Michaël *del Molino* nominũ Alſonſi, & Imperatoris ſimilitudine deceptus, ab Alſonſo noſtro Imperatore cõceſſum autumat. Minimè verò, ſed huic eius priuigno tribuẽdum eſt. Quem etiam fertur, cùm Legionenſis Imperator ab ipſa Legionẽſi ditione, quã poſsidebat, vocaretur; tũc quoq. Cæſarauguſtæ ipſi Vrbi præclara, quæ nunc geſtat, Leonis Inſignia ſtatuiſſe, vt eiũdè Legionenſis Imperij ſignis, atq. ornamentis decorata maneret. Propterea conijcimus Leonem illum paruulum appoſitũ fuiſſe in extrema parte illius Sigilli maioris; de quo paulò ante verba fecimus. vt Cæſarauguſtam ipſam Urbem, cùm primùm ab hoc Legionenſi Imperatore eis Leonis Inſignibus ornata fuit; nõ ea ſola, ſed priſcis illis, ac prioribus miſta, quæ ſuperiora in eodem Sigillo viſuntur, geſtare ſolitã arbitremur. Poſteà prioribus omiſſis, recetiora hæc, quibus nũc vtitur, eidè mãſerunt Leonis ſolius ornamẽta. Ac quibuſdam




quibuſdam

quibuſdam etiam antiquis monumentis obſeruauit, eadè hac ipſa tempeſtate, Cæſarauguſtam Urbem, quaſi obſidem, ab ipſo Garſia Nauarræ Rege obtentam fuiſſe, pro eodem Legionenſi Imperatore: quem, *petitum*, id eſt, paruulum nominatum inuenio; non quòd paruæ ditionis dominaretur, vt volunt nonnulli, ſed, vt mihi magis placet, quòd corpore eſſet puſillus. In tam aduerſum, iniquumq. caſum hiſ, de quibus agimus, tẽporibus Aragonij nominis maietas deuenit: vt Caſtellano Regi licitum eſſet, nedum Cæſarauguſtæ Urbis quietè potiri, ſed eandem & Priuilegijs, & Armorũ quoq. Inſignibus honeſtare. Quin & in deteriore etiam fortunam Regnum noſtrum deueniſſe perhibent, cùm, vt ferunt, Ranimirus ipſe coactus fuerit Caſtellani eiũdem Regis imperio parere. Noſtri maiora adhuc publicis rebus detrimenta ventura pertimeſcentes, ſi Ranimirus ſine prole decederet: quamprimùm totis viribus ab Anacleto II. Pont. Max. ſiue, vt alij tradũt, Innocentio II. obtinere curarũt, vt Ranimirus ipſe Rex, votis ſolutus, ad nuptias properare poſſet. Fuerat enim, viuentem patre, pænè infans, Diui Benedicte inſtituto in Tomariẽſi cœnobio addicte. Sacris poſteà Ordinibus initiatus, ex Sahagunenſi illuſtri Abbatia, qua eum Alſonſus frater donarat, Burgenſi primùm, deinde Pompelonenſi, ac Rotenſi, ſeu Balbaſtrenſi tandem Episcopalis Eccleſijs præpoſitus. Deniq. Apoſtolice Sedis gratia obtenta, Ranimirus, Aquitaniæ Ducis, Pictonumq. Comitum, ſiue ſororem, ſiue, vt alij perhibent, filiã Agnetem: quam alij Mathildem, alij Vrracam nominant: in coniugem accepit Ann. Chr. ∞ C XXXV. Ex qua, vnica filia, quam genuit, Petronilla, dũ poſteà fuit Barcinonẽſi Comiti Raimũdo deſpõſa, fecũda ab 1135 ab ipſis propagata ſobole, Aragonũ Regnũ ab imminẽtib, quæ timebãtur, externi imperij obeundi periculis liberauit; & Catalonia Principatu Aragonũ ditioni ſubiuncto, poſteris Regibus, ad maritimas oras, longinquaq. Regna appetenda vberrimũ aditũ patefecit. Sed hæc aliã pluribus. Iã verò Ranimiro ipſi in ſui Regni initijs varia rerũ euenta contigiſſe ferũtur. Priuatis enim quibuſdã monumẽtis, antiquis tamẽ, teſtatũ cõperio, eo, ac dicto Garſia Nauarrẽſi Rege conueniẽtib, quòd Ranimirus ſe Nauarrẽſi Regno exactũ grauiter cõquereretur, eã tãdè pactiõnẽ in itã fuiſſe inter eos, vt in Nauarrenſi ditione Ranimirus plebi; Garſias verò vniuerſo militari Ordini præeſſet. Atq. hinc fortãſſe Nauarrẽſis Rex, noſtri Ranimiri *Vaſallus* appellari, cœpit. Iã certũ eſt, Garſiã ipſum aliquãdiu illud ſuũ Põpelonenſe Regnũ, ſub iſtius noſtri Ranimiri Regis imperio, atq. vt in priſcis ipſis monumẽtis


N 2 legitur,

legitur, manu, tenuisse. Ex quibus hoc tantum adducam Archetypum Priuilegium, è Xixenensi Tabulario depromptum.



SUB **C**H**R**I**S**T**I** nomine, & eius diuina clementia, videlicet Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ego quidem Ranimirus, Dei gratia Rex, facio hanc cartam Donationis vobis Don Pere Ramon de Stata. Placuit mihi libenti animo, optimo cordis affectu, & spontanea voluntate, & propter seruitia, quod fecistis totum tempus ad fratrum meorum, Rex Dopnus Petrus, & Rex Jldesonsus, quibus sint requies, & modo facitis ad me, vel in ante feceritis. Dono, & concedo vobis Castrum, & Villa, qua dicitur Set Castella, totum ab integrum cum suis terminibus, & directaticis, eremis, & populatis, & montibus, & aquis, & palustris, & cum omni censu, quod mihi pertinet ibi, vel pertinere debet ad meam Regalem personam, & vocem. Et ut habeatis, & possideatis hoc totum meum donatiuum suprascriptum, quod habeatis, & possideatis ingenuum, & liberum, & francum, & quietum, & securum, vos, & filij vestri, & omnis generatio, vel posteritas vestra per sacula: salua mea fidelitate, & de omni mea posteritate per sacula cuncta. Amen. Et hoc suprascriptum Donatiuum dono vobis pro hereditate, & filijs vestris, & omnis generatio vestra, per facere inde totam vestram voluntatem; quomodo de vestra propria hereditate, cum toto suo termino, sicut unquam melius habuit supradicto Castro Set Castella.

Signum Regis




Ranimiri.

FA**C**T**A** verò hanc Cartam Donationis Era \ddot{T} CLXXIII. primo die Februarij, in Monte Aragone. Regnante me Dei gratia in Aragone, & in Suprarbi, siue in Ripacurtia. Garcia Ranimiriz sub mea manu Rex in Pampilona. Episcopo Don Dodo in Osca, & in Jacca. Episcopo Garcia, in Casaraugusta. Episcopo Michaël, in Tarazona. Comes Arnal Miro Palgarēsis, in Boil, & in Fötetoua. Frgon Galindez, in Osca, & in Alquezare; Frgondat, in Balbastro, & in Petra Selez. Frgon Galindez, in Calasanz. Enneco Lopez, in Napal, & in Castro iam pradicto. Pere Ramon, in Stata. Alamaçon, in Monteccluso. Michaël de Rada, in Petra rubea, & in Tronzeto. Per Gozpet, in Sancto Stephano de illo malio. Pere Mur, in Banauare.

EG**O** Raimundus scriptor, sub iussione Domini mei Regis, hanc Cartam

Cartam scripsi: & de manu mea hoc feci.



SIGNVM

Nunc enim ea \ddot{T} numeri nota millesimum numerum significat: prout iam supra in alijs quàm plurimis perspici potuit. Fit autem inde, vt Aera millesima centesima tertia ibi apposita, dicto Anno ∞ CXXXV. conueniat, quo Ranimirum nostrum Regem, duxisse vxorem, retulimus. Verum minimè his pactis Reges diu stetisse apparet; sed in maiori quàm antea dissidio mansisse. Garfiæ verò secūdiffimè euenerunt res. In hac enim tanta turbatione, Nauarrense, seu Pompelonense Regnum ab Aragonensi disiungere, & illud nedum, quamdiu vixit, integrum retinere valuit, sed posteris firmum, ac stabile constituere. Ea fuit egregia illius animi virtus, ac fortitudo. Nostri verò Ranimiri tanta in gerendis rebus inertia, atq. ignauia, vt omnibus esset ludibrio, ac contemptui; Regnumq. à proceribus miserè labefactari pateretur. Sed tamè illū postea in eos grauitè sæuitū memorant, XV. primarijs viris ad Oscam Urbem ab eo morte mactatis: Idq. Frocaldi Tomerienfis Abbatis monitu factum fuisse; peruulgato illo renouato exemplo, quod à Periandro cuidam Thraisybulo propositū tradit Aristoteles. Quo, licet tetrò fatis, facinore suorum insolentiam compressit. Eum etiam tradunt, Castellanumq. Regem Alauonæ, nunc Alagonis, in opidum sacro Diui Bartholomæi die Ann. Chr. ∞ CXXXVI. conuenisse: ibidemq. de pactos; vt Petronilla filia, quæ vix annum compleuerat, Alfonsi ipsius Castellæ Regis filio grandiori esset nuptura: Ranimirusq. quamdiu viueret, Cæsaraugustanensis Regni potiretur. Quarum nuptiarum, ac pactionis obsidem ipsammet Petronillā à focero Rege acceptā memorant, ab eoq. ad Castellæ Regna delatā: vbi eā, Petronillæ nomine mutato, Vrracā appellauère. At nostros, quibus huiusmodi in ita cōsilia vehemèter displicuerāt; inde puellā deducere summoperè contēdisse fertur, etiam fingentes eā, malè se extra patriam habere: vt hoc commentitio, & simulato valetudinis infirmæ rumore, ad suos reuocatā, Barcinonensi Comiti in matrimonium, quod magis appetierant, collocarēt. Ergò quod institutum fuerat, effectum est. Ob eam enim, tametsi confictā causam, quod ægra valetudine premeretur, Ranimirus pater hucillam deducendam curauit: ac Raimundo Berengario, Barcinonensi Comiti, strenuo,

N 3 ac magna-


ac magnanimo Principi in futuram coniugem dedit, ac Aragonum Regno dotauit. Ea tamen lege, & condicione, vt Ranimiro viuentem, sub eius fide, ac imperio, Raimundus Regnum obtineret: Principisq. Aragonum semper, Regis verò nomen nequaquam attingeret, sed illud sibi Petronilla sola filia vendicaret. Quod à Raimundo Comite ad vnguem seruatum memorant. Interea his nuptijs, ex pacto, & conuentu, ipsius Raimundi, maiorumq. Barcinonensium Comitum Insignia, quatuor baculi rubri, aureo in scuto positi, Aragonensibus Regijs Insignibus antelata, posteris Regibus, Regnoq. iam propria manserunt. Ipse verò Raimundus, vt historici nostri testantur, illico focero Regnū deiciēte, illius gubernationem suscepit: ac mense Octobris Ann.

1137 Chr. ∞ CXXXVII. à Cæsaraugustanensibus Regali pompa exceptus, eam Urbem ouans introiuit. Sed ego gesta hæc longiùs producerem; siquidem in annum sequentem. Nam sic in extrema parte Archetypi cuiusdam Priuilegij. *Facta Carta Æra MCLXXVI. pridie Idus Iunij, ipso anno quando reddita est Cæsaraugusta Comiti Barcinonensi.* Nisi fortasse hoc de restitutione à Castellano Rege facta intelligendum sit. Eum enim aiunt, Berenguelæ vxoris suasionibus, quæ foror Comitis erat, facile à suscepto destitisse consilio, rataq. ac grata omnia hæc, quæ inter Ranimirū nostrum, ac Comitem pacta fuerāt, habuisse. Sed priusquam Raimundus Comes Regni nostri gubernacula prenderet; à Rege focero, Regni Ordinibus cõtendētibus, præter futurarum nuptiarū fœdera, arctissimi Iurisiurandi Religione, ac nouo quodam fidelitatis sacramento deuinctus fuit: ¶ Vt Aragonensibus nostris pristinos Foros, ac libertates esset inuiolatè perpetuò seruaturus. Probè autè Surita noster in suis Indicibus has tantas, & tam subitas nostrarū rerum mutationes, admirandas proponit; quandoquidē eas nostros infra triennium ferè molitos cernimus. Ranimirus ad sacrorum Religionem reuocatus, orbisq. rebus, quibus eum, nec voluntas, nec consuetudo assuefecerant, in Sancti Petri veteris Oscensi Ecclesia quietam, ac liberam, superstitem duxit ætatem. An verò vxore mortua, vel dimissa, incertum est. Pleriq. mortuam credunt: alij dimissam. Sub ea enim lege sibi à Pont. Max. ducendæ vxoris facultatem concessam tradunt, vt cum primū prolem haberet, ad pristinum Religiosæ vitæ institutum rediret. Nec non & eundem ferunt subter Regales superiores vestes semper secum Monachalem habitum gestasse. Tandem A. D. XVII. Kal. Septembr. Ann.

1147 Chr. ∞ CXLVII. mortuus est, ac in eadem Ecclesia sepultus. Eo

tus. Eo mortuo, Regia virili stirpe deficiente, Aragonum Regnum ad feminam delatum fuit, ipsam nempe Petronillam filiam, Barcinonensi Comiti in coniugem datam. Duos autem comperio tantum, sub Ranimiro Rege, Iustitias Aragonum exstitisse: Ioannem Pelaium, & Athonem Sanz. De quibus plura alibi. Iam verò Barcinonensium Comitum originem, & progressum his Commentarijs persequi, non tam laboriosum, quàm nostro huic instituto inutile, ac infructuosum visum est: præsertim cum eorum narrationem abundè satis noster Surita & Latina, & Vulgarilingua complexus fuerit. Propterea nos consultò eam omittēre decreuimus: ne plus, quàm satis fit, huius voluminis magnitudo crescat.

Petronilla, Regina Aragonum XI. &
Raim. Berengarius, Barcinonensis Comes, eius Vir.



BARCINONENSIS ergò Comes Raimundus Berengarius, Reginae Petronillæ futuræ sponsæ fœdere pacto, ex Ranimiri Regis foceri, totiusq. Regni volūtate, Aragonum Princeps designatus, ipso etiam focero viuentem, vt paulò ante dixi, Regni gubernationem suscepit. In qua ea se gessit fide, prudentia, ac virtute, vt iure optimo sit præstantissimorum Principum numero adscribendus. Ann. Chr. ∞ CL. triennio ferme post foceri mortem, de pactis eas nuptias cum Petronilla vxore, quòd iam nubilus esset, apud Ilerdam Urbē, quam ipse bello adquisierat, celebrauit. Nec longo quidem interuallo interiecto, Ann. Chr. ∞ CLII. Regina filium peperit: qui, viuentem 1152 patre, Raimundus vocatus fuit: post illius verò interitum Regina superstes Alfonso illum nominari fecit. Alij etiam filij ex huiusmodi matrimonio geniti sunt: Petrus; ac Sanctius. Filix quoq. Dulcia, siue

Alduntia; ac Eleonora: quæ Armengoli, siue Ermengaudo, Vrgelita no Comiti nupta fuit. Illa verò Sanctio, Portugaliæ Regi. Tum & Berengarius, filius illegitimus Principi tribuitur: qui Abbas Montis Aragonum primùm, Turiasonenfis deinde, ac Ilerdensis tandem Episcopus creatus decessit. Sed præter Ilerdam Urbem, plurima alia insignia opida, strenua Principis virtute, ad nostram Catholicam Fidem reuocata fuere. Vnius tamen Dertusæ Urbis mentionem faciam, quòd iure à me hoc loco intermitteri nequaquam debuisset, cum ab ea ipsi Comiti, & posteris Regibus, illustris Marchionatus Dertusæ titulus emanarit. Deniq. Raimundus Comes in Berengarij fratris, Narbonensis Prouinciæ, Braccatæ interdum appellatæ, Comitis, qui à suis occisus fuerat, necis ultionem ad Urbem Taurinorum proficiscens, lætali morbo afflictatus, obiit in suburbano Sancti Danielis, siue Dalmatij loco,

1162 A. D. IIX. Id. Aug. Ann. Chr. ∞ CLXII. Eius corpus in Cataloniã delatum est, ac in Riui pulli monasterio maiorum tumulo collocatum. Nondum enim absolutum fuerat Populeti monasterium, quod ipse Raimundus Comes ædificare cœperat; celeberrimum postea Regibus nostris monumentum. At Raimundum ipsum, morientem proditur, suum circa Regnorum successorem testamentum, ac voluntatem verbo, multis adstantibus, protulisse: quòd ad eam in scriptis redigendam nequaquam vita suppeditasset. Postea verò generalibus Comitibus à Petronilla Regina Oscæ conuocatis, testamentum hoc, licet solis verbis conditum, adhibita adstantium publica, ac sollemni iurisiurandi religione, ratum, ac sollemne decretum fuit: Alfonsoq. filius natus maior, illius virtute, Reginaq. matris annuente consensu, totius ditionis declaratus heres: qui deposito Raimundi nomine, Alfonso, vt diximus, appellatus est. Tunc etiam ex Comitiorum decreto constitutum; vt interea dum filius, puer esset; Regina ipsa mater ad gubernacula Regni sederet. Cui rei in omnibus cumulatissimè fecit ipsa satis. Fuit enim magni consilij femina. Et verò vt filius ad duodecimum peruenit suæ ætatis annũ, statim ex ipsius


1163 Regina matris consensu, Ann. Chr. ∞ CLXIII. idem ipse filius Alfonso gubernacula Regnorum suscepit. Ipsa verò Regina pijs tantum intenta rebus deinceps vixit. Obijt autem Anno Chr.

1173 ∞ CLXXIII. A. D. III. Id. Octobris. Barcinonæ sepulta iacuit. Sub cuius imperio plures Iustitiæ Aragonum Magistratum gesserunt: nempe, idem, quem annotauimus, Atho Sanz: Ioannes Didaci: Petrus Monius: filius Ioannis Didaci: Petrus

Medalla:

Medalla: Galindus Garfiæ: Sanctius Garfiæ Sancta Olalla: ac Petrus Ferdinandi Castrus.


Alfonso II. Castus, Aragonum Rex XII.



ALFONSVS autem II. Petronillæ Reginae, & Raimundi Comitis F. Aragonum XII. Rex, maiorum Regna adeptus, ea præditus fuit animi integritate, ac modestia, vt Casti Principis cognomen iure sibi optimo vendicarit. Non quòd à ducenda vxore abhorret. Ann. enim Chr. ∞ CLXXIV. Sanctiã, ipsius Alfonso Castellæ 1174 Regis, quem diximus Imperatorem vocitatum, & Richæ Augustæ secundæ illius vxoris, filiam, in coniugem accepit. Sed quòd ipse matri monij ius castum semper, atq. integrum seruarit: seq. summum modestiæ, ac integritatis amatorem professus fuerit. Ex Sãctia filios habuit; Petrum, Regnorum heredem; Alfonso; Sanctium; & Ferdinandum. Filias totidem; Costantiam, Emerico Vngariæ Regi primùm, eo verò mortuo, Federico Romanorum Imperatori nuptam; Eleonoram etiam; ac Sanctiam, duorum Tolosatum Comitum vxores; Dulciam quoq. quæ in Xixenæ illustri ab his Regibus constructo Cœnobio sacrum viuendi genus amplexa fuit. Cui sociata Regina Sãctia, post Alfonso viri interitum, superstitem vitam traduxit. At Alfonso Rex postquam nonnulla opida Aragonum Regno subiunxit; ex quibus insignia fuere; Fauara; Maëlla; & Turolium; cui nouas leges, sub Fororum Sepuluedæ nomine, concessit; Obijt tandem ad Perpiniã opidum VII. Kal. Maij Ann. ∞ CXCVI. Ruscinonensi Comitatu, ac Marchionatu Prouinciæ suæ ditioni adiunctis. In Populeti monasterio, quod pater inchoârat, ipse tamen ad exitum perduxerat, eius corpus terræ redditum fuit. Ipse autem Regno, Magistratum Iustitiæ

Iustitiæ Aragonum gessisse constat; Sanctium Tobiam: Stephanum
:.....(eius enim gentilitium nomen adhuc latet) & Petrum
 Sessesium. Ab hoc autem Alfonso Rege diui Valerij caput Cæsaraugu-
 stam, cui viuens Pastor præfuerat, delatum fuit.

Petrus II. Catholicus, Arago-
 num Rex XIII.




PETRVS II. Alfonsi II. F. statim, patre mortuo, cui heres
 successerat, ad Darocã Urbẽ Comitij indictis, Regale sumpsit diade-
 ma: præter maiorum cõsuetudinẽ, qui numquã meo insigniri assueue-
 rant, quõusque connubij participes fierent, aut militari decorarentur
 honore. Tunc etiam omnia Honoraria iura, *Honores*, appellata, pri-
 marijs Viris, quos Ricos homines vocabant, ademit: sed illis protinus
 restituẽda curauit. Grauisimẽ enim conquesti sunt: quod ex antiquo
 Iure, ac veteri instituto affirmarẽt, ea iura inter ipsos, quasi in orbẽ, ver-
 sari necessariò debere. Hinc serpere Magistratus Iustitiæ Aragonũ di-
 gnitas cœpit. Rici enim homines huiusce rei nouitate perculsi, à sua an-
 tiqua, & suprema potestate plurima detrahi libẽter sustulerunt; dum-
 modò Honores ij, quibus ad tẽpustantũ frui licebat, firmi, ac stabiles si-
 bi, & posteris hereditaria, ac perpetua successione manẽrẽt. Labẽte au-
 tem Ricorum hominum dignitate, Iustitiæ Aragonum ius, ac iuris di-
 ctio concreuit. Sed de his alijs plura. Nunc ad Regis historiam redea-
 mus: quem constat ex Folcalquerij Comitissobrini filium suscepisse,
 Raimundũ Berengarium. Qui infantulus obiit. Matre quoq. deinde
 mortua, cum idem Rex aliam duxisset vxorem, Mariam Montis Pefu-
 lani Comitatus heredem, ab eaq. sub cuiusdam affinitatis specie diuor-
 tium postea facere contendisset: re in contentionem vocata, Romã
 eum oportuit proficisci. Vbi mirificẽ exceptus ab Innocẽtio III. Pont.
 Max. in Ecclesia Sancti Pancratij, panis Azimi diademate cohonestatus
 fuit.

tus fuit. Illud autem propterea ex pane conficiendum curauisse Re-
 gem, in præfati Excellentissimi Archiepiscopi scriptis continetur;
 quod cum Romanos Pontifices intellexisset, pedibus Diademata Re-
 gia Regibus ipsis imponere cõsueuisset, sibi ob reuerentiam panis, nõ
 pedibus, sed manibus imponẽdũ esset. Deniq. ab ipso Pont. Max. coro-
 natus, se, ac Regnũ suum Romanæ Ecclesiæ subdititiũ fecit: propter-
 eaq. illi Pontifex ipse, illustre id Catholici cognomentum imperti-
 uit. Ad huius autem itineris impensas sustinendas antiquum vectigal,
 Monetaticum appellatum, impositum fuisse constat: à quo ij tantũ li-
 beri censebantur, qui militari erãt decorati cingulo. Nostri antiquas
 libertates, sanguine partas, tot modis labefactari ægrè ferẽtes, Vnio-
 nis nomen, ac vires excitarunt: vt vna vi, & omniũ consensione, vno
 quasi animo ex omnibus factò, has tantas iniurias facilius propulsarẽt.
 Quid autem effecerint, non proditur. Sed inde fertur memoranda illa
 duo Vnionis Priuilegia, quæ paulò post ab Alfonso III. irrogata fue-
 rũt, originẽ duxisse: vt licentiùs Regno similia aggredi deinde fas ef-
 fet. Sed eis postea, vt explicabimus, à Rege Petro III. abscissis, Magi-
 stratui Iustitiæ Aragonũ plurimæ cœperũt facultates irrogari. Quã-
 uis autẽ diuortiũ à Rege petitiũ, minimè de iure procedere Regina Ro-
 mæ obtinuerat; verũm haud poterat mariti in se gratiam conciliare.
 Immo cum discordiæ inter eos excitatæ nequaquam sedarentur,
 Rexq. libidinoso concubinarum amori deditus, prorsus ab vxoris le-
 cto abhorreret: quadam nocte, perhibent, ipsum Regem cum pellice
 concubiturum, supposita persona, cũ Regina vxore concubuisse. Re-
 gina namq. ipsa id adnitente, cuiusdam Gulielmi Alcalæ, siue, vt alij
 tradunt, Petri Fluuia, Regis Cubicularij, industria fuisse effectum,
 vt in concubinæ locum, quæ propter famæ pudorem tenebrico-
 sum cubiculũ fore depoposcerat; Regina vxor simulata, ad Regis le-
 ctum duceretur. Quo pacto cum Regina se illam, quæ non erat, esse
 simulasset, ipse verò Rex non eam ratus, quæ erat, sed potius concubi-
 nam; facilẽ se cum Regina vxore commiscuit. Sequenti verò die, sta-
 tim prima luce, Regina fraudis veritatem, scilicet se eam esse, quæ cum
 Rege concumberet, & nõ aliam, proferri, ac patefieri curauit; testesq.
 etiam fideles adhiberi: vt si fortasse ex eo concubitu (quasi iam illi ani-
 mus prælagiret) ipsam grauidam fuisse factam contingeret, de futuræ
 prolis genere, ac nobilitate dubitari non posset. Atq. tunc proditur, Ia-
 cobum Regem I. procreatum fuisse. Cuius ea fuit animi virtus, ac ma-
 gnitudo, vt diuinitus Reip. datũ iudicemus. Petrus autem Rex inclina-
 tione

1213 tione animi in vxorē propēdens, deinceps se illi præbuit beneuolētio
 ré. Postea verò in Castellani Regis opē cōtra Fidei hostes adscitus, me
 morādo illo Vbedēsi prælio interfuit: in quo nostri insignē illā victo
 riā reportarunt. Inde rediens, Mōtispefulanū profectus, in Muretinæ
 arcis obsidione Idib. Sep. Ann. **CCXIII.** decessit: ac tertius deci
 mus numero Aragonū Rex censerī debet. In Xixenæ monasterio se
 pultus iacet. In præfati autē Excellentiss. Archiepiscopi Ferdinādi scri
 ptis, quorum sæpe meminimus, testatū inueni; à se huiusce Regis mo
 numentū Ann. **DLV.** perlustratū fuisse, in eoq. ipsius Regis cor
 pus integrū totū, præter nasi extremitatē, inuētū, adeo ingentis, licet
 æquē cōpactæ magnitudinis, vt inspicientibus magnā præferret de
 coris maiestātē. Filiam illegitimam habuit Costātiā, quæ Gulielmo
 Raimūdo Moncadæ nupta fuit. Regina verò, Romā viuente marito
 profecta, acerbo de eius morte nuntio delato, nec diu post obiit, filiū re
 linquens, ac Regna Honorij Pontificis Maximi, Romanæq. Ecclesiæ
 fidei, & potestati commissa. Ad Diui Petri tēplum in Beatæ Petronil
 læ sacello honorificè sepulta fuit. Quam autē chara Senatui, Populoq.
 Romano viuens fuisset, sumptuosi, ac lamentabilis funeris, quo fuit ela
 ta, mœror indicauit. Eius obitu Mōtispefulani Comitatus, Aragoniæ
 ditioni subiunctus est. Huius autem Regis tempore Magistratui Iusti
 tiæ Aragonum præfuere: idem, quem ante diximus, Petrus Sessesus:
 Sessesus autem Petrus Petri Tarazona successit: qui tempore etiam
 Regis Iacobi I. per plures annos eandem gessit præfecturam. Tarazo
 na autem primus eorum est, quorum Ioannes Eximini Cerdanus in sua
 epistola mentionem fecit.

Iacobus I. Expugnator, Arago num Rex XIII.



I A M verò vt hæc superioribus connectamus, rectè, ni fallor;
 Aragonum Regum series hæctenus deducta est: quandoquidem Iaco
 bus I.

bus I. cuius mirificæ res gestæ nobis hoc loco attingendæ occurrunt,
 quartusdecimus Aragonum Rex, iuxta ipsiusmet testimonium adscri
 bēdus proponitur. Aequè enim à Sanctio Abarca Cæfone ad eū, qua
 tuordecim Reges verè in Aragonia regnasse, ex nostris his scriptis
 perspici potest. vt nouos à Garibaiō Reges excitatos nobis iure optimo
 vëdicare possimus, eisq. adhibitis, & ab ipso Abarca Cæfone, non stir
 pis, sed Aragonū Regni initia petētes, constantē, & certā & Regū, &
 rerū, ac temporū rationē eruamus. Sed quia de his à nobis satis, superq.
 dictū est: nunc reliquum erit, vt institutū de Regibus sermonē profe
 quamur. Quo absoluto, ad Magistratus Iustitiæ Aragonū dignitatē ex
 plicandā cōuertemur: licet quandoq. breuiter inter ipsorū Regū facta,
 nonnulla, quæ fortasse de eo sese offerent annotāda, perstringemus.

Itaq. Rege Petro II. in Muretinæ arcis obsidione interempto, Re
 gnorum successio ad hunc vnicum eius filium, Iacobum, peruenit: qui
 tunc septimū ætatis suæ annum agebat. Carcalonæ autē aderat; quòd
 Regina matre annuente, Simoni, Montfortensi Comiti, liberali
 educatione instituendus, à Pont. Max. traditus fuisset. At verò dum
 ad nostros de Regis Petri morte delatum fuit nuntiū; magni rerū mo
 tus, ac perturbationes suboriri cœperunt, Sanctio Ruscinonēsi Comi
 te, ac Ferdinando, pueri Regis patris, illas concitantibus: quippe quia
 palā Regale munus, ac nomen appetebāt. Nostris illico ad Simonē Co
 mitē de puero Rege postulādo legatos miserūt, seuera ipsis mādata dā
 tes, vt Comiti nō solū acre bellū indicerēt, sed eū ad singulare etiā cer
 tamē prouocarēt, nisi legatorū nuntio paruisset. Comes ea omnia as
 pernatus, Regē puerū legatis tradere renuit, percitus, vt creditur, pa
 truorū cōsilijs, qui Regnū à puero abstrahere totis viribus nitebātur.
 Nostris aduersus Comitē magna propterea moliētibus, tandē Innocē
 tij III. Pont. Max. iussu, puer Rex Petro Beneuentano Cardinali,
 Apostolicæ Sedis Legato, ad id nominatim decreto, traditus est, ab
 eoq. saluus, & incolumis Ilerdam delatus. Ad eam, enim Urbem, quam
 tūc Aragonij circūscribebāt fines, generalia totius Regiæ ditionis Co
 mitia, ad ipsum excipiendū conuocata fuerant. In quibus à Cardinali
 Beneuētano Iacobus puer propositus fuit: & ab Aspargo Tarraconē
 si Archiepiscopo in vlnas susceptus, incredibili omnium lætitia, & alacri
 tate salutatus Rex. Ac quò magis, turbulētis illis tēporibus, de illi cura,
 ac defensione omnes anxios, & sollicitos esse oportebat: nouo, & inusi
 tato fidelitatis signo, iurisiurandi nempe interposito fœdere, omnes
 se vltro, & sponte deuincientes, promiserunt fore, pueri Regis vitam,

O ac commo-

Aspargo


ac commodum pro virili parte defensores. ut Iacobus ipse fuerit primus Rex, cui Aragonenses fidelitatis iuramentum præstiterint. Unde apud nos mos ille manavit huc vsq. seruatus: ut Regibus regnare incipientibus, fidelitatis iuramentum præstemus, dummodò Reges ipsi nobis leges, libertates, patriaq. instituta maiorum seruatueros iureiurando promittant. Ob puerilem autem Regis ætatem nostros ad id faciendum inductos ferunt: quòd nouis his erga Regiam fidelitatem adhibitis signis, turbidos quorundam, & præcipuè patruorum, concitatosq. motus arcèri oporteret. Ipsum itaq. Regem puerum vniuersi Regnorum Ordines institutioni, ac tutelæ Gulielmi Monredonij, in his partibus Templariorum Supremi, quem illa ætas Magistrum appellabat, commendarunt. A quo in suam fidè receptus, statim ad Montionis arcè maximo ob id firmatâ præsidio delatus est. Quosdam etiam Gubernatores constituerunt, interea dum ex pueris Rex non excederet, singulis prouincijs præpositos. Ac Aragonij quidem Regni gubernationem præpotens, ac nobilis vir quidam suscepit, Petrus Ahonesius, Sanctij Ahonesij Cæsaraugustanensis Episcopi frater. Aliarum verò prouinciarum alij. At verò vniuersorum Regnorum supremæ potestati Sanctius ipse Ruscinonensis Comes, pueri Regis patruus, præfectus fuit. Dedita autè opera, præcipuaq. Cardinalis Legati industria factum id proditur, ut huius tæ dignitatis munere Comes delinitus, à propositis Regni occupadi consilijs recederet: cum se videret, si non Regis, Interregis saltè personâ sustinere. Verùm cum nec multos post dies ipse, ac Ferdinãdus frater, noua molirentur, Regnumq. appetètes, seditioforù hominù cateruas, quibus vniuersum Regnù redùdare cœperat, nonmodò nõ disperderèt, sed & latètes sustinere curarèt, quòd sine seditionibus minimè se assequuturos crederèt, quæ expetebāt; Regno autè perturbato, faciliùs ea se cõsequi posse sperarèt: ut tãto malo imminèti cõsuleretur, nec præualeret improborù iniquitas; primarij nõnulli, ac potètes viri arctissimã inter se Cõitionè, ad Vnionis instar, fecerūt, publicis, ac sollènibus scripturis cõpactã; quã ipsorù ob signatã Sigillis, ac Signis, firmã, & stabile decreuerūt, multis eã, tũ personarũ, tũ etiã opidorù, quæ vetus erat cõsuetudo, obsidibus roborãtes. Atq. ut eorù mens integra, ac simplex omnib⁹ innotesceret, absentiu verò ad se opè, & volùtates allicerèt; varia istius Cõitionis exèpla per vniuersã Regis ditionè spargere, ac disseminare curarūt. Ita autè inscripta hodiernis tẽporibus exstãt nõnulla. **COLLIGATIO MAGNATORVM PRO PACE REGNI TVENDA.** Cùmq. ad refrenãdũ incredibilem

incredibilem grassantium furorem, qui latè serpens, totum ferè Regnum occupabat, nequaquam ea sola sufficeret: plurimæ Ciuitates, ac opida aliam inter se Copulationem inierunt, quam Vnionem, prisco vtentes vocabulo, appellauère. Tot malis, & incommodis misera Respub. affecta fuit huius Iacobi Regis Regni, atq. ætatis initio. Sed maior quidam in eo feruor animi, quàm ætas postulabat, visus est; tam eximiamq. iam iam à puero præstulit semper magnanimi Principis spè: ut cum vix decimum annum attingeret, Montione egressus, Cæsaraugustam proficiscens, ea, Oscensiq. Vrbe, ac alijs nonnullis opidis ad se vocatis, Regna capeffere non dubitaret, eaq. & per se ipsum regere, ac moderari, & armis etiã defendere, dum oporteret. Patruie ea re obstupefacti, ac perterriti, futuram Regis virtutem præsentientes, paulatim mutare sententiam cœperunt. Rex verò nec diu post peccatum reddidit Regnum, & tranquillum. Anno autem ætatis suæ XIII. Natalis Christi ∞ CC XXI. Eleonoram, Alfonsi Castellæ Regis filiam, ¹²²¹ vxorem duxit. Ex qua vnicum filium habuit Alfonsum: qui non infans obiit, ut fertur. Princeps enim, scilicet viuentè patre futurus Regni successor, designatus fuit, connubijq. deinde cum Costantia, Gastonis, Beneharnensis Vicecomitis, filia, particeps factus. Verùm tamen cum Iacobus ipse, & Eleonora vxor, nulla ab Apostolica Sede dispensatione, ut loquimur, obtenta, licet imprudentes, cõtraxissent, cognationis vinculo obstantè, quo inuicem erant coniuncti: diuortiu inter eos à Romano Pont. fieri debere decretũ fuit. Quo factò Eleonora Regina, nimix sanctitatis femina, ad celebre se contulit Burgense monasterium, *De las Huelgas* vocatum: quod ipsa construxerat: vbi abdita piã, ac religiosam superstitem duxit ætatem. Ipse verò Iacobus Rex Ann. Chr. ∞ CC XXXV. Barcinonæ depactas nuptias ¹²³⁵ celebrauit cum Iolante, siue Violante, Vngariæ Regis filia: à nonnullis Hiolafia, ab alijs autem Andræua nominata. Ex qua fecundissimam sobolem propagauit. Filios scilicet quatuor: Petrum, Regnorum heredem; Iacobum, qui Balearibus Insulis à patre expugnatis, primus ab eodem, Rex illarum constitutus fuit; Ferdinandum, Rosilionis Comitem; ac Sanctium, Toletanum Antistitem, qui bellum contra Mauros aggressus, tragula ictus periit. Filias vero sex: Iolantem, siue Violantem, quæ Alfonso Castellæ Regi, in Romanorù Imperatorè vocato, nupta fuit; Costantiam, Emanuelis Lusitanix Regis confortè; Mariã; & Eleonorã, quæ ambæ innuptæ obierunt; Ysabellam, Philippi Francorum Regis vxorè; ac Sanctiam, quæ


¹¹ Vide genealog. Lusitanix

mutata veste, ad sacra loca inuisenda profecta, multa ibi in pauperes Christi præclara gessit; & post eius mortem clariora per eam, Omnipotentem Deum gessisse miracula, proditur. Alios etiam filios; Iacobum, ac Petrum idem Rex habuit ex nobili femina, Teresa Egidij Vidaure vocata. Qua se postea Regi nupsisse contendente, liteq. agitata propterea, ac ad Romanam curiam delata: matrimonium non fuisse, decretum fuit: filij tamen inde suscepti, legitimi constituti. Eos deinde pater Rex præcipuis ditionibus donauit; priorem, Exerica; Ayeruo autem, posteriorem. A quibus postea clarissimæ Exericarum, & Ayeruiorum Regiæ familiæ dimanarunt. Ipsa verò Teresa ad Zaydiæ monasterium, Valentia suburbano loco ab ea constructum, secessit: in quo quamdiu vixit, permansit. Ex varijs prætereà concubinis Rex Iacobus alios filios suscepit; Petrum; & Ferdinandum. Petrum quidem, ex Domna Berenguela Ferdinandi; ob idq. Petrum Ferdinandi vocatum: quem Yxaris opido donauit: & ab eo illustrissima, quæ nunc viget, Comitum Belchitensium familia ducit originem. Ferdinandum verò, ex quadam Sanctij Antilionis filia, Ferdinandum Sanctij appellatum: à quo nobilissima alia, quæ etiam nunc exstat, profuxit Castrorum gens, ita à Baronia de *Castro*, quam ei pater concessit, nominata. Singulæ autem hæ quatuor familiæ singula hæc Insignia gestarunt.


Exericæ:




Ayeruij:



Yxares:



Castrum.



Sed & Rex Iacobus quandam aliam Domnam Berenguelam Alfonsi, Infantis Molinæ filiam, contubernalem habuit: quacum, ut ipsemet in suis Commentarijs testatur, tamquam cum legitima vxore aliquot annos vixit vnâ prorsus. Aliquamdiu enim plus, quam decuisset, libidini paruit. De reliquo Princeps fuit, bello, ac pace clarissimus. Cuius illustria, & gloriosa facta, quia à nostratibus vtraq. lingua copiosè satis explicata sunt; silentio prætermittam: ea tantummodò attingere conabor, quæ mihi clariora videbuntur, & magis ad institutū nostrum pertinere. Balears Insulas, ac Murtiense Regnum vi expugnauit:

gnauit; & quod omnium maximum fuit, celeberrimam, & opulentissimam Valentiam Urbem. Ad cuius expugnationem vetustis monumentis testatū comperio, idem quod Michaël *del Molino* in suo Repertorio commemorat; Aragonēses quinta omnium bonorum suorum parte in hoc bello Regi subuenisse: ideoq. cum primū expugnata fuit, Aragonum Regno fuisse subiunctam, atq. ut in omnibus, Aragonum legibus, & Foris subiaceret, constitutum. Eodem verò Rege posthæc nouas municipales leges Valentinis rogante, Aragonenses quosdam Ricos homines, qui ibi aderant, grauiter conquestos fuisse: afferentes; Valentia nedum iuxta Aragonū Foros iudicia facienda, sed & Urbē ipsam, totumq. Valentinum Regnū, pro more apud nos solito, in Honores distribuendū esse: quandoquidem Aragonensium facultatibus partum fuerat. Quibus, dummodò conticescerēt, concessum fuisse traditur, ut quæ ipsis opida in Valentino Regno fuerant attributa, Aragonū Foris perpetuò parerent. quod in hodiernum vsq. diem seruatum cernimus. Municipales inde leges Valentinis irrogari cæperunt: tametsi aliquamdiu nostras apud eos seruatas constat, & forenses viguisse huic nostro Magistratui Iustitiæ Aragonum omnino similem Præfecturam. Atqui dum Iacobus Rex ipsam Valentianā Urbem obsidione premebat, memoriæ proditur, Vespertilionē quemdā, siue alatum murem, nidulum sibi in vertice Regij tentorij collocasse. Quem cum inde auertere famuli Regis conarentur; Regem id expressè vetuisse. Optimum enim nuntium eam sibi rem spondere affirmabat, quod Vespertilio is (neq. id enim vacabat mysterio) cum alioquin noctu tantū prodire soleat, lucemq. ac hominum concursum fugere; inter ipsos armorum strepitus in loco tam aperto, & propatulo nidulum sibi construere ausus fuisset: in quo postea & pullos peperit, & nutriuit. Inde Iacobus Rex, capta iam Vrbe, ipsius Vespertilionis effigiē in superiori parte Regij Armorū Scuti collocari iussit: eaq. Insignia Valentino Regno concessit; quæ ab eo tempore ad hanc vsq. ætatem eidem, sub *Rat pennat* vulgari vocabulo, propria manserunt militarium Insignium ornamenta. Miror autem, cur in Suritæ nostri Analiū voluminibus, atq. in publicis alijs nostrarū rerum, quæ quotidie proferuntur, monumentis, hæc quasi Aragonum Regni Insignia collocata sunt: cum numquam nostra, nec Aragonum Regum, sed istius tantum Iacobi Regis fuerint, ab eoq. primū, Elogij loco, gestari solita, postea Valentia, ac Valentino Regno concessa. Sed de hoc satis. Quare nunc ad rem. Iacobus ergo Rex quatuor ampla Regna

expugnauit ; duo Balearica ; Murtiense ; ac Valētinum, In quibus cum delubra ad bis mille in Deiparæ Virginis honorem construxisse perhibent: ac sub eiusdem Virginis nomine, cui se sæpius vouerat, sacrum, quē nunc vocamus, *Redemptionis Captiuorum Ordinem*, fundasse: & circ. Ann. *CCCCXXXIX*. Alcoleæ in opido antiquum illud ædificasse Fontisclaræ cœnobiū Cisterciense ; quod inde postea Michaël Zapata, primarius vir, & transferēdum curauit, & celebre, quod nunc prope Cæsaraugustam exstat, sub Sanctæ Fidei nomine ad Orbæ fluminis ripas cōstruēs, multis suis ornauit, ac locupletauit fortunis. Nec nō & in ipsa Vrbe idē Rex præclara, quæ nunc vigēt, Monasteria esse cōstituit: Sancti Dominici; Sæcti Frācisçi; ac Beatæ Catharinæ. Sancti Francisci quidē, vbi nunc Augustinorū exstat cœnobiū. Cetera verò in iisdē, quibus hodie inuisuntur, eiusdē Urbis regionibus. Sed Beatæ Catharinæ Monasteriū à quadā Domna Ermessenda *de las Cellas* sub Sæcti Damiani nomine cōstruētū fuisse, & ita in priscis monumētis appellatū inuenio. De eis autē sic statuo, vt quāuis hæc ipsi Iacobo Regi à scriptoribus tribuātur, nō omnia ab eodē ædificata existimem: sed quod aliorū piā volūtātē ad ea cōstruēda excitarit, vel quod eius tempore cōstruēta fuerint, vel ab eo fortasse locupletata. Fuit enim Rex Iacobus pietate, ac religione insignis. Et verò dū ab eo palā totius Regiæ ditionis singulæ partes, quas post ipsiusmet obitum vnicuiq. filiorum suorum obuenire statuebat, designatæ sunt: grauissima inde malorum femina excitata. Ea autem diuisio tripartita fuit. Nam Iacobo filio Baleares Insulas, ac Valentinū Regnum assignauit: Petro autem vniuersam Cataloniam; Alfonso filio grandiori Aragonum tantummodò Regnum relinquendo; quod in se Suprarbiensem, ac Ripacurtiensem ditiones, iam diu subiunctas, cōtinebat. Ac quò Petrum filium præ ceteris vehementiùs amabat, vt illius portio, Ripacurtiam, ac Montionis regionem complectens, magis cōcresceret: Cataloniæ fines, quos antea Sicoris fluuius terminauerat, ad Cingæ fluminis ripas proferendos sanxit. Vnde inueterata illa Catalanorum querella orta est: vt Montionis opidum contendant, intra Cataloniæ terminos constitutum: cum Aragonijs semper legibus, ac iuri paruerit. Alfonso filius natu maior tam amplis ditionibus se à patre exspoliari acerbè ferens, inanes eas omnes Regnorum diuisiones, post obitum patris futuras, minabatur. Hinc fratres inter se non consilijs solùm, ac studijs, sed armis etiam dissideere cœperunt: ac varias vtrinq. perditorum hominum factiones ad se allicientes, magnas denuo aduersus mi-

sus miseram Remp. procellas, ac ciuiles tempestates excitarunt. Quas eò vsq. peruenisse memorant, vt vix possent sani, & boni viri, villo loco, quieta mente consistere; nec quidquam apud nos esset, etiam intra priuatos parietes, tutum. Cumq. ad hanc immoderatam grassatorum hominum licentiam comprimendam, nec procerum colligationes in itæ, nec ciuitatum, & opidorum Vniones factæ sufficerent: vniuersum Aragonum Regnum, iam antea, vt quibusdam placet, distribui cœptum, nunc firmioribus præsidijs, pactis, & condicionibus admotis, in quinque regiones, quas Iunctas vocauēre, distribuendum curarunt, vnicuiq. earum certa, ac designata loca definientes. Quinque autem primarios Equestris ordinis viros constituerunt, singulis ipsis Iunctis præfectos: qui antiquitus, Paciarj sunt vocati. Pacerias enim appellarunt, quantitates eas, siue ea vectigalia, quæ quotannis ipsa opida præfectis huiusmodi pro eorum victu pensitabant. Et ab eo, quod ad pacem consequendam fuerant censa, Pacerias, quasi pacis iura nominarunt; ipsos verò præfectos; Paciarjos; quasi pacis viros. De quibus multa apud Suritam, & in For. *De confirmatione pacis*. sub hoc Rege editis. Sed plura apud Vitalem. Infra autem quid ille hac de re senserit, dicam: cum, vt in animo est mihi, illud de antiquis nostris quibusdam Magistratibus argumentum tractare cœpero. Postea verò hi; Supraiunctarij, quasi Iunctis præpositi, dicti sunt. Ad quorum munus hoc potissimum pertinebat, in seditiosos hosce turbulentos homines acerbè inuehi, eosq. vehementer infectari: vt ipsis extra Regnum pulsus, tranquillè, & placidè in eo traducere vitam liceret. Minimè autem Calataiubium, Daroca, Turolium, singulæve ipsis attributæ regiones, quas nunc *Communitates* vocamus, in hac Iunctarum distributione constitutæ fuerunt; nec ipsa minus Ripacurtia. Ferunt autem propterea id factum fuisse; quod in prioribus non tam redundantes, nec superfluentes fontium cateruæ vagarentur: quia eosdem puniendi curam habebant imperatores, siue militarium præfidiorum duces, ibidem constituti ad cohibendos Castellanorum impetus, quibus Regiones ipsæ cohærent. In Ripacurtia verò; quod ea tunc, Rege tandem id contendente, Cataloniæ finibus adscripta fuisset. Paulo post tamen, publica legis sanctione, Aragonū Regno restituta fuit, Suprarbiensiq. ac Vallium Iunctæ attributa. A quo autem tempore, quo Cataloniæ finibus designata fuit, Paciarjos Ripacurtiæ; Vicarius, nominari assuevit, Catalanorum genere loquendi, apud quos ita vocabatur. Verùm tamen lege postea cautum est, ne



amplius Vicarius Ripacurtiæ, sed Supraiuñctarius vocaretur. De quo habemus Forum speciale quadraginta post hæc annos conditum sub titulo, *Quòd Ripacurtia, & Lithéra, sint de Regno Aragonum*. Vbi de his multa. Hac igitur Regni in quinque Iunctas distributione, Forisq. annotatis, *De confirmatione pacis*. constitutis, Regnum nostrum tranquillari cœpit, ac omni prorsus perturbatione carere: tum verò præcipuè, dum Alfonso filius natu maior, prolis expers his temporibus decepsit. qui non Valentia, vt multi prædicant, sed Verolæ illustri apud nos in cœnobio, sepultus iacuit. Eo enim mortuo, cõstitutus super Regnorum diuisione ordo, subitò cõmutatus est totus: ac Petrus filius, qui patri erat præ ceteris charior, vniuersæ Regiæ ditionis ab eo statim declaratus heres; ac sub illius supremo imperio Iacobus frater, Balearium Insularum constitutus Rex. Maxima inde rerum conuersio. Supraiuñctariorum verò munus minimè abrogatum fuit, quòd Reipub. per quàm utile iudicaretur, in hodiernumq. diem exstat, tametsi nõ sine aliqua ipsius dignitatis imminutione. Quamquam autem varia nostris sub hoc Rege Comitata habita fuere: ea tantum persequar, quæ in nostrorum Fororum volumine annotantur. Siquidem ad Almudebaris locum Comitatus institutis, Ann. MCCCXXVII. For. 1. *De confirmatione pacis*. rogatus fuit. Tum alijs Cæsaraugustæ, habitis Ann. MCCCXXXV. For. 2. sub eodem titulo conditus. Alijs etiam, nequaquam Oscæ, neq. Ann. MCCCXLVII. prout malè inscripti omnes hi Fori leguntur, sed in Montionis opido Ann. MCCCXXXVI. editus est, For. 1. *De confirmatione monetæ*. Quod si quorundam scriptis fides adhibenda, vt meo iudicio adhiberi debet; nummaria apud nos res iam antea sub eodem Rege Ann. Chr. MCCCXXIX. apud Ilerdam Urbem fuerat constituta. Iam pridem enim erat hoc in more positum, nostrorumq. Regum instituto, vt vnusquisq. eorum in sui Regni initijs nummariam rem nouam constitueret, vel sua effigie adhibita, vel quandoq. etiam pondere, aut lege mutatis. Quod Iacobus Rex ad Ilerdã fecerat dicto anno. Cùmq. id nostris esset perquam graue, monetæ autem forma ab ipso Rege tunc excussa, eisdem vehementer placeret: de publica, & communi Regis, ac Regni consensione, dicto Foro postea cauendum curarunt, vt ea apud nos rata, ac firma perpetuò esset mansura. Propterea optimè dictus Forus, *De confirmatione monetæ*. inscriptus legitur: quòd eo non nouè constituta fuerit, sed ita confirmata, vt iam amplius augeri, minui, aut mutari non posset: sed sub eadẽ lege, pondere, ac figura hæreret perpetuò, quibus

Iacobus

Iacobus ipse Rex apud Ilerdam antea cudi fecerat. Atq. his etiam postea adiectum fuit, vt Iaccense nomen semper retineret: quemadmodum in Foro, *De Cursu monetæ*. Iaccensem autem dictam fuisse conijcere licet, in clarissimã Iaccetanæ ipsius Urbis memoriam; quòd præclarum Regij Aragonum tituli initium, in sese genitum, iam per tot sæcula tam faustè, & feliciter propagasset. Sed de hac nummarie rei constitutione ita in quadam antiqua glossa dicti Fori *De confirmatione monetæ*. Nota (inquit) quod ante huius monetæ Iaccensis cusionem tempore huius Regis factam (loquitur autem de hoc Rege Iacobo) monetæ apud nos aliam habebat figuram, aliamq. legem, ac pondus. Plus enim argenti in ea erat, nec tam magna forma. Solummodo erat figura unica Crucis, qualis est Crux, quam Rex Aragonum, vt Rex Aragonum facit in clypeo liuico, idest Ceruleo. Attamen in monetæ habebat pedem, vt hic: & ab alia parte caput Regis. Attamen veritas est; quòd dum dicti Reges intitulari cœperunt, Reges Suprarbij, Ripacurtia, & Aragonia fecerunt monetam pinguem in argento. In vna parte cuius erat caput capillis coopertum sine corona. In alia verò parte Crucis signum: atq. ex eius extremitate quidam quasi arboris frondes, Aragonio nomine circumscripto. Relicta verò priori Cruce, Crux quæ nunc à Iacobo Rege in denario Iaccensi posita est, est istius videlicet formæ.

Hæc itaq. vt dixi, in quibusdam antiquis Foris manuscriptis obseruantur. Sed nulla ibidem caussa istius mutationis adducitur. A nonnullis antiquitatis nostræ studiofis accepimus: Patriarchalem, idest, duplicem hanc posteriorem Crucem, à Iacobo hoc Rege adhibitam fuisse, vt & primam Crucem, quæ Garfice Eximini supra arborem; & secundam, quæ Innico Aristæ cælitus, apparuere, præsignaret: ideoq. eandem ipsam Patriarchalem Crucem in superiori parte Sigilli veteris maioris, ciuitatis Cæsaraugustæ, appositam fuisse. Nec malè quidem ea mihi videntur coniecta: optimè verò conueniunt cum ijs, quæ à nobis supra tradita fuerunt. Reigitur nummarie noua apud nos lex, pondus, ac notahis Comitibus ita constituta fuit: vt ea vniquam moueri non posset. Simul etiam & iisdem Comitibus decretum, quoddam nouum vectigal, Marauetinum vocatum, Regi, & posteris perpetuò censum iri.

Alia



1247 Alia autem Comititia ad Oſcam Urbem Ann. ∞ CCXLVII. celebrata ſunt. Quorum apud nos magna eſt memoria, ampliſſimis monumentis conſecrata. In eis enim, de communi Regis, ac Regni conſenſione, vniuerſum Ius noſtrum, quod diffuſum, & diſſipatum erat, Vitalis Canelis, Oſcenſis Episcopi, industria, & labore in ſingula genera coactum, ac digeſtum fuit: publica q. ſanctioe decretum, vt iuxta id deinceps ſingula quæq. fierent iudicia cauſarum. Vnde vetuſtiores hæ leges habentur omnibus, quæ apud nos vigent. Sed in eis, ac in noſtris, quas vocamus, Obſeruantijs (ne hoc ſilẽtio præteream) plurimæ inueniuntur de verbo ad verbum omnino ſumptæ à legibus, quæ hodierna die ſub Suprarbiens ſis Fori nomine paſſim exſtant conſcriptæ: quarum plurima adhuc externa opida nedum ipſam retinent nomenclaturam, ſed & forenſem quoq. ac quotidianam exercitationem & vſum: quemadmodum cernimus in nonnullis, tametſi priuatis, earum exemplis. Hæ autem apud eos veterrimæ habentur. Vnde etiam colligitur hanc Suprarbij vocem non nouè quæſitam, vt Garibaio placuit, ſed vetuſtate antiquiſſimam exſtitiſſe. Nam eadem proſus ratione, qua à priſco Suprarbiens ſi Regno, tamquam ex fonte, Aragonum, & Nauarræ Regna fluxiſſe demonſtrauimus: ita quoq. nec valde temerè, affirmare liceret omnes leges, quæ apud nos, ac Nauarrenſes vigent, ab antiquo illo Suprarbiens ſi Foro dimanari: quamuis eas poſteà & Regnorum, & temporum vicifſitudines commutarint. Nequaquam enim de nobis prædicari poſſet, quod de ſolis Lacedæmonijs aliquando prædicatum fuit, eos vnus ſemper moribus, & numquam mutatis legibus vixiſſe. Itaq. his Comitijs nullæ nobis leges nouæ rogatæ ſunt, ſed tantum quæ obſeruandæ erant, ex priſcis ſelectæ; tametſi aliter non nemo prodidit, qui noſtros numquam antea, quod iuſtum eſſet, ſcientes, ius sæpe cum iniuria confundere fuiſſe ſolitos affirmauit. Interdum enim agreſtiores nos ille, quam ipſa effinxit natura; cum & idem Rex in ipſarum legum præſatione, à ſe eas fuiſſe tantum ex varijs ſuorum prædeceſſorum Regum ſcriptis collectas, fateatur. Ob idq. in proëmio Comitiorum, quæ Exeæ poſteà ab eodem Rege habita fuerunt Ann. ∞ CCLXV. de quibus paulò poſt, dum *ſtatuiſſe Regem Iacobum* continetur; additur quoq. *& ſeciſſe Foros novos apud Exeam*: quod ij noui, atq. tunc primùm ederentur, priores verò nequaquam. In hac autem noſtrorum Fororum collectione, ſiue, vt noſtri loquuntur, *Copilatione*, præcipuam operam nauauit Reuerentiſſimus ille Vitalis Canelis Oſcenſis Episcopus,

magnæ

magnæ eruditionis vir, ac in priſcis noſtris Regniſcitis valde verſatus: qui præter hoc magni laboris, & industriæ opus, Reipub. adeo vtile, & neceſſarium: librum etiam composuit varia noſtrarum antiquitatum explicatione referentem. Is autem, quia incipit, *In excelsis Dei theſauris*: vulgò *Liber in excelsis* dictus eſt: cuius meminit prima Obſeruantia ſub titulo. *De venatoribus*. Illud tamen valde dolendum eſt, nullum ferè in his omnibus nec veſtigium quidè de Magiſtratus Iuſtitie Aragonum institutione apparere. Sed dū de eo verba facere oportet: tamquam rē notam, teſtatā, manifeſtā, atq. apud omnes peruulgatam proferri, eodem proſus modo, ac dum de ipſo Aragonum Regno ſermo proponitur. Quam de hoc Magiſtrato loquendi formam in omnibus noſtris Foris, tum antiquis, tum poſterioribus, ſeruatam videmus: apertiſſimè tamen in ijs, qui apud Exeam Ann. ∞ CCLXV. ſub eodem Rege editi fuerunt, ſub titulo. *Statuit Rex Iacobus, & ſecit Foros novos apud Exeam*. Comititia verò hæc, quibus dicti Fori rogati ſunt, extrema ſunt eorum, quæ, vt diximus, in noſtrorum Fororum volumine ſub hoc Rege habita perhibentur. In eis autè ſancitum fuit; vt qui Magiſtratum gereret Iuſtitie Aragonum, ex eorum Ordine neceſſariò eſſet, qui militari ſunt cingulo inſigniti: ne ex ſupremo Ricorum hominum cœtu, neve ex alio ordine, aut infima plebe quiſpiā ad munus hoc exequendum vocaretur. Ac Rici homines illam ob cauſam ab eo gerendo ſunt excluſi, quòd per noſtras leges in eorum corpora grauiter ſæuire, etiam ſi mererentur, ob eximiam ipſorum dignitatem, non licet. Is verò, qui huic Magiſtrato præſit, neceſſe eſt, cuiumq. quatumuis graui, & acerbæ, ſi leges violat, pœnæ vt ſubiaceat. Quibus de rebus copioſius aliàs. Eiſdem etiam Comitijs quædam adhibita fuit antiqui Suprarbiens ſis Fori interpretatio. Nam cum in illius tabulis, quas annotauimus, cautum fuiſſet, vt ad hunc Magiſtratum, tamquam ad Iudicem Medium, ab ipſo Rege, ſi quempiam læderet, prouocare liceret; ne eius rei iudicium ſoli Iuſtitie Aragonum fuiſſe attributum cenſeretur, eidemq. plus, quam oporteret, conſeſſum: lege tūc ſancitū eſt; vt iſtius facti iudicatio, quamuis ad ipſum Iuſtitiam ſpectet, ſit tamen ab eo facienda, adhibito Ricorum hominum, & Militum conſilio, qui, vt ibi legitur, *non ſint departida*: hoc eſt, quòd facti illius participes non ſint: Vt in For. 1. & 2. *De Officio Iuſtitie Aragonum*, iſdem ipſis Comitijs promulgatis. In quibus omnibus cum prior huiusce Magiſtratus publicis legibus conſtituta auctoritas inueniatur; nulla proſus de eius institutione fit mentio; quemadmodū nec de ipſius Regni

primor-

primordijs: quasi quæ vna, & eadē apud nos fuit vtriusq. origo; & de eisdem loquendi eadem etiam ipsa ratio sit. Sed vt finem imponamus huic nostro sermoni, quem longiorem oportuit esse in huius Regis factis recensendis, quod multiplex, ac varia eorum series existit; Iacobus Rex, Regali munere gloriosè perfunctus, senex obiit Valentia. A. D. VI. Kal. Aug. Ann. Chr. ∞ CCLXXVI. ætatis suæ septuagesimo secundo; Regnorum verò ferè sexagesimo tertio: Rem, vt idem affirmat, à Dauith, & Salomone Regibus ad ea vsq. tempora minimè visam. Ad Populeti cœnobium sepultus est. Duo insignia Monialium Monasteria eius tempore prope Cæsaraugustam Vrbem existisse comperio. Alterum prope Lucenich, & Alcalæ opida ad Iberi ripas, medio quasi loco, constructum, quod sub Cisterciensi Ordine, beatæ Mariæ Regalis nomine appellabatur: eidēq. illustris quædā femina, Sanctia Innici, Abbatissa præposita, à Petro Garfia Ianuas Cæsaraugustano Episcopo Ann. ∞ CCLXXIII. benedicta fuit. Inde postea ad Trafouarem locum, vbi celebre nunc existat, translatum. Alterum verò in opido, *Peraman*, prope Alauonem, ad Salonis fluminis oras. Cuius imperio paruisse perhibent locum quendam *PoXuelo* nominatum, ad *Carrapinillos*, quos nunc vocamus, montes situm. Sed horum hodie nulla existant nec vestigia quidem. Eorum verò, qui sub hoc Rege Iustitiæ Aragonum fuerunt, non ita. Nam & nomina, & facta magis inter se apta, & connexa, quàm ad hæc vsq. tempora, inueniuntur. Fuerunt autem plures, videlicet; Petrus Petri Tarazona, quem nominauimus paulò ante; Ioannes Petri Tarazona, eius filius; Martinus Petri Artassona; Petrus Martini Artassona I. Petrus Sanctij; Rudericus Castellezuelus; ac Fortunius Ahe. Martinus autem Sagarra, vix affirmare possum, an sub eodem hoc Rege, vel sub Petri III. illius filij imperio Iustitiam obtinuerit. Adhuc enim certam huiusce rei rationem neq. studio assequi potui, neq. industria: tametsi ipsum Sagarra in hæc tempora incidisse comperio. Sed de his suo loco. Quandoquidem autem huius Iacobi Regis Regno, Anno infra annotato, beatus Dominicus, innocēs Cæsaraugustanus, qui *Sancti Dominguito* vulgò appellatur, illustrem in eadem Vrbe martyrij coronam reportauit: gloriosam illius mortem hoc loco, antequàm ad Regis Petri facta conscribenda traducar, recensere decreui, ne tantam apud nos rem vlla vquam obruat vetustas: et verò præcipue, vt eorum Sanctorum imitatores esse propensiori animi studio laboremus, quorum nobis in ea, quam

quam nunc colimus, vrbe tot gloriosa trophæa proponantur. Huius verò Martyris tale fuit: quemadmodum in templi maximi Tabulario memoriæ proditum existat.

Incipit Passio Beati Dominici, Innocentis Martyris, Cæsaraugustani.

AD honorem Domini nostri Iesu Christi, Saluatoris, ac Redemptoris nostri; qui salus, & vita est omnium; cui omne genu flectitur caelestium, terrestrium, & infernorum: necnon etiam ad honorem Innocentis Martyris sui, nomine Dominici. Qui apud Ciuitatem Cæsaraugustanam natus est cum signis mirandis; videlicet cum corona in capite, & Cruce in armo dextro; cuius fuerunt genitores Sanctius de Vall Tabellio, & Elisabeth uxor eius. Et cum Dominicus haberet aetatem annorum septem, & literas edisceret, & tractatus enormis, & nefarius inter hostilem, & impiam gentem Iudaorum eiusdem Urbis, iniquitatibus vsitatum, esset habitus, ut quicumq. occultè furaretur, aut raperet paruulum Christianum, & eis traderet, ut morti daretur; esset ab omnibus peytis, ac tribulationibus, & impositionibus quibuscumque per eos soluendis exemptus: exinde Mossè Albayhuz, eto Hebraeus, mali conscius, Iuda iniqui proditoris sauisimus imitator, suggestione diabolica, rapuit occultè, & repente Dominicum; & eum ligatum fune Aljama tradidit Iudaorum. Qui crudelissimè, renouantes Christi sanguinem, clavis pariete paruulum confixerunt, & eius latus grauitè lancea perforarunt. Et inde sat agentes, ne hoc nefas tam detestabile panderetur; eligentes tempus opportunum, ad litus fluminis Iberi corpus Martyris occultarunt. Christus autem scrutator cordium, & cognitor secretorū, pro quo Sanctus Dominicus passus erat; corpus eius iam voluit reuelari. Itaq. factū est, dum custodientes nauiculas, quæ erant ad portam præfata ciuitatis, sollicitè vigilarent: viderunt aliquibus noctibus lumina calicæ valde corruscantia supra locum litoris, vbi sanctum corpus, ut prædicitur, fuerat occultatum. Admirantes, quid hoc esset; cum hoc esset relatum ciuitati: aliqui ex Ciuibus accedentes ad litus prædictum, corpus Martyris absq. capite, & manibus, ligatum funibus inuenerunt. Clero autem, & populo hoc scientibus, fuit inde illud ad suprædictam Ciuitatem ductum, atque positum in Basilica Sancti Egidij. Ex qua, aliquibus diebus elapsis, cum corpus Martyris extraheretur; se quidem miraculosè, flexis genibus, absque vllò dubio, ante ostium ipsius Ecclesiæ assistenti populo ostenditur. Et audito præconij sonitu generaliter per Ciuitatem facto, necnon Episcopo, & Clero ad prædictam Ecclesiā cum ingenti sollemnitate,


P & populi

Et populi celebri deuotione uenientibus, miris corruscantibus miraculis, omnium sancta congregatio fuit facta. Et per manus Sacerdotum cantantium, et Deo psallentium, omnibus alijs Dominum in Sancto suo deuotissime laudantibus, sollempni processione unanimitè ordinata, et ad tam insigne spectaculum Ciuibus, Militibus, Nobilibus, et cuiuslibet conditionis hominibus, ac mulieribus: occurrentibus, ac cereos albos suis in manibus baiulantibus (ubi dulcissima omnium instrumentorum musicalium melodia, ac tubarum sonora armonia non defuit) ad Ecclesiam Sancti Egidij primò accersitis, et ibidem debite receptis; per omnes Ecclesias sanctum corpus alacriter delatum, tandem per portam Cignegiam abeuntibus, exinde ad Sanctam Sedem Urbis prænominata fuit sollempniter translatum. Mosse Albayhu tandem corde contritus, et relicta uia iniquitatis, impietatis, et doli Iudeorum sacramentum Baptismatis acceptauit. Contemplemur eia fratres charissimi patientiam, passionem, et innocentiam beati Dominici, eius sacrum tumulum assidue uisitantes. Hic est comes Innocentium, et Martyrum, habens Insignia Christi: et etiam positi in agritudine, et alijs necessitatibus, ut eum adiutorem sentiamus, eum fiducialiter inuocemus: cuius meritis, et precibus efficiamur participes Regni Dei. Passus autem est Beatus Dominicus mense Augusti Anno Incarnationis Dominicae M C C L. Regnante Domino nostro Iesu Christo. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto uiuit, et regnat per infinita saeculorum saecula. Amen.

At Arnaldum Peraltam Episcopum eo tempore Cæsaraugustæ sedisse constat; magnæ religionis uirum, ac in literarum scientia valde uersatum. Qui nobilissimo genere ortus erat. A Peraltarum enim apud nos clarissima familia ducebat originem. Is secundus Episcopus fuit Valentinae Urbis, post eam ab hoc Iacobo Rege Christianis, quemadmodum narrauimus, restitutam. Inde ad nostram Urbem translatus, præsens affuit mirandæ huic rei. Propterea me hoc loco illius mentionem facere dignissimum iudicauim. Itaque tot rebus insignibus, meritò illustre Iacobi Regis I. Regnum exstitisse censendum est. Verùm illustrius redditum fuit, ineffabili, ac diuino Sacratissimi corporis Domini nostri Iesu Christi mysterio, quo Daroca ipsa Urbis tantoperè nunc gaudet insignita. Sed nunc ad Petri III. Regis facta annotanda conuertar.

Petrus III.

Petrus III. Magnus, Aragonum Rex XV.



IACOBO enim Rege uita functo, Petrus filius, excelsi, atque inuicti animi Princeps, Regnorum Aragonum, Valentiaë, ac Principatus Cataloniae hereditatem adiuit; qui apud nos tertius huius nominis fuit: quintus decimus autem Aragonum Rex. Illustre uerò id Magni cognomentum, inde sibi inditum prædicat, nec immeritò; quòd tametsi Romanorum Pötificum, ac omnium ferè Christianorù Principum potentiaë aliquamdiu in eius ruinam, tamquam in communem hostem, Ecclesieque inimicù conspirarunt; sui prætereà subditi, antiqua iura, patriasque leges in quamplurimis rebus, frangi dolètes, ab eo disside re, pristinae libertatis retinendæ causa, coacti fuère: sola animi sui magnitudine omnes has, graues quidè, ac per se magnas, difficultates cõcoxit, neque nõ imminutã solùm, sed ingenti potius incremento adauctã sibi, & posteris ditionis suæ maiestatem reliquit. quasi ad id potissimùm tot in eum procellas excitatas fuisse iudicemus, ut magis illius uirtus, atque animi splendor enitescerent. Costantiã iam diu, uiuente patre, uxore duxerat, Mafredi Siculi Regis filiã, atque heredem: quã sociã sibi, ac comitem esse uoluit, dũ Regale Diadema, maiori quàm antea apparatu, ac sollempnitate imponendum curauit. Illud autem magnum fuit ipsius humanitatis, ac prudentiaë signum; quod etsi pater adhuc uiuus, extremo licet spiritu exanguis, & confectus, uniuersa eidem Regna detulerat; nunquam tamen se Regem saluari passus est; sed tantùm Infans primogenitus, etiam mortuo ipso patre, appellari uoluit, Regale prorsus nomẽ recusans, donec sibi pro more solito à cunctis Regni Ordinibus defferretur. Ad eam autem rem Nouemb. mense eiusdem Ann. Chr. M C C LXXVI. maximis ad Cæsaraugustam Urbem Comitibus institutis, Petrus ipse, ac Costantia uxor, sollempni pompa in templo maximo illius simul excepti, Regijs Insignibus ornati fuère, atque oleo sacro à Bernardo Oliuella Tarraconensi Archiepiscopo uncti.

P 2 Verùm

Verùm antea Petrum ipsum expressè, adhibita sollemni stipulatione, excepisse proditur; quòd tamen Regalia sibi, ea, quam recensuimus, forma, imponerentur Insignia; nequaquam se ob eam causam iuri suo in aliquo velle abrogare, vt ab Ecclesia Romana, neve per eam, neve contra eam, vllò vnquam tempore, illa se suscepisse induceretur. Atq. hoc idem nonnullos post eum Aragonum Reges cauisse comperimus, dum se simili modo Regijs Insignibus honestarunt. Et verò Petrus Rex nec ita multò post, nouam Siciliensis appetendi Regni molem aggressus, ipsemet sibi summum, in quo erat, otium perturbauit. Siculi enim cum post Manfredi Regis interitum, qui Reginae nostrae pater erat, Caroli Regis imperio paruissent; neque untes iam amplius, vt dictitabant, illius perpeti dominatione superbam, neq. Gallicae suae gentis quotidiana, maxima, & turpia conuicia sustinere: effrenatè, soluto quodam, ac libero totius populi motu, in Gallos, insultantes, ad vesper tinam illis, memoratam satis, inferendam necem commoti sunt, quàm singuli postea singulis suis hospitibus intulerunt. Quo commisso facinore, Siculi statim, publica legatione missa, proiecientes se ad istius nostri Regis pedes; eidem, quòd maritus esset Constantiae Reginae, filiae Manfredi, Siciliae quondam, vt diximus, Regis; vniuersum ipsum Siciliense Regnum, bona, fortunas omnium, ac sese metipsum totos offerentes prorsus, illius auxiliu, ac fidem implorarunt. Petrus Rex turpe statuens eos deserere, quorum legati supplices ad ipsius pedes miserè lacrymantes iacebant; Siciliae praeterea Regnum, quòd iniuste à Carolo oppressum saepius mœruerat, vltro tunc sibi delatum videns: quo erat excelso, & magnifico animo praeditus, vniuersum totius imperij sui patrociniu in Siculorum opem immittendu decreuit: seq. eis, & ad imperiu, & ad periculū, atq. aciem futurum praesto, victoriaq. aut morte satisfacturum spondit. Iccirco protinus ingenti classe, quam iam antea ornari iusserat, ad Siciliae oras appulsa, primus nostrorum Regum transmarina bella aggressus fuit. Sed antequam nauim conscenderet, Alfonsum filium natu maiorem, quem vniuersi Regni Ordines in Comitibus Caesaraugustanis, quorum supra meminimus, futurum heredem, solito iurisiurandi interposito foedere, designauerant; ditionibus Aragonum, Valentiae, ac Cataloniae donauit: quasi illius animus futura mala, sibi iam imminetia, praesentiret. Neq. ea res cuiquam tunc in opinione esse poterat dubia, aut incerta. Siculorum etenim causa in eum statum peruenerat, vt quisquis eorum partes susciperet; vltro, atq. obuiam grauissimis se offerret periculis: cum non ipsius Caroli solum, ludifi-


ficati Regis, saeuitia, sed Romani Pontificis, ac Francorum Regis, qui illum fouebant, totiusq. ferè Italiae concitata vis, & potestas in eum esset necessariò eruptura. Sed tamen quaecumq. proponeretur fortuna, eam sibi omnino Rex Petrus subeundam statuit: modò afflictis Siculis imploratam opem, auxiliuq. praestaret. Itaq. postquam ex sententia nauigans, tandem cum maxima classe, equestribusq. ac pedestribus copijs, Siciliam appulit; incredibili alacritate exceptus, Septemb. mense Ann. **CCXXCII.** generalibus Comitibus indictis, totius Siciliae sa- 1282 lutatus fuit Rex. Cuius animum quòd Siculi ipsi ad quaecumq. pro eorum defensione, subeunda pericula magis firmarent; sese prius omnes, publica, ac sollemni vniuersorum Regni Ordinum iurisiurandi religione interposita, deuinxerunt, pollicentes Regis vitam, ac commodum, quantum vires sufficerent, defensuros, quoduisq. sibi ipsis potius periculum adeundum fore, quàm ab hac fide, & voluntate deficerent. Regis etiam postea promissionem accessisse proditur, se eos, quos tuendos susceperat, numquam à se desertos esse passurum. Hinc varia bella commota sunt, acerba, atq. horrida: quibus diutissimè non ipsa quidem Italia modò, sed totus penè Christianus orbis exarsit. In his autem omnibus Petrus noster Rex nedum praestantissimi imperatoris susceptum munus, sed & fortissimi quoq. gregarij militis cumulatissimè expleuit. Nam à Carolo competitore, qui strenui Principis locum obtinuit, in singulare certamen vocatus, impigrum se praebuit: ac opportuno, quamuis insperato tempore, non sine magno vitae periculo, constitutum certaminis locum accurrens, celebrem triumphum ex inimico absente reportauit: cum alioquin quòd prouocator esset, primus eo loco sistere debuisset. Philippo etiam Francorum Regi, ipsius Caroli fratri, qui maximo suorum, & foederatorum comparato exercitu Catalonia inuasit; perquam pusillis copijs obuiam procedens, audacter obstitit: eumq. funesta peste correptum, inanem coegit, ac mortuum in Galliam redire. Fuit enim eidem Petro Regi, praeter singularem hanc inuicti animi virtutem, quaedam ad tot res benè gerendas diuinitus adiuncta fortuna. Sed tamen dum fortis ad pericula haberi, voluit; in Rempub. nostram setalem exhibuit, vt non magis eius tempore externis, quàm malis domesticis laborarit. Nam cum ab eodè Rege antiqua Regni scita, patriaeq. leges passim labefactarentur, nec quidquàm quotidianè ea de re proposita quaerellae prodesse: nostri maioru exēplo, arctissimam inter se coierunt generalem proceru, opidorumq. Vnionem, intermissae libertatis

vindicem: quam tanta constantia, animorumq. firmitate roborarunt, vt ab ea se diuelli nec vi, nec metu, nec vllis prorsus blanditijs paterentur: adeò vt inter hos tot, ac tantos externorum bellorum tumultus, nihilominus de communi, ac publica libertatis causa priùs agendum statuerent, quàm ab illa mente desisterent. Nec minoribus profectò, quàm his omnibus angustijs efferuescentem Regis spiritum conqualfari oportebat. Tandem nostri, quod cupiebant, consequuti sunt. In 1283 Comitijs enim Cæsaraugustæ habitis Ann. Chr. ∞ CCXXCIII. V. Non. Octob. Generale, quod vocamus, Priuilegium nobis irrogatum est: quo intestina bella aliquamdiu sedata fuerunt. Verùm Rex Petrus, cuius acrem, & elatum animum non natura sua, sed necessitas ipsa lenierat; initam nostrorum Vnionem acerbè ferens, Petro Martini Artassonæ, Iustitiæ Aragonum, Magistratum abrogauit. Quamuis autem se ad id adductum dicebat, quòd ipse Iustitia sibi esset suspectus: simulata istæ omnes erant, & confictæ causæ: cum reuera quia in Vnione coeunda suam præcipuam operam Iustitia nauarat, contra eum Rex acerbã iram suam, intimo corde conceptam decreuisset, in muneris tandem abrogatione erumpendam. Cui statim quemdam præposuit Cæsaraugustanum ingenuum ciuem, Ioannem Egidij Tarinum. Vnde reuirefcere cœperunt domestica mala, quæ iam exaruisse credebantur. Nostri enim hanc ob causam, quam summæ libertatis statuerunt, intermissam Vnionem renouarunt. Post varios tandem rerum euentus, Petrus Rex, vt nostros ad se alliceret, quòd de Gallicarum copiarum aduentu graues sparsi essent rumores; Comitiam è ciuitate Osca, ad quam fuerant indicta, ad Zueræ opidum, à Cæsaraugusta Vrbe non longè, Ann. Chr. ∞ CCXXCV. transferenda decreuit. In quibus quamquàm id, super quo præcipua contentio ortafuerat; vtrum scilicet Rex ipsi Iustitiæ Aragonum, Magistratum abrogare posset, necne, deffinitum non exstat: sed iam nunc publica lege, ne id Regi facere liceat, interdictum est: quemadmodum demonstrabimus infra suo loco. Siquidem tunc in ea causa superfederi oportere visum fuit nostris. Etenim cum Gallici exercitus tubarum sonitu, & clangore iam iam totum ferè Regnũ personaret: satis benè res domesticas constitutas duxerunt, quomodocumq. constituerentur; modò in tanta rerum perturbatione, afflicti Regis animum, nimio tam potentis inimici exercitus terrore perculsum, subsidio suo, ac impensa ope excitarent. Rex autem ea erat calliditate præditus, & astutia, vt se modò lenem, ac mitem, modò austerum, & acerbum redderet, iuxta

iuxta oblatisibi temporis fortunam. Itaq. nostri veteres initas querellas deponentes, in patriæ defensionem properarunt: quæ Dei nuntio Regisq. & suorũ virtute ab imminenti Gallorũ periculo liberata fuit. Sed hac de re æquum erit hoc loco, vt Martinum nostrum Regem loquentem audiamus. Nam sic ille, dum Gerundensem Ecclesiam donis locupletare curauit; quemadmodum in Regestro Gratiarum Ann. ∞ CCCXCIX. continetur. *Quia accensi nedum splendore nostræ deuotionis innata, quam erga Ecclesiam Sancti Felicis ciuitatis Gerunda, quæ perfectione operis indiget, non immerito gerimus, cum ipsa beatorum Narcisi, & aliorum quamplurimorum Martyrum, quorum corpora in eadem Ecclesia requiescunt, præclorum meritorum titulis illustretur: sed etiam instinctu Serenissimi Domini Regis, genitoris nostri, recordationis eximia. Qui, vt accepimus, beneficiorum non immemor antiquorum, quæ Altissimi misericordia, ipsorũ Martyrum contèplatione, fuit in eadem ciuitate moles elargita: præcipuè tempore guerra strepitus Regis Francorum. Cui, ac eius cohorti pestilentiam tantam muscarum, ipsorum Martyrum, vt legitur, meritorum suffragijs, miraculosè immensus conditor Orbis immisit, quòd earum fœtidis stimulis ab expugnatione ciuitatis ipsius, quam viriliter debellabant, & in qua ipsorum quamplurimi perierant, penitus cessauerunt: sic quod ipsa ciuitas ab eorum manibus extitit liberata.* Philippus enim Francorum Rex mortuus, vt retulimus, ad propria reuocatus fuit eodem Anno ∞ CCXXCV. Quo noster Rex 1285 Petrus, ne diu tantæ victoriæ potiretur, A. D. IV. Id. Nouemb. in Villa Franca de Panades, Pænorum olim, nunc insigni Cataloniae opido, ex hac vita migravit. Barcinonæ in monasterio Sanctarum Crucum sepultus iacet: Princeps quidem ingenti rerum gestarum gloria refertus. Ex Costantia vxore, præter Alfonso filium grandiozem, paternæ ditionis, vt paulò ante diximus, heredem, reliquit etiam filios: Iacobum; Federicum; ac Petrum. Iacobum quidem, Regem Siciliae primùm, deinde Alfonso fratre sine filijs decedente, Aragoniæ ditionis potitum: Federicum verò, in Iacobi fratris locum Siculis Regem suffectum. Siciliae enim Regnum, à Caroli manibus ereptum, hereditario iure sibi, & posteris mansit incolume. Petrus autem filius natu minor, illustrissimam, ac ditissimam feminam, Gulielmam Moncadam, vxorem duxit: quæ per id temporis parrochiam beatæ Mariæ de Pilari ad nostram hanc Vrben Honorario retinebat iure, sicuti Gastoni Beneharnensi Vicecomiti priùs tradita fuerat, quemadmodum supra explicauimus; à quo ipsa Gulielma origi-

nem ducebat. Sed ea postea sine prole decedente, ex ipsius testamento, ut proditur, illa Urbis Regio in Regum potestatem peruenit. Filias etiam reliquit: Isabellam; & Costantiam, quam nonnulli Violantem nominant: hanc Ruperto Neapolitano Regi nuptam: illam vero Dionysij Lusitaniæ Regis uxorem; quæ plurimis eximia sanctitatis miraculis fulgens, Sanctorum numero adscripta fuit: quartusque dies Iulij eius annua celebritate apud ipsos Lusitanos peragitur. Alios etiam filios idem Rex Petrus habuit, non iusto matrimonio natos. Ex quadam enim Maria Nicolai suscepit tres: Iacobum; Ioannem; & Beatricem. Ex alia Agnesia Zapata quatuor; Petrum; Ferdinandum; Sanctiam; ac Tereciam: ex quibus varia soboles propagata est. Huius autem Regis Regno, An. Chr. 1279. à quadam Domina Oria, Pallariensi Comitissa, illustre, quod nunc exstat, Beatæ Mariæ de Casuas cœnobium de Stephani Osciensis Episcopi consensu ædificatum fuisse comperio: aliud vero paucis post annis funditus euersum, quod ad Bayo, prope Sadabam opidum, temporibus Raymundi Berengarij, Barcinonensis Comitis, Circ. Ann. Chr. 1246. constructum fuerat. Ipsius autem euersionis eam fuisse causam perhibent, quod Prior, ac Monachi illius, turpi iudicio malæ erga patriam fidei, conuicti fuissent. Cuius ruinæ nonnulla hodie cernuntur vestigia. Iustitias autem Aragonum sub hoc Rege eostantum fuisse inuenio, quos annotaui: Petrum Martini Artassonam; ac Ioannem Egidij Tarinum; qui Alfonso etiam Rege regnante, eundem Magistratum per aliquot annos obtinuit.

Alfonso III. Munificus, Aragonum Rex XVI.



REGIS namq. Petri mortui hereditas gloriæ, ac ditionis ad filium peruenit Alfonso: qui tametsi rerum magnitudine ob exiguum suæ vitæ

suæ vitæ curriculum patri adæquari non potest; plurimum tamen eidem præstitit mansuetudine animi, ac liberalitate. Vnde Largus, & Munificus cognominatus est. Ad Balearum maiorem insulam, viuentem patre, profectus, Maioricæ Regis sibi nomen vendicauit, patruo inde pulso, quod Gallis in patrem irruentibus opem tulisset. Ibi eidem de patris morte nuntiatum fuit. Qua de re statim literas ad nostros misit. In quibus cum se Aragonum Regem nominaret, nostris id perquam graue visum est: proptereaque legatos ad eum decreuerunt, tum patris mortem maximè dolentes, tum etiam exoptulantes, ne ante Regale Diadema maiorum more susceptum, Regio se nomine honestari pateretur. Quibus Regem benignè respondisse ferunt, se minime quidem id fecisse, ut antiquis patrijs moribus deductio fieret: sed quia indecorum fore iudicauerat; se, qui iam Maioricæ Regno occupato, Regale inde sumptum nomen adsciuerat, Regio nomini Infantis Aragonum nomen anteferre. Hoc autem, quod erat totius suæ ditionis caput, nullomodo postponendum censuerat. Verum se illico Cæsaraugustam venturum, ut in ea pro veteri consuetudine suam cumulatè officium expleret. Quod ita effectum fuit. Feria enim quinta Maioris Hebdomadæ, Ann. Chr. 1286. eam Urbem ingressus est: ac in templo maximo illius, sequenti Dominicæ Resurrectionis die, oleo perunctus sacro, Regale nomen, ac munus assumpsit: antiquaque Priuilegia, ac Regniscita quamprimùm confirmauit, nostris ibidem generalibus Comitibus institutis. In quibus nullæ leges conditæ. Quædam tantummodò facta fuerunt Comititalia decreta de Regiæ domus ornatu, atque ordine. Veteres enim fuerant ea de re sæpius à nostris querimonie iactatæ; nouam scilicet rationem, & modum adhiberi oportere, ut dispersum, & dissipatum Regale patrimonium connecteretur. Nostri etiam Regiorum Aulicorum munerum mandandorum curationem ad se solos spectare contendebant. Rex id neque præscripta aliqua lege cautum asseuerans, neque usu receptum esse, à conuentu discedens, Osciā properauit. Ex eo res in maius adducta est discrimen. Nostri enim contra, & Priuilegio generali rogatum, & in more positum affirmabant. Verum à Comitibus intempestiuè discedere, id quidem dicebant, Regi nefas fuisse: neque tantam iacturam factam iuris æquè sustinendam. Idcirco protinus Unionis vires, ac nomen concitarunt: quod pro communi causa libertatis non verbis solum, sed armis quoque contendere liceret. At Alfonso Rex mala, quæ aderant iam, & impendebant, depellere cupiens, Osciæ ubi aderat,

vbiaderat, de quorumdã procerũ sibi assentiẽtiũ cõsilio, infra scriptas sanctiones ex edicto suo promulgauit: quibus se credidit totã hanc controuersiam sedaturum. Edixit enim:

Vti deinceps Rex singulis diebus Lunæ in publico adesset: suorumq. petitiones audiret.

Vnde Forus postea editus Ann. Chr. ∞ CCC. sub Rege Iacobo II. huius Regis fratre, manauit: quem nunc habemus sub tit. *Vt Dominus Rex in audientia diebus Veneris, vel Sabbati audiat conquerentes.* Sanxit etiam:

Vt consiliarij Regij quotidie vnum se in locum ad consilium congregarent: Rex verò diebus Martis, & Veneris ante meridiem eodem congressu coniungeretur cum ipsis: vt eo præsente & priuata rerum suarum, & publica quoq. negotia transigerentur.

Præterea:

Vt singulis diebus Iudices, quos vocabant, Curia in Aula Regia iudicia facerent.

Ad hæc:

Vti Quæstores Regij, & qui vectigalia excercebant, tribus personis à Rege destinatis datorum, & acceptorum rationes redderent. Rex autem, ac consiliarij Regij ad hosce calculos vocarentur.

Item:


Vt Maiordomus Regius sumptuarias rationes quotidie à dispensatoribus acciperet; assidente sibi Scriba, quem vocant, Portionum: qui rationes ipsas subduceret, in codiceq. referret.

Alias etiam his similes sanctiones protulit: quæ licet nostris placebant; displicebat tamen, quòd ex Regis edicto solùm, non tamen de Comitiorum sententia latæ fuissent. Etenim maiores illi nostri permultùm semper iudicarunt in omnibus rebus interesse, quibus illæ modis fiant. Propterea Vnionem initam minimè dirimendam duxerunt. Deniq. post varios rerum euentus, quos hîc recensere nequaquam est nostri suscepti muneris, Alfonsus Rex in Comitij Cæsaraugustæ habitis Ann. Chr. ∞ CCXXCVII. illa duo memorabilia Vnionis Priuilegia concessit: quæ tot postea virorum sanguine atrata fuere, ac tandem à Petro Rege IIII. vt paulò post dicemus, abscissa. Eorum exempla, quæ vix vlla reperiuntur, in præfati

fati Excellentiss. Archiepiscopi monumentis annotata inueni. Atq. illa ego libenter adiunxissem huic meæ propositæ narrationi. Continent enim, quam initio expressimus, Fori illius Suprarbiensis feriem, ac de Iustitiæ Aragonum potestate non pauca. Expressé enim cauebatur: ¶ Ne contra Iustitiæ Aragonum interdictionem, quam nos Iurisfirmã vocamus, Regem in quosuis animaduertere liceret. Quod si fieret, dabatur nostris libera illa, quæ fuerat in Suprarbiensi Foro, optio delata. Sed libentius publicæ legi parebo, qua id facere nefas est decretum: mihiq. ab ea re omnino temperabo, ne illa videar nunc velle me inducere, quorum memoriam, cum vestigio exempli, maiores nostri sapientissimè quidem non ex patrio more, atq. institutis solùm, sed ex priuatis etiam literarum monumentis delendam, vno omnium consensu, legeq. publica ea de re lata, decreuerunt. Eorum itaq. rogatione Alfonsus Rex nostrorum animos quàm maximè sibi conciliauit. Omnibus enim discordijs sedatis, armisq. depositis, cum nihil postea nisi de ciuili pace tuenda cogitaret: eum mirificè coluerunt, & amarunt. Nec abs re. Præter hanc etenim eximia suæ virtutis laudem, in dando munificentissimus fuit; in exigendo autem non acerbus. Eleonoram, Eduardi Anglici Regis filiam, in matrimonium ducere concupiuit. Cumq. tandem de pactæ hæ inter eos nuptiæ fuissent, atq. ad eas celebrandas magnificentissimi apparatus instruerentur, sic vt numquam sumptuosiores: pestilentimorbo affectus, mortem obiit immaturã A. D. XIV. Kal. Iul. Ann. Chr. ∞ CCXCI. ætatis autem suæ XXVII. In tumulo matris Barcinonæ in cœnobio fratrum minorum sepultus, liberalitatis, & mansuetudinis suæ triste omnibus desiderium reliquit. Quòd sine filijs decessisset; Iacobus frater è Sicilia Regno, cui post obitum patris præerat, ad hæc capeffenda traductus est: Federico altero fratre in Sicilia Regem adscito. Anno autem Chr. qui eius obitum anteceffit, ∞ CCXC. Vgo Mataplana Cæsaraugustanus Episcopus, Fortunij Verguæ successor, Religiosis, & Fratibus Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo XV. Kal. Iulij facultatem concessit, vt in Cæsaraugustana Vrbe sui Ordinis domum ædificare possent. Quæ eo tempore constructa fuit, quo nunc cernitur loco: vbi antea quoddam Diuæ Helenæ delubrum Eremiticum exstabat. Sed celebre nostra ætate ibidem monasterium inuisitur. Illius verò structuræ initium datum fuit tempore huius Alfonsi Regis. Sub cuius imperio duos tantum Iustitias Aragonum fuisse constat: Ioannem Egidij Tarinũ, quæ supra

supra annotauimus; ac Ioannem Zapatam Cadreto, virum nomine, & memoria dignum: qui etiam Magistratum obtinuit Iacobi II. Regis temporibus, quæ nobis ordine pertractanda occurrunt.

Iacobus II. Iustus, Aragonum
Rex XVII.



ALFONSO etenim Rege sine liberis decedente, cum Iacobus frater è Sicilia Regno, ubi aderat, ad hæc obtinenda fuisset vocatus, ac more solito, Cæsaraugustæ Regali insignitus diademate, illorum curationem suscepisset; cumq. nec multos post dies magnum quoddam apud nos quorundam Optimatum disidium excitatum, eò vsq. ipsos perduxisset, vt fibilicere contenderent ab ipsius Iacobi Regis officio deficere, & ad alterius cuiusuis peregrini Regis mercedem se ipsos libere accomodare, quod se prædicarent in plurimis rebus nimium grauatos fuisse, ac maximis contumelijs affectos: ad eos sibi conciliandos Iacobus Rex Magistratus Iustitiæ Aragonum (cui tunc præerat idem, quem nominauimus, Ioannes Zapata) præsidium flagitauit: deposcens, quatenus Optimates ij ad docendum premerentur, qua de caussa huiusmodi faciebant disidia, satis ne esset ista eorū iusta defectio. Ioannes verò Zapata Iustitia Aragonum pro suo munere, re ipsa accurate perspecta, & cognita, iucundè, ac suauiter (quæ mirifica est huiusce Magistratus vis, ac potestas) Optimates illos, qui ex totius Regni primoribus erant, cum Iacobo Rege consociauit: edicto prius, vt quæ iactabantur Regis iniuriæ, arcerentur; ipsi verò Optimates ab institutis disidijs recederent. Cuius sententiæ protinus omnes paruerunt. Rex tunc Iacobus benignè, ac liberaliter eos in suam fidem recepit. Fuit enim æquitatis studiosissimus cultor, acerrimusq. iniustitiæ inimicus. Vnde meritò apud omnes nobile, ac illustre Iusti Principis cognomen tum obtinuit. Vxorem duxit Blācam, Caroli Neapolitani Regis filiā.


Depactas

Depactas enim cum Ysabella, Castellæ Regis filia, quam nonnulli Mariam vocant, celebrare nuptias nequiuit, Celestino V. Pont. Max. consanguinitatis gradui, quo inuicem coniuncti erant, indulgère renuente. Propterea Ann. Chr. ∞ CCXCV. Blancam in matrimonio ¹²⁹⁵ habuit, nimia sanctitatis feminam, beati Ludouici Tolosani Episcopi, cuius erat germana soror, pietate, ac religione valde confimilem. Quinque ex ea filios suscepit: Iacobum; Alfonsum; Ioannem; Petrum; ac Raimundum Berengarium. Filias totidem: Mariam; Costantiam; Ysabellam; Blancam; & Violantem. Iacobus quidem natu maior (vt de his omnibus aliqua in medium adducamus) viuente patre totius eius ditionis heres designatus, illius successionem, & quod summum fuit, Eleonoram Ferdinandi Regis Castellæ filiam, sibi in coniugem, sacro Missæ nuptialis foedere iusto, datam reiecit, non sine magna omnium admiratione, patris verò acerbitate, & tristitia; qui summopere filio Regale Diadema imponendum optarat. Tamen factum hoc minus consideratum, ac leuitatis, & futilitatis plenum, visum fuit. Etenim cum Iacobus filius, dimissa vxore, licet minimè cum ea concubuerat, Sancti Ioannis Hierosolymitani Religioni primùm, deinde Beatæ Mariæ Montefæ militari instituto, quod his temporibus cœperat, se addixisset; temperantiæ quidem, aut continentia nulla, incontinentia verò, & mobilitatis plurima satis testimonia dedit. Tandem adhibito sollempni, quod vocant, scriptionis genere, vltro se pater-norum Regnorum exheredem constituit. Quorum propterea ad Alfonsum fratrem meritò venit hereditas. Fuit namq. Alfonsus, Princeps minimè maioribus suis indignus. Sed de eo paulò post dicendi locus erit. Ioannes autem, huius Regis tertius filius, ex Montis Aragonum Abbatia ad Toletanæ Ecclesiæ pastorem curam euectus, inde ad Patriarchatum Alexandrinum cum Tarraconensis Archiepiscopatus administratione assumptus, doctrina, & sanctitate mirificè claruit. Petrus quoq. illius frater, Ripacurtiæ Comes, pietate, ac religione insignis fuit. Ipso enim Comitatu, qui iamdiu Regio Diademati subiunctus exstiterat, à patre donatus, Ioanna vxore mortua, Fuxensis Comitissæ sorore, cum filijs ex ea procreatis ampla sua bona partitus, mendicitatem illis omnibus præfere-rens, in Valentina vrbe Beati Francisci Religionem suscepit, ac in ea mira, & singulari paupertatis patientia ornatus, vixit, & obiit. Cuius postea Alfonsus filius natu maior, vt demonstrabimus,

Q. Martino

Martino Rege mortuo, Regnorum successionem appetiuit. Raimundus autem Berengarius Pratensem obtinuit Comitatum. Atque hæc de filiis. Maria verò filiarum grandior Petro Infanti Castellæ nupsit: Costantia Portugalæ Regi nepoti: Ysabella autem Federico Austriæ Duci, Romanorum Imperatori designato. At Blanca filia, insignis fuit Xixenensis monasterij Priorissa. Sed Violans, primùm Philippi Romanæ Despoti vxor; eoque deinde mortuo, D. Lupi Lunæ, primarij apud nos viri, Segorbienlis ciuitatis domini: qui postea Lunensis Comitis nomen assumpsit. Tanta, tamque illustri progenie Iacobum hunc Regem Regina Blanca vxor honestauit. Quæ quamdiu vixit, pijs semper operibus intenta fuit. Celebre, quod nunc Cæsaraugustæ exstat, Monialium Sancti Dominici monasterium sub Sanctæ Agnetis nomine construxit. Circ. 1300 Ann. Chr. ∞ CCC. Atque eodem anno, Regis ope, & impensa, ad Ilerdam urbem publica disciplinarum Gynasia, ac Scholæ constitutæ fuerunt. Decennio autem post, Ann. Chr. ∞ CCCX. Barcinonæ Regina ipsa Blanca extremum vitæ suæ diem morte confecit. Monachos Augustinianos his temporibus, Circ. Annum 1313 Chr. ∞ CCC XIII. Cæsaraugustam venisse comperio: in eaque sui Ordinis domum collocasse, forsitan quo nunc visitur loco. Nec longè post, cœnobium Monialium Sancti Sepulchri fuisse institutum à nobilissima Marchesia, Theobaldi Nauarræ Regis filia, Petri Ferdinandi Yxaritani vxore, Cir. Ann. Chr. ∞ CCC XIX. Is autem annus apud nos & prisca sæculis, & præsentibus, memorabilis semper habitus est, nedum Mariæ Reginæ Aragonum morte, quacum Iacobus Rex mortua Blanca se matrimonio coniunxerat, eratque soror Henrici Regis Cipri: sed Cæsaraugustanæ Ecclesiæ in Metropolitanâ cohonestatione, Ioannis XXII. Pont. Max. speciali gratia, & fauore. Proditur enim Pontificem hunc Ecclesiæ nostræ studiosissimū fuisse. Post hæc autem Ann. Chr. ∞ CCC XXII. Iacobus idem Rex aliam duxit vxorem, Elifendam Moncadam, nobilis Petri Moncadæ, & Bergæ Pinos filiam. Sed nullam ex ea, neque ex superiore Maria, prolem suscepit. Filium habuit illegitimum, Iacobum: quem amplissimo patrimonio in Sardinia donauit. Illius enim, & Corsicæ sollemnem, quam vocant, Inuestituram à Bonifacio Pont. Max. obtinuerat: quamquam in earum expugnatione diu, ac sæpe ita armis, & ferro tam Iacobo ipsi, quam posteris Aragonum Regibus contendere oportuit; vt non gratis traditæ ambæ hæ Insulæ censeripossint, sed plurimo sudore,

dore, & maiorum nostrorum sanguine partæ. Iam verò ne rerum in Sicilia gestarum, quæ multæ, & magnæ exstiterunt, narrationem penitus omittamus, Iacobus Rex, qui dum Siculis præfuit, constanti animo, & virtute, officia eorum, ac partes susceperat; ad hæc nostra trāsatus, mentem, voluntatemque suam mutare coactus est, armaque quibus sæpius pro illis dimicârat, subitò in eorum damnum conuertere. Etenim cum huiusmodi Regna vehementer affligerentur, quòd indies contra se, ob eam Siculorum causam, Apostolicæ Sedis indignatio ingrauesceret, diuque Ecclesiastico subiacerent Interdicto: pro summa, quæ semper, Diuino beneficio, apud nos viguit illius Sæctæ Sedis obseruatiâ, maiores nostri, cum Iacobo Rege, statim in suo apud nos regnandi initio, agere cœperunt, vt quoquomodo fieri posset, tot incommodis patriam leuaret. Ille verò à Romano Pontifice id obtinere nequiuit, nisi prius ad arma ære proprio contra Siculos ipsos fumenda seipsum obstringeret. Eamenim, Ecclesiæ causam esse, Pontifex ipse decreuerat. Itaque in eorum, quos prius fouerat, periculum noua Regem moliri oportuit: vt Sanctæ Sedis concitatam iram, quando aliter fieri non poterat, etiam Siculorum periclitatione, leniret. Quo Regi ad dolorem nihil accidere potuit acerbius: quandoquidem belli fortunam non in eorum modò discrimen, quod acerbum erat, tentare cogebatur, sed, quod acerbissimū, in Federici germani fratris ruinâ: quæ Siculis ipsis Regem cõstituerat. Siculi tamè, qui dubijs rebus forsitan fuissent infirmiores; desperatis magnopere cõfirmati fuere, maiorèque Federico Regi, quam antea habuerat, addere animū cœperunt. Ipse verò Federicus, cuius animi magnitudinē nulla vquam inflectere potuit aduersa fortuna, omnium in se obiecta tela, vi sua, ac virtute, perfregit. Tãdè Sicilia Regno quãdiu vixit, potitus est, & posteris suis hereditariū cõstituit. Sed ipso Regno præstantiorem eis tradidit hereditatem; gloriam nominis sui, rerumque gestarum. Ob quas viuente proditur, vna omnium consensione, adeptum fuisse amplissimum Federici Magni cognomentum. Sed de his dicere mihi longum esset præfertim ad alia properanti. Hoc breue dicam, hæc, quæ cernuntur, Siciliae Regni militaria Insignia, ab eodem Federico Rege cõstituta fuisse, ex Aragonum Regum, & Romanorum Insignibus Imperatorum, à quibus maternus auus, Manfredus Rex, originem ducebat, compacta. Noster autem Rex Iacobus (vt ad eum redeamus, cuius hîc res gestas breuiter suscepimus perstringendas) post-




Quam

quàm manum à Siciliensi bello subduxit, nō sine magna Romani Pō-
 tificis, Gallorumq. omnium querimonia, qui Sicilia Regnum fundi-
 tus conterendum proposuerant: ad nostros reuocatus, in hoc sibi totis
 viribus elaborandum constituit, vt quæ ad sacros ritus pertinerēt, assi-
 duisq. bellorū tumultibus fuerāt dissipata, diligēter instaurarētur, sum-
 maq. esset in omnibus suis Regnis in iuredicundo seueritas. In quo tā-
 tum consequutus est, vt nec multos post dies omnia viderētur à summis
 laboribus, & miserijs ad placidissimā pacem, & tranquillitatē traducta:
 tametsi eam (quæ mira fuit illius sæculi labes) aliquamdiu perturbarūt
 nouæ quorūdā concitatae ex nostris hominibus dissensionēs. Quicūm
 se stipendijs militaribus, quæ merebant, vulgariq. nomine, *Cauallerias*
 vocabant, conquererentur spoliari à Rege sine caussa: minimè dubita-
 runt Cōitionem quandam, ad Vnionis instar, facere inter se, & iura-
 mentis, & obsidibus communitam. Id enim sibi & maiorum more, in-
 stitutumq. concessum esse, ac legibus, & Priuilegijs Regno rogatis, affir-
 mabant. Rex verò contendebat, se malitiosè nihil contra quemquam
 eorū nec fecisse, nec facturū vquam, quin potius iniquè has de se que-
 rellas à nōnullis ex eis iactitari, qui maleficio, & scelere pascebātur, pro-
 ptereaq. ipsis iustitiæ nomē odiosum erat: placere sibi, quòd caussa hæc
 apud Aragonū Iustitiā, quemadmodū patrium summum diffinitū ius
 erat, ageretur. Itaq. ad Cæsaraugustā Urbē Comitijs indictis, istius con-
 tentionis iudex constitutus fuit Iustitia Aragonum: magnus ille, cla-
 rus, & præstans, Eximius Petri Salanoua, Ioannis Zapatae succes-
 sor, nomine, ac memoria dignissimus vir. Qui vt M. ille Varro Ro-
 manæ antiquitatis, sic ipse nostræ diligentissimus inuestigator fuit;
 earumq. rerū scientiā, quæ apud nos solo vsu cōstabant, à maioribus ac-
 ceptam, auctamq. per se se, pluribus quàm antea, ac illustrioribus literis
 explicauit. Eas autē, quòd ab ipso collectæ fuerint, Salanouæ Obseruā-
 tias appellamus. Re igitur in iudiciū adducta, quamquàm ij, qui caus-
 sam dicebant, Iustitiā Aragonū ab illius cognitione repellere conati
 sunt, asserentes, cū in ea, de iurisiurādi religione violāda, seruādave
 agendū esset, idq. ad Iudicis Ecclesiastici iudiciū spectaret, quòd caussa
 illa esset merè (vt loquūtur) Ecclesiastica, minimè eā posse propterea
 à Iustitia Aragonū definiri, qui Sæcularē tantū iurisdictionem exer-
 cebat: verūtamē Iustitia Aragonū, de more pronūtiauit, ac sine vlla
 exceptione præcīdit; Cōitiones eas penitus dirimendas esse, tamquàm
 minimè permissu legis initas, iuramenta q. ob eam causam adhibita,
 rata esse non debere; quòd in re minus æqua facta fuissent. Ipsarū verò
 Cōitionum

Cōitionū magistrōs, & auctores Regis nutui, ac voluntati subiacere:
 modò ne de capitibus illorū, nec de omnibus bonis proscripio ferretur:
 neve mulctarentur perpetui carceris, aut exilij pœna. Sanxit præ-
 terea: ¶ A sententia per Iustitiā Aragonū de Comitiorū consilio
 lata nullū prouocationi locū relinqui. Rex hilarè, ac studiosè dicto
 audiēs fuit. Se enim libenter cum suis coram Iustitia Aragonum acto-
 rem sæpius constituerat, vt vel se eis æquabilem, ac iustum præstaret,
 vel facilius nocentes opprimeret. Proditur autem eundem de se se ple-
 rumq. solitum affirmare: se numquàm in omni vita sua in iusti-
 tia fouenda à recta conscientia fuisse transfersum, nec scientem ab
 obseruatione legum vnguem discessisse. In his autem Comitijs, quibus
 hæc gesta feruntur, Ann. Chr. ∞ CCC. ad Cæsaraugustam, vt di-
 ximus, Urbem, idem Rex antiquas leges emendandas curauit, ac in me-
 liorem ordinem redigendas. Quarum qui tunc liber editus fuit, mo-
 re antea seruato, nonus Fororum Aragonum liber appellatus est. In
 quem etiam coniectæ sunt aliæ leges, deinde nobis sub eodem Rege
 constitutæ, tam in Comitijs ad eandem Urbem in sequenti Ann. Chr.
 ∞ CCC I. habitis; quàm in alijs, quæ Alagonis opido Ann. Chr.
 ∞ CCC VII. & Darocæ Ann. Chr. ∞ CCC XI. habita fuerunt.
 In quibus enucleandis multa accuratè effecit Salanoua ipse, singulari
 sua diligentia, & doctrina. Vltimis verò Comitijs ab eodem Rege ha-
 bitis Cæsaraugustæ Ann. Chr. ∞ CCCXXVI. insignis illa, quæ ho- 1326
 die exstat, generalis Priuilegij Declaratio rogata fuit: eaq. plurimæ du-
 bitationes, & controuersia sublatae, ac nonnullæ libertates Regno at-
 tributæ: quæ antea non lege fortasse scripta, sed in capitibus prudent-
 tum, vt in præfatione exposuimus, communiq. omnium ore versaban-
 tur. Demū his, nonnullisq. alijs rebus, Iacobus Rex nostris se reddidit
 beneuolentiorē. Nec diu equidem postea vixit. Anno enim Chr.
 ∞ CCCXXVII. A. D. IV. Non. Nouemb. Barcinonæ vitam 1327
 amisit, annum agens ætatis suæ sexagesimum sextum. Ibidem in cœ-
 nobio Sanctarum Crucum sepultus est: diuturnisq. exequijs, sed diu-
 turnioribus lacrymis meritò cohonestatus. Fuit enim simplicis cuius-
 dam veritatis, iustitiæq. amicissimus: bello præterea, ac pace amplissi-
 mus, & clarissimus Princeps. In eius locum Alfonso filius successit. In
 locum autem Salanouæ, Sanctius Eximini Ayerbius: qui diu ipsius
 Alfonsi tempore eidem præfuit Magistratui. Sed nunc nobis de Al-
 fonso dicere propositum est.

Aragonensium rerum
Alfonfus III. Benignus, & Pius,
Aragonum Rex XVIII.



E T E N I M ob miram, quam diximus, fratris grandioris inconstantiam vitæ, ac mutabilitatem, Alfonso iste, Iacobi II. F. totius paternæ ditionis heres institutus fuit. Iam pridem autem, Ann. Chr. ∞ CCCXIV. nobilissimam, ac ditissimam, Teresiam Entenzam, vxorẽ duxerat; Gombaldi Entenzæ, & Domnæ Costantiæ Antilionis filiã: Vrgelitani Comitatus, plurimarumq. aliarũ ditionũ heredẽ. Ea simul cum Sanctio filio, illius partu correpta, Cæsaraugustæ obierat quatruido ante foceris Regis interitum: ibidemq. in celeberrimo Sancti Francisci monasterio sepulta iacet. vt hoc acerbissimo casu minimè possit inter Aragonum Reginas numerari. Filios peperit: Alfonso, qui paruulus obiit; Petrum, septimo mense natum, qui patri in Regno successit; Iacobum, Vrgelitanum Comitem, cuius postea nepos, vt mox dicemus, Regnum appetiuit; Federicum, qui puer mortuus est; ac Sanctium, qui quemadmodũ memorauimus, vna cum matre ante extinctus fuit, quam pene exortus esset. Filias quoq. Costantiam, Iacobo Maioricarum Regi nuptam; & Isabellam, quæ eodem anno, quo mater, vitam amiserat. Alfonso itaq. & vxoris, & filij exequijs operam danti; acerbum de patris morte nũtium allatum est. Cuius interitu, domesticum luctum nouis lacrymis, ac fletu augeri oportuit. Sed posteaquã iusta soluit paterno funeri cum ea, quam decebat supremi illius diei celebritas, & magnitudo; Regale sibi Diadema imponendum constituit, maiori quã vnquam antea pompa, & ornatu. Comitij propterea ad Cæsaraugustam Vrbem indictis, III. Non. ¹³²⁸ April. Resurrectionis Dominico die, Ann. Chr. ∞ CCCXXIIX. à Petro Lupi Luna, primo almæ illius Urbis Archiepiscopo, in templo maximo, sacro perunctus oleo, coronatus est. Totam deinde urbem, nobili equo aduectus, ambulauit, magna adhibita ludorum varietate, vestiumq.

vestiumq. tum argenti, tum auri mirabili copia: vt suæ maiestatis amplitudinem, ipsiusq. vrbis magnificentiam, omnibus, qui eò conuenerant, ostentaret. Quorum numerum Raimundus Mótaner, perquam grauis illius sæculi scriptor, qui se huic rei præsentẽ adfuisse perhibet; triginta millia Equitum superasse prodit. His peractis, Alfonso Rex ad publica Regnorum negotia pertractanda conuersus, Darocæ in mense Septembris eiusdem anni publico quodam edicto sanxit: Ne Patrimonium Regium, vectigaliue intra decem annos vllò modo, neq. à se semetipso, possent abalienari, aut disiungi. Quod maximam peperit inter fratres contentione, grauibus postea inimicitijs incensam: quæ diutius ipsam Rempub. afflictauit. Nam cum idem iste Alfonso Rex Ann. Chr. ∞ CCCXXIX. priori orbatus vxore, secundam du- ¹³²⁹ xisset, Eleonoram, Castellæ Regis filiam; quam, vt meminimus, Iacobus frater dimiserat; cumq. liberis ex ea susceptis, Ferdinando, ac Ioãni contra promulgatum à se se edictum, ampla quædam patrimonia constitueret: Petrus Regnorum futurus heres, in quo acris quædam fuit acies ingenij, ijs se exspoliari acerbè ferens, nouercam, ac filios, quã diu vixerunt, capitali odio persequutus est. Quod licet diutius occultũ continuat: verũ patre mortuo, adeo immaniter in eorum fortunas, ac vitã erupit, vt nec mitigari precibus, nec vlla vnquã sedari vetustate potuisset. Aliter certè, quã Alfonso pater assueuerat. Mirũ nãq. fuit & illis sæculis, ac etiam præsentibus, Petrum filium, hoc tam pio patre natum, ac benigno, in tam dissimilem naturam incidisse: cum non in corporibus solum magnæ fuerint inter vtrumq. dissimilitudines, sed maiores etiam in animis varietates exstiterint. In Alfonso enim patre, cuius hoc loco facta persequimur, omnia semper visa fuere, clementiæ, mansuetudinis, pietatisq. & humanitatis plenissima, tum inter ipsos armorum strepitus, dum adolescens, à Iacobo patre imperator constitutus, Sardiniam expugnauit: tum etiam post susceptum ab eo Regale, vt dictum est, munus. vt siue mediam, siue extremam illius ætatem attendamus, hæc semper eidem fuerit ab omnibus collaudatio attributa: quasi in eo benignitas, ac mansuetudo naturaliter insitæ viderentur. Vnde sibi Pij, ac Benigni Regis cognomentum inuenit. Tandem morbo graui, & mortifero affectus, ex hac vita migravit Barcinonæ A. D. IX. Kal. Febr. Ann. Chr. ∞ CCC. XXXVI. Eius corpus ad Iler ¹³³⁶ dã urbẽ delatum fuit, ibiq. in monasterio Sancti Francisci, Ordinis Minorum, vt ipse iusserat, collocatum. Quamquã autem sub eo nullæ nobis leges constitutæ fuerunt: alia tamẽ produntur annotatione di-

habitu fuisse fastigium. Neq. quoad ipse Rex ad Casaraugustam, omnium Regnorum principem ciuitatem, more solito Regijs decora retur Insignibus, Aragonensibusq. foros ac libertates sanciret, & ab ipsis Rex constitueretur: licuisse vniquam nec Regale munus exercere, nec dum Regium sibi nomen vendicare. Quam rem, licet minimè dubiã, Rex tamen disceptandam duxit. Tantopere enim nouitatibus, ac controuersijs delectabatur: vt sensus, ac considerationem suam in earum quasi aucupium, quam maximè intendere videretur. Tandem Casaraugustæ prius Regale sibi diadema imponendum constituit. Comitibus ergò indictis, Dominica die, Sanctissimæ Resurrectionis festum proximè sequuta, Ann. ∞ CCCXXXVI. pretiosa amictus veste, aureaq. coronâ insignitus, multis fulgentibus gemis illuminata, patrias nostras leges, maiorumq. instituta iureiurando firmavit. Catalanis postea ad Ilerdam conuocatis, leges suas, aliaq. scita perpetuò seruaturum, simili adhibita Iurisiurandi religione promissit. His ita constitutis, præter illud, cuius supra meminimus, in nouercã, ac fratres concitatum odium, quod nisi misera, & ad extremum iactata eorum fortuna, minimè vniquam saturari potuit: in Balearicum Regem Iacobum, Costantiæ sororis maritum, alijs etiam pluribus & propinquitatis, & consanguinitatis vinculis sibi coniunctissimū, effrenato, ac præcipiti furore commotus, varia intulit tum obsignationis monetæ, tum diminutæ maiestatis, tum etiã proditiõnis crimina. Balearicum namq. Regnum, iam inde ab illius constitutiõne, sub Aragonū Regum supremo iure, ac imperio constitutum fuerat. Petrus autem, miro certè in omnibus suis rebus simulationis artificio eruditus Rex, quò facilius posset omnium odio subijcere scelera, ac fraudes, quas in Balearicum Regem inferebat; iure prius, deinde vi, & armis cum eo sibi decertandum proposuit. Sed rei exitus apertè indicauit illius ferocè animum, immanemq. naturam: quando quidem nec miseranda Balearici Regis fortuna, qui se ad illius pedes supplex abiecerat, nec sororis lacrymis sæpius effusis, nec multorum precibus in eorum opem adscitis, à suscepta via potuit vniquam deduci, quin Balearicum Regno spoliaret. Quod tandem Aragoniæ ditioni perpetuò subiunxit: vt misero, atq. in felici Balearico Regi nulla spes reliqua esset. Cuius tam acerbū casum longæua ipsius vita acerbiorē reddidit. Diu enim vixit patria pulsus, & Regno. Clarentius tamen deinde nominari voluit; hac tam peregrini nominis mutatione, se eum, qui antea erat, simulare studens. Neq. ea Balearici Regni euerfione contentus, statim Petrus Rex nouã
aliam

aliam machinari cœpit: qua iura, ac libertates nostræ in extremum pene discrimen adductæ fuerunt, ac dimicationem fortunæ. Etenim cum virili prole careret, quòd Maria Regina vxor, Philippi, & Ioannæ, Nauarræ Regi filia, quam Ann. Chr. ∞ CCCXXXIIX. in cõ-
1338
 iugem acceperat, filias sibi tantum peperisset, Costantiã, Ioannam, & Mariam: Rex, se viuentē, decernendum constituit: Vti eo sine filijs masculis decedente Regnorum omnium successio Costantiæ filiæ grandiori defferretur: prætermisso Iacobo, ipsius Regis fratre germano; cui, eo casu, hereditario, ac legitimo iure ea omnis hereditas obueniebat. Quæ quidem contentio omnibus visa fuit magnitudine profectò grauissima: nouitate autem, certè prima. Minime enim videbatur ullam ea in re dubitationem esse posse, quin Iacobus frater, quem Rex palam heredem antea dictitaret, Regis filijs masculis deficientibus, in Regno succederet, filiabus Regis penitus exclusis: cum à longo iam tempore generalem Regnorum gubernationem Iacobus ipse tractasset; ad quam sedere, solis filijs Regum masculis primogenitis, futuris ve Regnorum heredibus concedebatur. In tot autem malis, quæ hanc ob caussam iam aderam, atq. impendebant, repente lætissimus dies quidam illuxit Ann. Chr. ∞ CCCXLVII. quo Maria Re-
1347
 gina, Valentia filium peperit: cui Petri nomen inditū fuit. Eo enim in lucem edito, omnis hæc dirimebatur controuersia de futura Regnorum successione. Sed subitò idem ipse dies calamitosissimus fuit: eaq. omnia quàm citò ex huiusmodi lætitiã, & voluptate ad luctum, & lacrymas reciderunt. Infantulus namq. Petrus, statim dum sacro Baptismate fuit insignitus, decessit: ipsaq. Regina, quinto postea die. Quod ingens sanè infortuniū, omnibus, qui Regis acerbitatē fuerant experti, illico maiora minari Reip. mala visum fuit. Præcipiti enim furore Rex Petrus, instituti sui nequaquam oblitus, nec multos post dies, Iacobū fratrem à suscepta generali Regnorum gubernatione deiecit: omnibusq. ijs, qui eius nomine aliquibus præerant Magistratibus, eosdē abrogauit. Nec nõ & publico edicto fratrem exheredans, Costantiã filiam generali gubernationi præposuit, tamquam veram, legitimam, vnicamq. quam statuerat totius Regiæ ditionis heredem futuram. Neq. verò vafro, ac callido Regi vetus sua abfuit ad præcauendū astutiã. Nonnullos enim ex nostris ad sese allicere curauerat, tum legū peritos, tum etiam Optimates: quorum auctoritate, & consilijs nefarium istud facinus colorabat. Ceteros nequaquam potuit in suam voluntatem adducere: quia nefas habebant, Rege sine filijs ma-
sculis

sculis decedente, fratrem Iacobum à futura deturbare Regnorum successione, quæ ad eum paterno, atq. auito iure, omnibus claro, & notissimo pertinebat. Inde apud nos plurimæ fuscitari cœperunt ciuiles seditiones, domesticaq. bella, acerba, atq. horrida; quæ vniuersam Regis ditionem vehementer afflictarunt, non tam diuturnitate temporis, quàm ingenti malorum multitudine, incendijs, rapinis, & ijs omnibus, quæ in atrocissimis bellis contingere solent. Qui enim ex nostris patriæ libertati studebant, quorum maior, & integrior pars habebatur, hanc tam grauem Iacobo iniuriam factam, haud leuiter ferendam statuerunt: neq. Iacobo ipsi solùm, sed vniuersæ Reip. factam fuisse. De qua nihil profuturum esse iudicantes, verbis conqueri, aut deplorare, quòd inexorabilem Regis animum cognouissent; decreuerunt eidem obfistere oportere armis, & vi: ne effrenato, ac solito suo furore, ad maiora damna patriæ inferenda, quemadmodum iam cœperat, properaret. Itaq. maiorum peruulgata exempla vendicandæ libertatis sequuti, denuo duobus illis Priuilegijs, quorum paulò ante meminimus, roborata; priscam illam Vnionis, quasi iam morientis Reipub. extremam vocem, auctoritatis, & grauitatis plenam, Regum insolentiæ apertū indicem, summa, ac singulari bonorum omnium consensione, excitauerunt. Quæ rei gerendæ ratio, tametsi antea Regiæ potestatis vim sæpius obsederat; verùm periculosa nimis eo tempore videbatur. Callidus enim, & versutus Rex eos ex nostris Optimatibus ad suam voluntatem adiunxerat, qui erant ex potentioribus, & primarijs viris. Sed ita contracta res fuit, & adducta in angustum, cum magna etiam esset aliarum iniuriarum vis; vt ad propulsandas eas nullus alius aditus nostris patèret, nisi solius Vnionis perfugium. Nondum enim tunc in Iustitiæ Aragonum Magistratum (quem illustris ille, egregius, ac præclarus vir, Garfias Ferdinandi Castrus gerebat) ea congesta fuerat potestatis vis, quæ ad reprimèdos impetus hosce sufficeret. In ipsam namq. Vnionem maiores illi nostri admodum veteres, plus certè, quàm decuisset, opis, & dignitatis contulerunt. Nihilominus tamen est valde mirandum, nullum ex his rebus, quæ hac tempestate gestæ fuerunt, istius Magistratus afflari odorem: licet nonnulli perhibent nostros illius iudicium subterfugisse, à Regis fratribus concitatos, tum Iacobo, tum verò præcipuè Ferdinando, ac Ioanne: qui in hanc tantæ dissensionis materiam, tamquam funestæ faces, adhæferunt. Et fortasse ipse Rex, vñta sua calliditate, & astutia, hanc nostris labem inferendam curauit, vt probabili aliqua caussa, sin iusta minus, in patriæ fortunam, quos moliebatur,

liebatur, impetus compararet. Quoquomodo se res habuerit, nostri veteri exemplo, & instituto, solitam Vnionem inierunt: quasi communi consilio, in retinenda libertate, vna mente, & voce consentientes. Dare autem operam cœperunt, vt quamprimùm omnes Cæsaraugustam Vrbem conuenirent. Ibidem ergò frequenti illico concursu factò, publici istius consilij auctores, ac rei gerendæ duces, Vnionis Conseruatores vocatos, designarūt. Ipsi autè meritò statuètes, necesse omnino esse ea in re omnes virium neruos contèdere, quòd ferox Regis natura comprimileui brachio non possset; vt ceterorum mentes faciliùs permouerent, cœperunt statim ad patriæ præsidium non solùm præsentibus multis cohortationibus, & exēplis, sed absentes quoq. varijs literis, ac nuntijs, diligenter instructis, excitare. Verumtamen ne hæc alicubi possent vitio verti, viderenturq. fortasse contra Regiam dignitatem inita, cum nequaquam tenderent, nisi ad retinendam tantummodò libertatem: magnum quoddam efficiendum curarūt, ad omnia quæq. obfignanda Vnionis monumenta, Sigillum. In quo vt sanæ eorum mentis, innatæq. fidelitatis illustre, ac publicum signum exstaret, reconditiq. illorum animi, casti, atq. integri, perpetuò apparerēt: hæc omnes rerum ibi expressarum apponendas effigies decreuerunt: siquidem, Regem ornatu Regali in Solio pro tribunali sedentem, populumq. armatum circumstantem, ad illius pedes abiectum, & supplicem, Regis misericordiam captantem. Et ea quidem pulcherrima sunt fidelitatis, & consentientis multitudinis signa; neq. solùm fidem, sed & fortitudinem etiam præfereunt: quasi & Regis insolentiæ indicia ostenderent, & nostrorum propterea dolorem vultu, gestuq. significarent, seq. coactos, & inuitos ad arma pro patriæ defensione capienda fuisse commotos. Non autem audaciæ, aut confidentiæ tribuenda videntur: quemadmodum placuit nonnullis; sed potius summæ erga Regem fidelitati: quandoquidem inter ipsos armorum strepitus, etsi Regis intemperantiam exprobrabant; supplices tamen, animo demisso, atq. humili, illius obtestabantur fidem, vt se docilem, ac beneuolum patriæ exhiberet. Neq. in sigillis solùm, sed in vexillis, ac militaribus paludamentis eadem hæc ipsa curarunt depingenda; vt ijs quoq. rebus inanimatis, ac mutis, indicarent omnibus, suam in Regem, Regaleq. munus perpetuam obseruantiam, &



fidem. Cautioribus sanè consilijs, quàm Valentini. Ipsi etenim dum similem inter se conflauerunt Vnionem, vnum, idemq. cum nostris in ea libertatis causa sentientes: liberiore tamen, quàm decuisset, licentia, in Regiam dignitatem irruperunt. Rex tantam suorum concitatam vim pertimescens, A. D. XIIIX. Kalen. Septemb. eiusdem Ann. 1347 Chr. ∞ CCC XLVII. ad Cæsaraugustam Comitiam indixit. In quibus dum de communi causa agi cœptum est; nostri quamprimùm statuerunt, novos Regi Consiliarios, atq. ministros dari oportere: quippe quòd non aliunde, quàm à prauis suorum cōsilijs Regem fuisse inductum prædicarent in tot errores, quot tantarum rerum nouitas attulisset. Nec non & illa duo Vnionis Priuilegia ab Alfonso III. irrogata, denuò ab ipso Petro Rege, quamquàm inuito, & recusante, confirmari curarunt: illius assensionem captare studentes, ad roborandam susceptam eam, tam apertam militaris disciplinæ viam, in itæq. ab ipsis vim, ac potestatem Vnionis. Præterea Iacobo fratri generalè Regnorū Procuracionè restitui fecerunt: super quo præcipua contentio orta fuerat. Sed tamen perceler interitus illius magnâ illico in plerosq. atrocis rei suspicionè iniecit: Regè veneno, eidè mortè cōsciuisse. At qui cùm Rex in æde maxima Cæsaraugustana pro veteri cōsuetudine suggestū ascēdisset, de Comitijs dimittēdis verba factururus: ardēs iracūdia, & stomacho, asperiora nōnulla, & intolerabilia in quosdam ex nostris nominatim emisit. Qui dū lacepsiti audacter respōderūt; Regis ferocitatē tantopere irritarunt, vt subitò maior, quàm antea colluuiò, ac rerū euersio visa sit. Rex enim festināter Vrbe egressus, Optimates quosdā à nostris alienare curauit, & in suam partē trāsferre: quorum ope, & cōsilio, quòd ex primoribus essent, properauit rem deducere in vltimū belli iudiciū; vt hanc, quā ipse prædicabat, seditiosorū hominū procacitatē non iam iustitia, & æquitas, sed ferrum impium, ac cruentus gladius vindicaret. Ferdinādus, omnium nostrorum concitandorum caput, ac Ioannes, Regis fratres, qui iisdem Comitijs adfuerant, vniuersum Regnum illico ad arma vocauerunt: Vnionisq. vexillum à maxima Vrbs domo deducentes, propalam in publico loco, tamquam communis pro patria belli iustum, ac certissimum signum, collocarunt. Tunc clades miseræ patriæ flamma, ferroq. parata est. Et quam à tot antea sæculis benignitas Dei ad tantam gloriam erexerat, maiorumq. tum Regum, tum subditorum virtus ad summam laudem extulerat: repente ad fatalem depulit calamitatem inflammatus, atq. ignitus Regis furor: præcipuè verò fraternum odium.

Postquàm

Postquàm autem nostri pacis condicionibus, à memorato Garfia Ferdinandi Castro Iustitia Aragonum propositis, acquiescere noluerunt; optimus quisq. iudicauit, Vnionem eam ad vlciscendas potiùs veteres Regis, ac fratrum inimicitias, quàm ad defendēdā patriæ libertatē iniri. Militaribus deniq. copijs vtrinq. collectis, cùm ad Epilæ opidum, à Cæsaraugusta ipsa non longè, acies conuenissent, postquàm acriter, diuq. ab vtraq. parte pugnatum fuit, haud aliter certè, ac si omnibus pro aris, & focus constitutum esset certamen: nostri tandem A. D. XII. Kal. Aug. Ann. Chr. ∞ CCC XLVIII. in Regiam potestatem venērūt, ab illius exercitu superati. Sed nihil tam præter spem vniquam, quàm quòd post huiusmodi victoriam visum fuit. Nam cùm funesto hoc casu nedum iura, ac libertates, sed & ipsi quidem parietes nudi, qui tunc stabant, & manserunt, extrema iam omnium malorum metuere incommoda viderentur: Rex tanta victoria potitus, suam acerbicatem naturæ, maxima humanitate, ac insperata clementia temperauit. Quamquàm enim sæuiter animaduertendum censuit in nonnullos; reliquis tamen omnibus libenter pepercit: quòd eos sciret falsis fratrum suasionibus fuisse in magnum illud discrimen adductos. iam vt satis liqueat, nequaquā tantā malorū molem, quanta dum vixit iacuit oppressus, hunc Regem Petrum depellere potuisse à se se, nisi acris eius, acerbaq. natura aliquibus virtutis radicibus niteretur. Vt igitur iacentes omnium animos in retinendæ libertatis induceret spēs: generalia illico Comitiam ad Cæsaraugustam Urbem iussit conuocari. In quibus, absidente Galatiano Tarba Iustitia Aragonum, in Garfia Ferdinandi Castri locum suffecto, vno omnium consensu, Regis scilicet, ac Regni, quamprimùm decretum fuit; Vnionem ipsam à nostris funditus esse tollēdam. Tunc peculiaris ille Forus promulgatus, quem nunc habemus, sub tit. *De prohibita Vnionis cassatione, & annullatione ipsius, & dependentium ex eadem: & quòd de cetero numquam fiant, nec fieri possint.* Hæc enim omnia ipsius Fori titulus, quem, Rubricam, vocamus, complectitur: quasi visus fuerit ipse Rex, paucioribus verbis memoriam extinctionis illius haud fuisse satis expressam iudicasse, nisi in ipso titulo tot verborum strepitum adiunxisset. Quin & illud est in dicto Foro maximè ponderandū: quòd tametsi in eo duo illa Vniones Priuilegia, ab Alfonso Rege irrogata, expressè nominantur, penitusq. extinguenda fanciuntur; nullā videmus ibi diei, aut loci, quibus concessa fuerant, factam mentionē. Atq. vt antiquus quidam istius Fori, vt Iurisperiti loquuntur, glossator obseruauit, à Rege id consultò

omissum fuit, ne dum ea fortasse recitaret, licet id solum tenderet ad eorum funditus tollendam fidem; quidquam ex eis approbasse tacite induceretur: non sibi sat ducens Vnionis ramos, ac truncos amputare, si non minutulas quasuis euelleret fibras radicum. Nec non & eundem Regem proditur cum archetypa ipsa Priuilegia laceranda in manus sumplisset suas; dum nimium festinanter pugiunculo quodam, quem assidue secum gestabat, eadem rescindere concupiuit, & digito sibi sanguine elicuisse. Cuius promptum illud tunc, ac facetum dictum omnes ferè concelebrant scriptores. Nam cum ea suo sanguine tincta insperisset: iustum erat, inquit, ut quæ fuerant tot virorum sanguine atrata, non nisi Regis ictu cõciderent. Præterea ne in aliquibus forsitan Tabularijs, aut priuatis scrinijs aliqua dictorū Priuilegiorū exempla manerent, quæ in posterum possent nostrorū animos reuocare ad Vnionis pristinae spem: ardenti studio curauit, ut omnia quæq. haberi possent, siue publica, siue priuata essent monumenta, ac siue de ipsa Vnionis agerent, siue nequaquam, penitus interirent. Atq. per id temporis plurimæ perierunt prisca nostræ vetustatis Tabulæ: eaq. iactura, sicuti in præfatione conquesti sumus, miram attulit in antiquis nostris rebus obscuritatem, ac tenebras, & quam, nunc cernimus, in scriptorum iudicijs infirmitatem. ne turbulentis illis tēporibus hoc etiam deesset crudelissimum miseræ ipsi antiquitati supplicium. Nostri etiam nolentes posteris periculosam prodere istius imitationem exempli; alacri vultu, & ore, Vnionem ipsam, illiusq. vim, ac memoriam, sempiterna ista obliuione, futuriq. sæculi reticentia, merito sepeliendam censuerunt: quod re vera, ea nihil aliud esset, nisi vberima ferendi quotidie domestica bella, ciuiliūq. seditionum materia, ac seges. Verum tamen cum iam inde à prisca temporibus leges, ac libertates nostræ perquam maximè tumultuoso illo Vnionis subsidio niterentur, ob idq. ruere illa non posset, quin idem ipse motus easdem vehementer labefactaret: de communi Regis, ac Regni voluntate maximam Vnionis vim in Magistratū Iustitiæ Aragonum transtulerunt; decernentes: Vt vniuersum Regum, ac Regni ius non iam ferro, aut gladio, sed istius Magistratus censoriæ notationi in posterum semper subiaceret. Quo tam singulari consilio, tantæq. prudentiæ, ac fidelitatis pleno, mirificè omnes populi seditiones sedatæ fuerunt, Regumq. ac ministrorum extraordinarij impetus, atq. ardores repressi. Eo enim Magistratu, vnico tunc omnibus perugio constituto; communi paci, ac concordia adeo cautè, & prudenter consultum fuit, ut admirabilis illa temperatio, eo

tempore

tempore inducta, firma, & stabilis adhæc vsq. tempora permanferit, cum summatum Serenissimorum nostrorum Regum laude, tum etiã totius nostri Regni gloria, & virtute. Hæc itaq. domestica Regis victoria, quæ miserrimum vniuersæ Reipublicæ interitum videbatur esse allatura, stabilem nobis constituit pacem, trāquillitatem, & otium. Inde enim Magistratus Iustitiæ Aragonum in eam, quam nunc colimus, amplitudinem dignitatis deuenit. Nam tametsi iam ab ipsius Regni primordijs, quemadmodum docuimus, potissimum fuerat ad cohibendos Regum impetus constitutus: verum sæpissime corruptus ille Vnionis mos, Magistratus vicem gerens, consueuerat Regios hos conatus armis comprimere. ut ad eam rem maiores illos nostros non alterum demouisse, sed vtrumq. constituisse iudicemus. Atqui cum arma contra Regem capere plerumq. offenderet puros, ac castos nostrorum animos, quamquam id ad defendendam libertatem fieret, lege permittente, maiorūq. exemplo, & instituto: ut hanc offensionculam vitarent, nobis iure, non armis, deinceps cū Regibus contendendum statuerunt: ad eamq. rem tantū opis, & dignitatis in eundē Magistratū conferendum, quantum ad magnum istud opus commodè præstandum sufficeret. Iccirco in eū sensim tum è Ricorum hominum antiqua auctoritate, tum ex ipsius Vnionis potestate, ac vi, tot belli, pacisq. munia translata fuere. De quibus infra suo loco. Sed hi conuētus, qui magna omnium nostrorū frequentia celebrabatur; nec diu post fieri desierūt. Octobr. enim mense eiusdē Ann. Chr. ∞ CCC XLIX. teterrima pestis Cæ 1348 saraugustam inuasit. Obquam causam Petrus Rex eos illico dissoluedos constituit. Cūmq. omni festinatione Valentiam properaret; in ipso itinere, Exericæ opido, Regina vxor Eleonora maritum sequuta, eodē mense obiit, nullis superstitibus filijs. Eam Rex, post Mariæ prioris vxoris mortē, in coniugem acceperat. Alfonso autem, ac Beatricis Portugaliæ Regum erat filia. Rex ergò Petrus Valentiam tendens, Valentinorum Vnionem acrius agitata penitus cõtriuuit, ac domuit. Sequenti verò Ann. Chr. ∞ CCC XLIX. Eleonoram, Ludouici Sici- 1349 liæ Regis sororem, sibi in matrimonio collocauit. Ex qua, Ioannem, Martinum, & Alfonso, filios suscepit; filiam autem Eleonorā: quæ postea Ioanni Castellæ Regi nupta, filiū habuit Ferdinandū, à nostris Regem in quarto Interregno constitutū: ad cuius rei narrationē properamus. Virili ergò prole Regi exorta, Ferdinandus, ac Ioānes, fratres Regis, depulsi fuere ab spe, & conatu futuræ Regnorum successiois: quam Ferdinandus eodē iure, quo Iacobus quondā, ut diximus, appetie

R 3 rat, acriori

// *Vid. genealogia.*
+ *quarti*


rat; acriori tamen contentione, & vi: quippe qui studiosissimum sui propugnatorem habebat, Petrum Castellæ Regem, Crudelem appellatum, nostro vehementer oppositū, & obiectū. Inde fuerunt inter hosce Reges, nomine quidem simillimos, moribus autem non longè disparēs, maxima, & periculosissima bella commota, terrestria, & maritima. Castellanus enim nostrum Regem imparatum adortus, postquàm plurima Aragonum Regni loca occupauit: Valentiam obsedit; ac Barcinonæ tandem, ingenti nauium copia ad eius litus appulsa, non minimum intulit terrorē: tametsi illa tūc Vrbs ab officio debito nequaquam desciuit. Sed hac tanta iniuriarum mole noster laceratus, minimè sibi satis esse constituit ditionē suam omnibus his angustijs liberare, quod statim effecit; nisi inimici Regis internecioni, ipsiusq. Regni excidio aliquis acerbissimus modus pararetur. Certatim igitur ei ad hoc opus currenti haud defuit consiliū, nec occasio. Inimici enim Regis opprimēdi paratissima causa fuit, illius feritas, atq. aggressis immanitas. Ob quā causam difficile dictū est, quāto in odio esset apud suos: qui nullū aliud illius beneficiū, neq. virtutē memorabāt, nisi ijs tantūmodò eū vitā dedisse, quibus non ademisset. Deniq. cū Henricus Trastamaræ Comes, Castellæ Regis frater, patriæ se liberatorē prædicaret: noster Rex causam hanc, licet aliquoties iugulatam, reuiuiscere duxit oportere: neq. se solūm conscium, sed præcipuum ipsius delendæ tyrannidis fautorē indicauit. Vnde Henricus occasionē habuit regnandi. Nostro enim Rege sibi maximè suffragante, fortiter rem ipsam aggressus, post varios vtriusq. casus, cū fratrem Petrum prælians occidisset; illius imperiū consequutus fuit. Ita noster Rex illatas sibi ab inimico iniurias vindicauit. Ferdinandus quoq. horum omnium incendiōrum fax, pœnarum satis pertulit. Nam à Rege fratre sæpius patria pulsus, postea ab eodem adscitus, tandem in aperta, quemadmodum Rex affirmabat, cōtra eum coniuratione deprehensus (quamuis nonnulli id à Rege confictum prodidēre) interfectus est. Iam verò non possum non vehementer admirari summam istius nostri Regis aciem ingenij: quando quidem talibus principijs res, quas adoriebatur, prætexere cōsuevit, vt ad eum semper, quem optabat, exitum peruenirent. Quòd si eam ad bona deligenda exercuisset, nec setantopere suorum sanguine cruentasset; nullum vquam ex nostris Regibus habuissemus honoris, ac laudis gradu superiorem. Verū tamen cuius in gerendis inimicitijs ferocitas, ac pertinacia nimium efferbuisse visa fuerat, & quæ acris quædā naturæ vis ad periculosissima, nec semper æqua, aggredienda concitârat;

concitârat: iam ipsarum rerum tractatio, & vsus flectere cœpit; temporalenierunt; ipsa quoq. ætas mitigauit. Visus est enim non iam ærūnosus, vt antea, consilijsve præceps, aut deuius: sed officij, & æquitatis plenus, paternæq. bonitatis, & beneficentiæ studiosus, & cupidus imitator. Tantæ autem morum mutationis cū in plurimis rebus maxima dedit documenta: tum verò præcipuè, dum generalem Regnorum Gubernationem Ioanni filio Primogenito, qui iam pridem illam tractabat, abrogandam constituit. Et is quidem Ioannes aliquandiu Regi ipsi charissimus fuerat; ab eoq. singulari quodam amoris signo, Gerundæ Ducis nomine insignitus: vnde Titulus hic, Aragonum Regum Primogenitis filijs mansit illustris. Sed mortua Eleonora Regina, ipsius Ioannis matre, tertia verò eiusdem Regis vxore, cū idem Rex Petrus quartam duxisset, Sibiliam Forziam, Bernardi Forziæ, Catalani Equitis, filiam, quæ prius D. Artallo Focio, Aragonensi Rico homini, nupta fuerat: Ioannes patri in tam acerbum odium venerat, nouerçæ Reginæ insidijs circumuentus, vt ab ipsa generali Gubernatione, publico Regis edicto, Ne quis filio obtēperaret, depelleretur. Quod cū Ioannes contra, ac liceret, factum prædicaret, quia ad se tamquàm Primogenitum, futurumq. heredem, à Rege, & Regno designatum, generalem illam Gubernationem, certo, ac legitimo iure, pertinere affirmabat: demum ad paternam hanc iniuriam propulsandam, Magistratus Iustitiæ Aragonum præsidium implorauit. Ipsi autem Magistratui tunc præerat Dominicus Cerdanus, Ioannis Eximini Cerdani, cuius supra meminimus, pater: vehemens, ac disertus vir, in primisq. ad resistendum fortissimus. Itaq. coram eo Ioannes ipse, vt Primogenitus, iudicalem obtulit de Rege patre querellam: quam nos Iurisfirmam appellamus; quòd in ea de stando, ac parendo iuri coram eodem Iustitia Aragonum firmè, ac grauiter asseueremus. Ipsius verò Iurisfirmæ ea apud nos est maxima vis; vt à Iustitia Aragonum recepta, de vi, ac violentia interdicit. Dominicus igitur Cerdanus Iustitia Aragonum, huiusmodi Iurisfirmam recipiens, id, quod à Rege factum fuerat, nefas decreuit: Regiq. de vi interdicens, Magistratus auctoritate edixit; vt Ioanni Primogenito generalem eam Regnorum Gubernationem, à qua illum iniuriā, non iurè deiecerat, restitueret; tamquàm certum, & definitum Primogenij ius: contraquàm Rex censuisset. Quòd si se huiusmodi edicto crederet læsum iri; iure cum filio corā ipso Iustitia contenderet. Se enim vtriq. parti æquabilem, ac

iustum iudicem futurum offerebat. Hac namq. modestia Magistratus semper vti solet in literis, vt vocant, primæ ipsius Iurisfirmæ concessionis: nempe quia decorum visum est, in his etiam rebus Regiam Maiestatem cultu, atq. honore debito venerari. Petrus Rex huiusmodi interdicto non solum opere (ad id enim legum, ac Magistratus premebatur vi) sed animo, ac mente (quod nouum in eo, vt retulimus, notatum fuit) liberalissimè conqueiuit, quasi non iam coactus, & inuitus, vt antea, legibus parère videretur, sed quòd id ad Regij sui muneris stabilitatem salutare maximè iudicaret. Tandem perdita valetudine, ac summa senectute confectus, mirabili quodam casu migravit è vita. Proditur enim eum proscripita, & edicta die sexagesima, à Sãcta Tecla, Tarraconensis Ecclesiæ Diua tutelari; quòd in ipsius patrimonium violenter irrupisset; obijisse citatum, vt miser ipse Rex, vsq. ad extremum vitæ spacium, nullum visus sit otiosum spiritum duxisse, nec tranquillum. De illius autem obitus tempore in peruetustis codicibus manuscriptis Sedis Cæsaraugustanensis, ac Ecclesiæ *de Pilari*, in quibus Canonicorum, aliarumq. insignium personarum obitus designantur, ita annotatum inueni. *Obijt Serenissimus, ac magnificus Princeps, & dominus, Dominus Petrus Rex Aragonum Ann. Chr. MCCCXXCII. X. Oct. Id. Januarij.* Quamquam autem nonnulli anno anteriori Non. Ianuar. mortuum testentur; mihi codicibus his maior fides videtur adhibenda, quòd in ambobus, antiquissimis literis, id ipsum describatur: nisi fortè dicamus minori numero annum ab Incarnatione, maiori autem à Natiuitate notari: qui error in annorum computationibus passim occurrit. E Barcinona ciuitate ad Populeti monasterium eius corpus delatum fuit. Sed ea funera minimè tam ampla, quam alijs Regibus, facta sunt. Ioannes enim filius grauissimè eo tempore ægrotabat; nouercamq. vehementer, paterno prorsus exemplo, infectabatur. Iam verò sub hoc Rege, quia diutius imperauit, plurimi Iustitiæ Aragonum exstiterunt: ex quibus nonnullos recensuimus; sed non omnes. Fuerunt autem hi; Stephanus Egidij Tarinus, qui in locum Sanctij Eximini Ayerbij, viuentis Alfonso Rege, suffectus est. Stephano autem successit Pelegrinus Anzanus. Reliqui verò fuere: Pelegrinus Oblitas; Garfias Ferdinandi Castrus; Galacianus Tarba; Ioannes Lupi Sessesus; Blasus Ferdinandi Heredia; ac Dominicus Cerdanus: qui etiam Magistratum obtinuit Ioannis Regis temporibus. Sed priusquam illius res gestas attingam, hoc loco omittere nefas duxissem; antiquam Aeræ computationem, quæ ad tēpora designanda

signanda adhibebatur, à Petro hoc Rege sublatam fuisse: decretumq. & meritò, vt à Natali Domini nostri Iesu Christi die annorum ratio deinceps peteretur. Itidem & ab eodem Rege ad Oscam Urbem publica scientiarum Gymnasia constituta fuerunt. Quamuis autem hæc diu antea gesta produntur; consultò in hunc locum reiecimur: vt notabili hoc exitu varij, ancipitesq. istius Regis casus concludantur. Multæ etiam nobis sub eo leges editæ sunt. Sæpius enim Comitia celebrauit. Sed ne nostra longius aberret oratio, de his nec verbum facere decreuimus. Illud tantum animaduertendum, hunc Regem malè nominatum in ijsdem ipsis legibus contineri. Siquidem Petrus secundus legitur, cum quartus omnino dici debuisset. Ex Sibia, Regina filiam suscepit Isabellam; Iacobo illi Vrgelitano Comiti nuptam, qui ob Regnorum successione, malorum grauem deinde molem sustinuit.

Ioannes I. Aragonum Rex XX.



IOANNES I. Petri III. F. hereditario, ac legitimo iure patris mortui locum occupauit. Quamquam autem par vtriusq. dignitas: dispares tamen animorum motus in hoc, & in illo fuerunt. Non enim in filio visus fuit patrius ille acerrimus mentis ardor; flagrans bellicidi studiū; nouandarumq. rerū cupiditas in fatiabilis: sed blanda quædam, ac mollis natura, ab armorum vsu, negotiorumq. tractatione tãto pere abhorrens, vt nulla alia in re, nisi in exercitationibus ludicris versaretur. Hinc in eius aula lautæ crebro, & magnificæ cenæ; quotidianus vocum, neruorum, tybiarumq. cantus; histrionū, & saltatorū maxima turba; venationum prætereà magnifici apparatus; ac poëtarum frequens concursus. Hisce enim rebus eodem prorsus modo pascebatur, ac si non ad laudis, sed ad omnia delectationis studia natus fuisset. Viuentis patre vxorem duxerat Matham, seu Mathæam; Ioannis Arme-

Armeniacensis Comitis sororē. Ex qua vnicam filiam suscepit, Ioannam, Mathæo Fuxiensi Comiti nuptam. Mortua autem Regina Matha, Violantem Roberti Barenfis Ducis filiam, & Ioannis Frācorum Regis neptem, sibi in matrimonio collocavit: contraquam Petrus Rex pater voluisset. Ille enim Mariam, Siciliae Reginam, filio in coniugem dari concupierat. Sed Ioannes Violanti matrimonio coniunctus, dum sibi Regium munus delatum fuit; totius Regiæ potestatis, ac imperij summam vxori concessit: quò ipse curis vacuus liberius posset omnia ad sui corporis voluptatem referre. Id nostris perincommodè visum est accidisse. Nam etsi cum Rege propter illius desidiā nisi incommodè agere non licebat; incommodius tamen cum vxore: quæ etiam se totam supra modum dederat cuidam Carroziæ Villargutiæ, ipsius famulæ. è quarum duarum sexus imbecillitate vniuersus Regnorum status pendebat. Verum tamen Rex Ioannes hac indole virtutis, & continentiæ fuit, vt si quando eidem aliquæ forsan querimoniæ de suorum ministrorum iniurijs proponebantur, vel cum à relecta legum via aliquo modo aberrare; facillimè se admoneri, ad rationēq. & æquitatem reuocari pateretur. Nec illi vñquam graue, aut molestum fuit, si aliquando præceptis ad aliquid agendum nimia celeritate ferebatur, subitò à suscepta mēte desistere: modò in optati sibi ortij portum confugeret. Cuius generis exempli causa hoc loco his, quæ dicta sunt, libenter adiungam, præclarum illud factum, lepōris, ac vrbani-tatis plenum, quod Ioannes Eximini Cerdanus Iustitia Aragonum, in patris locum susceptus, sibi cum hoc Rege perhibet contigisse. In eo enim aculei, quos idem Iustitia habuit in respondendo, Regi minimè molesti acciderunt. Illud autem referam, quemadmodum ab eodem Iustitia proditur: quamquam Latinè redditum, haud poterit eundem in iocando sonum referre, quem vulgari nostra lingua retulisset, siue quòd ipsum facetum fuerit, siue fortasse factum narrante eo venustissimum. Fuit enim Ioannes Eximini Cerdanus, non solum sapiens, ac disertus vir, variaq. eruditione refertus, sed lepōre, & venustate affluens, atq. vt nunc loquimur, vrbanus. Is ergò testatur, Ioannem hunc Regem aliquando in quosdam Cæsaraugustanos ciues grauius sæuientem, patrio iure nequaquam seruato, eos in carcerem contrudi imperasse. Qui tametsi innocentissimi, mortis sibi periculū intendi metuentes, vt hanc Regis vim effugere possent, in aram Magistratus Iustitiæ Aragonum confugerunt, ab eo firmissimum, ac summum illud, quod vocamus, Manifestationis auxilium flagitantes. Atq. vt ipsum

vt ipsum Manifestationis vocabulum interpretemur, ne à nobis fortasse obscurius dicatur, quam vt quiuis intelligere possit; est apud nos Manifestare, reū subitò sumere, atq. è Regijs manibus extorquere, ne qua ipsi contra ius vis inferatur. Nō quòd tunc reus iudicio liberetur; nihilominus enim, vt loquimur, de meritis causæ ad plenū cognoscitur. Sed quòd deinceps manifestò teneatur, quasi antea celatus extitisset: necesseq. deinde sit de ipsius culpa nō impetu, & cū furore, sed fedatis prorsus animis, ac iuxta constitutas leges iudicari. Ex eo autē, quòd huiusmodi iudiciū manifestò deprehensum, omnibus iam patere debeat; Manifestationis sibi nomē arripuit. Iustitia igitur Aragonū adfcitam Magistratus opē ciuium periculis subleuandis protinus imperitiuit. Neq. enim sibi aliter facere licuisset, quin graui etiam pœna multaretur. Rex id acerbè ferens, quorūdam suorum impulsu, Iustitiam Aragonum sibi in ea causa nimium esse suspectum asseuerans, eidem adiunctum, quem vocant, Iudicem dandum decreuit, Raimundum Franciam, peritum, ac præstantem virum; qui eo tempore Procancellarij Regis munus sustinebat. Tunc ista partium contentio in magna posita fuit iudiciali controuersia; cū non iam de facto ciuium, sed de publico Regni iure disceptaretur: Vtrum scilicet, Iustitiæ Aragonum, quantumuis, vt loquimur, pro suspecto dato, adiunctus Iudex à domino Rege dari posset in communi causa libertatis: Ciui-bus, haud posse, contententibus; Rege verò contrarium enitente. Qui per priuatos etiam nuntios eidem Iustitiæ mandauerat, ne ea de re iudicium faceret: donec sibi prius, quid faciendum esset, præscriberetur in Regio consilio: ad quod idem Iustitia, Regis iussu, fuerat accersitus. Sed ei tunc illa fuit animi virtus, quæ quōdā Dominico Cerdano patri suo. Nam antequam ad Regem accederet, abiecta omnium cunctatione, ne forsan tarditas, aut procrastinatio ciuibus periculosa esset futura; contra istam rem minimè dubiam statim iudicauit: ab eo in dicta causa sine vllò adiuncto ius dici debere. Post autem aliquanto in Alfaxeriam, Regiam suburbanam domum memoratam, in qua tunc Rex consistebat, ipsius vocatu se contulit. Ibi cū frequens staret clarorum virorum congressus in Regis cōspectu ad cōsiliū, fuit ab eodem Procancellario sermo propositus, omnisq. ad Iustitiam Aragonum directa oratio: illum nempe iccirco in eum locum vocatum fuisse, vt de causa ciuium, antequam sententiam pronuntiaret, ad eos omnes ibidem referret. Cui cū dictus Iustitia responderet; rem iam ab eo iudicatā, eamq. Iudicis adiunctionē penitus


penitus esse repulsam: Procancellarius cœpit tantam celeritatem magna vocis contentione obiurgare; eò præsertim, quòd ipsi Iustitiæ, ne idageret, ab ipso Rege, etiam per priuatos nuntios, præscriptum fuisset. At Iustitia sibi visum fuisse affirmavit, rem illam tritam esse, & vulgarem: nec quæ ex tempore agi ius erat, tardari, aut procrastinari oportere. Tunc Rex eundem Iustitiam, acriori adhibita obiurgatione, de iudicij æquitate, & iure postulauit. Verùm ille grauitè, & acutè causam in tempus conferens, hac vsus fuit vrbanæ, & iusta excusatione. *Que faulando con reuerencia del dito Señor Rey non lo podia fazer. Car de los feytos del officio, si era affrontado, denia dar razón en Cort general, e non en otro lugar.* Nam eo tempore Iustitia Aragonum de factis per eum nemini tenebatur reddere rationem, nisi in Comitij generalibus. Nondum enim Forus editus fuerat, quem nunc habemus sub tit. *Forus Inquisitionis Officij Iustitiæ Aragonum.* quo edictum fuit: vt Magistratus hic subiectus existat supremo Septemdecim Virorum iudicio, ac potestati. Eadem autè ipsa antiqua nostra vulgaria verba, apponenda duxi & deinceps, dum similia recenserì oporteat, libenter annotabo: quòd ea videantur mihi planiùs, quàm Latina, antiquæ nostræ vetustatis leporem, & vrbanæ sermonis venustatem exprimere. Itaq. ne longiùs, quàm quod scitu opus sit, in narrando procedamus; cùm Iustitia Aragonum non pateretur se vllò modo ab ea mente, & sententia dimoueri: Rex à Procancellario, & nonnullis alijs in Iustitiam Aragonum acriter concitatus, statim sequenti die in Zueræ opidum, non procul ab vrbe, confictæ venationis causâ, secessit; Iustitiamq. ad se quamprimùm iussit euocari, & alios duos, Michaëlem Capiellia, & Vincentium Yecaram, primarios viros, eidem Iustitiæ amicitia, & sanguine valde coniunctos: qui istius facti conscij, ac participes putabantur. Eo enim pacto crediderunt, eosdem meliùs in ea ciuium causa ad Regis arbitrium adducendos. Hi ergò omnes quamquam à nonnullis perterriti fuerant, & à Deputatis Regni commonefacti, ne Regem adirent: tamen ipsius dicto audientes, cõfestim ad eum ire perrexerunt: vt ij qui, quoad fas esset, Regibus semper parère didicissent. Turpe enim fore iudicabant, ac meritò, Regis sui conspectum subterfugere, qui ipsius accitù benignè euocabantur: tametsi Iustitia Aragonum, vt ipse de se testatur, constanter statuerat omnem cruciatum perferre priùs, quàm aut officium proderet, aut fidem. Cuius eo tempore fuit facetum illud dictum, & acutum. Etenim cùm ad fucatam illam venationem inuitarentur, quasi eos apud se Rex Zueræ aliquãdiu cuperet

peret diuersari, forensi ciuium causa omnino supposita: Iustitia Aragonum, quæ multa fuit in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos; ita se perhibet respondisse. *Que men de marauillaua muyto, que el Señor Rey nos mandasse yessemos al dito lugar de Quera a la dita caça. Car non creya, que tan malos tres Caçadores hauiesse en el Regno, como nosotros.* Tandem Zueram versus profecti sunt. Vbi dum peruenerunt; Rex eos liberaliter excepit: ac eodem Procancellario, alijsq. nonnullis præsentibus, ita sermonem suum orsus est. *Iusticia, yo he embiado por vos, por la razón que vos dira el Vice-canceller.* Qui eadem repetens, quæ Cæsaraugustæ dicta fuerant, per multa verba contra sententiam in ea ciuium causa latam denuo facere cœpit: Iustitiæq. Aragonum nimiam in ea ferenda celeritatem vehementer exprobrare. Nec dum ea ad extremum vsq. persequutus fuerat; cùm Rex, interrupta illius oratione, ad hunc modum eundem Iustitiam est affatus. *Iusticia, hoc en buena manera os lo digo.* Quæ verba continèter ab eo ter, aut quater repetita fuerunt: quasi vellet, illa non tam exprobrandi causa, quàm commonendi gratia, dicta iudicari: vel fortasse cuperet meritam sibi gratiam ab eodem Iustitia memori mente persolui; quòd Rex tam lentè sustineret, quæ ipse in Magistratu decreuerat, vt Regi visum fuerat, iniuriosè. Attamen ille, quò se, vt fas erat, humilem, & vrbanum Regi exhiberet; quoties eadem sibi verba proferebantur, osculans Regis manum, his verbis curabat illius beneuolentiam captare. *Yo vos lo tengo Señor en gracia, è merce: que mas son estas paraulas de padre, que non de Señor.* De reliquo autem, quod ad rem attinet, nec quidquam laxari passus est ex eo iure, quo erat alstrictus. vt meritò quidem præclarum hoc ipsius factum à nobis hoc loco propositum fuerit ad imitandum: quandoquidem non furiosè, aut petulanter, sed prudenter, grauitè, & venustè in proposita sententia permanfit; ipsam verò venustatem admirabili quadam constantia, generosaq. animi fortitudine decorauit. Rex autem Ioannes eum cum bona gratia dimisit. Cui vniuersa iam ciuitas, ac totum ferè Regnum, quasi suis sedibus conuulsum, ad complectendum suum conseruatorem procedere obuiam festinabat. Proditur autem Regem ipsum, cùm à suis agitaretur, vt vehemètiùs in Iustitiam Aragonum insultaret, respondisse: *Que por poder que ellos hauiessen, nõ lo farian barallar con el Iusticia de Aragon.* Perinde ac si apertè omnibus protulisset, se minimè cum eo Magistratu velle cõtendere,

cuius ope fuerat in defendenda generali Regnorum Gubernatione contra patrem, vt diximus, subleuatus. A suscepta igitur narratione hūc digressus sum eo consilio, vt istius Regis facilitatem, & mansuetudinem indicarem: præcipue verò, vt intra nostrarum rerum narrationis cursum, aliquibus propositis exemplis ostenderem, Magistratus Iustitiæ Aragonum dignitatem, & vim: quod nostro potissimum muneri incumbit. Ita enim, factis ipsis perspectis, & cognitis, facilius ipsius amplitudo poterit ponderari: cum rerum euenta plerumq. magis arbitremur, quàm ipsas causas quæri oportere. Sed ne nostra longiùs aberret oratio; Rex Ioannes ex Violante Regina filios habuit, Iacobum, ac Ferdinandum; qui infantuli obierunt: filiam autem Violantem; quæ A. D. IIX. Kal. Iunij, Ann. Chr. ∞ CCC XCII. Ludouico Andegauensi Duci nupta fuit: quorum postea filius Ludouicus, Calabriæ Dux, Regalem hereditatem appetiuit, post Martini Regis mortem: quæ nostris quartum, vt mox dicemus, Interregnum attulit. Huius autem Ioānis Regis tempore, vt hoc Diuino fauore illud etiam illustretur, A. D. VI. Non. Mart. Ann. Chr. ∞ CCC XXCIX. ad Orbæ fluuij ripas in suburbano, quo nunc Cæsaraugustæ coluntur, loco Diuæ Encratis, & Sociorum sancta corpora inuenta fuere: quæ ibidem ita abditè latebant, vt nec maxima diligentia inueniri antea potuissent. Atqui tunc cum terra effoderetur, fortuitò, vel potiùs Diuino beneficio deprehensa fuerunt: indeq. nobis celebre Festum constitutum; quod nunc quotannis sub *Inventionis Sanctæ Engratia* nomine veneramur. Sed ne Ioannes Rex penitus hebesceret, & langueret in otio; nonnulla bella commouere coactus fuit aduersus Gallos, Cataloniam infestantes: illud verò grauissimum, quod in Sardiniam indici oportuit ad restinguendam quorundam sceleratorum conspirationem. Quibus postea, mortuo hoc Rege, à Martino, ipsius ex fratre nepote, superatis, deuictisq. tametsi ea omnis Insula fuit in Regiam potestatem redacta: verùm cum cælo, ac loco calamitosissima sit, immatura ipsius Martini morte Rempub. nostram ad dictum quartum Interregnum adduxit. Demum Ioannes Rex venationi deditus plus, quàm oportuit, in ipsa venatione decessit. Ad Foxanum etenim nemus ob eam causam profectus, iuxta opidū Vrrriols, cum ex equo cecidisset, mortuus fuit inuentus A. D. XIV. Kal. Iunij, Ann. Chr. ∞ CCC XCV. seu, vt alijs placet, anno sequenti. Eius corpus ad Populeti monasterium delatum fuit Martini fratris, qui ei successit, iussu. Istius verò Ioannis Regis tempore plurimæ

plurimæ Iudæorum perfidæ gentis Synagogæ à tumultuantibus populis deletæ sunt, quòd non possent iam amplius, vt dicebant, eorum nequitiam, ac nefaria crimina sustinere. Ioannes autem Eximini Cerdanus longiùs ætate processit. Diu enim post, Magistratum & sapientia summa administravit, & fide. Ac ne illud omittam: nonnulli apud nos Fori vigent, qui sub hoc Rege editi fuerunt in Comitibus ad Montionem habitis Ann. Chr. ∞ CCC XC. In quibus præcipue ipsius Iustitiæ enituit industria. Anno vero Chr. ∞ CCC XCIV. Petrus Luna, Ioannis Martini Lunæ, & Domnæ Mariæ Petri Gotoriæ filius, è Diacono Cardinali Sanctæ Mariæ in Cosmedia, à Cardinalibus obedientiæ Clementis, A. D. III. Kalen. Octob. Auinione Pont. Max. salutatus, Benedictus XIII. in sua obedientia dictus fuit, diuturno schismate Ecclesiam Catholicam occupante. Quòd si iurè tanto muneri, quietis alijs temporibus, præfuisset (qui summus in eo fuit sanguinis splendor, animi magnitudo, & doctrina) præstitisset multa laudibus, & præconijs digniora. Eius autè me hoc loco obliuisci haud decuisset: tum quòd ex nostratibus sit, è nobilissima, & amplissima Lunarum familia, qua nulla illustrior in Hispania, Regali excepta, visa est: tum etiam quòd ipse aliquando postea Magistratum hunc in amplo quodam honoris gradu collocarit. Sed de his suo loco. Nunc ad Martinum Regem.

Martinus, Aragonum Rex XXI.



I A M verò vt paulò altiùs dicere ordiamur de eo, ita enim res postulat; Petro III. patri charissimus fuerat: ab eoq. iam pridem Exerica ditione sub Comitatus nomine honestatus; ac Magni Aragonij Connestabuli munere insignitus. Illud autè Connestabuli munus apud Catalanos olim, Senescalia appellari cōsueuerat; apud nos verò nō Regis, quemad-

quemadmodum nonnulli prodidère, sed Regni Aragonum, vel Aragonum tantummodò Maiordomia: cuius diuersa apud nos multùm ratio fuit. Ad hos itaq. tam amplos honores, quibus pater Martinum hunc filium viuens decorauerat; magna etiam à Ioanne fratre Rege, quamprimùm regnare cœpit, facta est accessio: si quidem eum Momblanci ditione, & illustri ab ea Ducis Titulo assumpto, ac dignitate honestauit. Martinus ergò dum Regale munus adsciuit, his honorù gradibus erat ornatus: vt Magnus Aragonum Connestabulus, Exericæ Comes, ac Momblanci Dux vocaretur. Idq. patris, ac fratris claro, & legitimo, vt diximus, iure. Vxoris verò, quæ summo loco nata erat, penè æqualium, ac forsàn maiorum ditionum imperio potiebatur. Comitatum namq. Lunensem, & Segobrigensem, tractum obtinebat. Erat enim vxor eius, D. Maria Luna, D. Lupi Lunæ, Lunensis Comitatus filia, ac heres. Cuius patrimonium lautū fuit, & amplissimum. Nam præter Lunensem ipsum Comitatum, à quo clarissimæ Lunarū familiæ nomen sumptum fuerat; plurima alia in Aragonum Regno copiosa opida cōtinebat: in Valentino verò Segobrigam ipsam, nunc Segorbem, antiquam, & nobilem ciuitatem, locaq. eidem contributa. Ac ne noster hoc loco sermo de laudibus ipsius Comitatus Lupi cōticescat; fuit is altus, & excellēs vir; omniū in Hispania Ricorū, quos vocabant, hominū clarissimus, ac nobilissimus: potēs, & locuples: summo Lunarū genere natus. Violantē, vt meminimus, Iacobi II. Regis filiam vxorē duxerat. Sed ea sine prole decedēte, in coniugē acceperat Briandā Agaouthiam, Beltrādi Agaouthij Comitatus filiā: quæ fuerat propinqua cognatione paterna cū Clemente V. Pont. Max. valde coniūcta. Ex ea Lupus Comes duas filias susceperat: Mariā; ac Briandā. Mariam quidem natu maiorē, heredē testamento reliquerat: dummodò nullis se locari nuptijs liceret, nisi interueniēte, & approbāte clarissimo illo, nulla vmquàm satis digna laude celebrato, Egidio Carrillio Albornozio, Toletano Archiepiscopo S. R. E. Cardinali Sabino, ac sæpius in Italiā Legato: qui fuerat Garfiæ Aluari Albornozij, & D. Terefiæ Lunæ filius: maximaq. ipsius Terefiæ causa, Lunensi Comiti cognatione deuinctus. Eū ergò Lupus Comes filiarū orbitati tutorē instituerat: edicēs; vt ea omnis Mariæ filix dos, si sine Cardinali tutore auctore diceretur, nulla esset futura. Rex autē Petrus III. Cardinalis gratiā aucupatus, Mariam sibi nurum comparauerat: eamq. huic Martino filio Ann. Chr. ∞ CCC LXXII. desponderat. Amplissimo itaq. Lunensis Comitatus patrimonio alijs Martini ditionibus subiuncto, Martinus ipse di-

ipse ditissimus, & locupletissimus factus fuerat. Iam verò ex Maria vxore filios susceperat: Iacobum; Ioannē; Martinum; & Margaritā. Iacobus quidem, Ioannes, & Margarita paruuli decesserant. Martinus autē filius, vt parentibus is quoq. cumulus honoris, & dignitatis accederet; Ann. Chr. ∞ CCC XC. vxorē duxerat Mariam, Federici, & Costantiæ, Siciliae Regū, vnicam filiam, & heredem: quæ Trinacriæ Regina vocabatur, Athenarumq. & Neopatriæ, vt loquimur, Ducissa. Siciliae namq. adiacentibusq. Infulis, quarū tunc Maria potiebatur, Trinacriæ nomen impositum fuerat tunc, cūm Federicus pater, ac Ioanna Neapolitana Regina conuenerunt de acerrima illa, tot antea sæculis agitata, Siciliensis imperij contētionē. Verūm Federico mortuo, cūm nonnulli Siculi nequiter profilientes, in Repub. violanda fraudes in expiabilibus concepissent, Mariæq. Reginae pupillæ palam conati essent adimere patrias fortunas; cūmq. ea diu ab ipsis quasi seruitute oppressa iacuisset: clara tandem, & insigni aliorum virtute, quorū fidelis sibi opera nequaquam defuit, Maria ipsa liberata, Martino nostro huic Regi, Momblanci tunc Duci, tradita fuerat, vt Martino eius filio matrimonij dignitate coniungeretur. Nam vtriusq. illorum, patris scilicet cognita virtus, ac filij mirifica in dolēs, & firma expectatio, Reipub. defendendæ, ac pristinae dignitatis recuperandæ non dubiā, aut tenuem, sed certam, & pænè exploratam Siculis ipsis ostentārat spem. quorum studijs factum fuit cumulatè satis. Etenim cūm Martinus pater, Momblanci eo tempore, vt dictum est, Dux, celebratis filij, ac Reginae Trinacriæ nuptijs, magnas militum copias, filiumq. ac nurum ipsam, secum multis instructis nauibus, Ann. Chr. ∞ CCC XCII. Siciliam transportasset: illius aduentus, præcipuè verò animi virtus, ac fortitudo, impudicam illam seditioforum hominum impudentiam vehementer represserat: quæ nulla alia quidem re tam diu alta fuerat, nisi suorum impunitate scelerum diuturna. Itaq. dum Ioannes Rex funesto illo casu extinctus interiit: Martinus frater in Sicilia aderat his rebus, molestis sanè, & operosis, verūm tamen magnanimo Principe dignissimis, implicatus. Eas hoc loco tot verbis sum persequutus; ne in præteritis quidquam relinquerem, quod ducērem sciri oportere: quando quidem huc vsq. continuatam vniuersarum rerum nostrarum narrationem protraximus. Nulla igitur superstite Ioannis Regis virili prole, Martinus frater, Momblanci Dux, qui felix ad casus, fortunasp. iudicabatur, cūm secundum vitæ suæ cursum sine vlla hætenus offensione in omnibus semper rebus tenuisset: totius

Regiæ Aragonum ditionis subrogatus fuit heres; idq. tum a iure, & antiquo iure, tum etiam fraterno. Frater enim eum testamento heredem instituerat. Secus certè ac decreuerat pater Rex. Ipse enim constituerat: vt si fortè Ioannes, masculis filiis orbatu, moreretur; non Martinus frater (quod mirandum est, cum eum valde diligeret) sed Ioannis filia, quæcumq. exstaret, natu maior, Regiam omnem hereditatem adiret: veterè illam causam reuiuiscere studens, quæ fuerat tot malorum semen, ac stirps, dum ad filiam Costantiam, quemadmodum explicauimus, Regnorum successione deferendâ ambierat. Quo enim tunc iure Costantia nixa, Regnorum gubernacula prendere concupierat; eodem prorsus nunc Ioanna, Fuxensis Comitis vxor, ad paternam ditionem capeffendam summopere nitēbatur. Neq. verò illius maritus, Fuxensis Comes, satis sibi duxerat futurum, quòd ea de re per ciuilem iuris disceptationem contenderet, nisi per vim etiam decertaret: nec iure, aut legibus, sed ferro tantum, & armis se vinci passurum referebat. Ea propter repentè in Cataloniã inuasit. Deinde in Aragoniam tendens, subitò omnia disturbauit. Atq. cum ex Petri III. Regis præscripto, ista modò oriretur contentio; visum est planè illius acerbitatem naturæ eò tandem vsq. durasse, vt qui viuus omnia perueritisset, mortuus etiam noua moliretur. Præterea vt huiusmodi successione opus in dubium magis, incertumq. reuocaretur; Regina Violans, recens Regis vidua, se à Ioanne marito prægnantem esse relictam firmissimè asseuerabat. Illud quoq. maximum accedebat incommodum: quòd Martinus eo tempore in Sicilia aderat negotiorum, quorum mentionem fecimus, laqueis irretitus. Is motus temporum visus est, tantaq. rerum perturbatio in istius Martini Regis regnandi initio. Verum nostri nequaquam iudicarunt fore se causæ, & officio suo facturos satis, etiam si absentis Regis certum, ac legitimum ius solita sibi fide tutarentur: nisi eò tunc melius, quòd præsens ad imperandum non esset, maiori diligentia, & cura saluum illud, atq. integrum, ad ipsius reditum, reseruarent: præsertim cum ea omnis Fuxensis Comitis causa, ab omnibus & caduca, & friuola, nullisq. defixa iuris, aut iustitiæ radicibus censeretur. Itaq. vniuersi totius Regni Ordines, Iulio mense eiusdem Ann. Chr. MCCCXCV. quo Ioannes Rex obiit, exhibita prorsus ea Comitis Fuxensis sententiâ, & explosa, Martinum, concordibus omnium animis, lætisq. acclamationibus Regem declararunt. Deinde legatos, tum ad eum, vt ventis, ac remis in patriam omni festinatione properaret; tum ad ipsum Comitem decreuerunt,

runt, eidem suadentes, vt sponte ad Martinum, propederet Regem agnoscedum, priusquam ad id ipsum inuitus premeretur. Neq. illam, ad defendendum absentis Regis ius, omnium Ordinum concordiam, quam videbat; absurdè, temere, aut frustra, sed consideratè, & propè se crederet esse initam. Usq. eò tamen ipsius infania prorupit: vt his omnibus spretis, Regem se à suis saluari stultè, & arroganter iubèret. Nec non & nonnullis Francorum aduentitijs copijs coactis, hostilem in modum omnia diuexans, postquam plurima Cataloniae loca occupauit; ad insignis Balbastrensis opidi muros, Nouembri mense castrametatus fuit: quòd eum locum, quia Pyrenæos montes attingit, ad suppetias sibi è Gallia ferendas aptissimum fore constitueret. Nostri hinc Comitis Fuxensis conatibus obuiam itum iri oportere statuentes; vt cum domi, tum etiã militiæ debitam fidem, ac diligentiam præstarent, maximum illico exercitum compararunt. Cui omnium consensu imperator præpositus fuit, Petrus Vrgelitanus Comes, nobilissimus, & clarissimus vir, cum ipso Martino maxima cognatione coniunctus. Erat enim Regio sanguine ortus; filius Iacobi, Petri III. fratris germani, ab eo, sicuti dictum est, veneni suspitione interempti. Ob quas causas videbatur habere ex sese in ipsos milites legitimam non modò auctoritatem, sed quodammodò etiam imperium. Is ergo de obuiam itione ita fecit, quemadmodum à nostris statutum fuerat. Quamprimùm autem dare operam cœpit, vt auxiliaribus Francorum copijs introitus omnis prohiberetur. Sic enim bellum hoc quamcelerrimè videbatur felicem exitum habiturum: cum Fuxensi Comiti nullus patere aditus posset, nisi ad fugam. Ac in eam protinus ille se, ac libenter coniecit. Nam huiusmodi consiliorum rationem attulit statim ad eum non aliquid ex proelio nuntius, sed creber suorum rumor, timoris, ac periculi plenus. Per Nauarram autem Pyrenæos transcendens, spe vacuus in patriam remeavit. Balbastrenses enim, forti animo, & constanti, summis obsidionis periculis obstiterunt. tam citò euanuere stulti omnes mimici illius Regis conatus. Ceterum quoad Violantis Reginae grauiditatem attinebat, prudenter quoq. prouisum fuit. Ne qua enim suppositi partus suspicio subesset; quatuor adhibitæ fuerunt matronæ optimates, quæ assiduè cum eadem versarentur, illius foetus fideles testes futuræ. Haud multo tamen post dies ipsa Violans illam penitus præcidit spem, quam se in aluo prædixerat retinere, à marito Rege mortuo commendatam. Palam namq. se minimè prægnantem esse renuntiavit. Iam pridem autem, siquidem A. D. VI. Kal. Iun. eiusdem Ann.

1395 dem Ann. ∞ CCCXCV. simulatq. Ioannes Rex mortuus fuit; D. Maria Luna, Martini vxor, prudentissima, & diligentissima femina, Barcinonæ, vbi aderat, Regium sibi nomen, mariti absentis, vt diximus, iure vendicauerat. quasi ea iam tunc omnem illam Fuxensis Comitum quæstionem irrideret: Violantis verò Reginae grauiditatem, fictam, & commentitiam esse præsentiret. Cùm ergò, vt ad Martinum redeamus, de morte Ioannis fratris in Siciliam allatū esset; tametsi publicis nostrorum literis, maximèq. ingenti legatorum sollicitudine vrgebatur, vt reditum suum in patriam festinaret: nihilominus morā sibi interponendā ē Sicilia decedēdi cōstituit, donec institutæ rei expediret exitū gloriosum, quē sperabat. Gratū autē omnibus dabat respōsum, se, quantū susceptorū negotiorū ratio pateretur, suū maturaturū aduētum; anxioq. & sollicito, nec sibi ignoto, nostrorū amorī, amore etiā grato, & beneuolo respōsurū: quo facturū omnibus fatis, confidebat. Sed interuallo haud longo interiecto, vniuersum Siciliae Regnū pacatissimum reddidit; singulariq. sua fortitudine, Regiæ dignitatis auctoritatem, quæ fuerat apud maiores, filio, ac nurui Regibus cumulatè restituit. Demum, in patriam rediens, Barcinonæ summa alacritate, & lætitia. A. D. VII. Kal. Iun. Ann. Chr. 1397 ∞ CCCXCVII. à Catalanis exceptus est; eamq. urbē ouans, ac propè triūphās introiuit, quòd tutū Siciliae Regnū bellica sua virtute præstitisset, fraternāq. Regiā possessionē occuparet tantæ hereditatis, & gloriæ. Nostrī eidem statim celeberrimam gratulationē decreuerunt, & Siciliensis rei tam benè gestæ, & optati sui, prosperi, & felicitatis aduentus. Eundem autem vehementer obtestati sunt, ne Regale munus exerceret, donec prius Cæsaraugustæ Regiis decoraretur Insignibus, patriasq. leges, ac libertates more solito stabiliret. Maiores namq. nostri permagni suā, ac nostrā interesse putauerunt, attentos semper animos ad decōris conseruationem tenēre. Martinus Rex benignum his rebus respōsum dedit: aduētum suum in nostrā Urbem celerem fore, dū se Barcinonæ ex summo itineris labore paululū recreasset. Deniq. Non. Octob. eiisdē Ann. ∞ CCCXCVII. Dominica quadam die Cæsaraugustā ingressus est, tātā multitudinis cōcursu ad eū alacriter excipiēdū factō, quātū capere potuit ipsa vrbs. Eodēq. die, absidente, vt moris est, Iustitia Aragonū, Ioāne illo Eximini Cerdano (qui eo tēpo re dictum Magistratum gerebat) in eius certaiam verba solitum Iusiurandum iurauit: Se omnia nostra libertatis iura diligentissimè seruaturū. 1398 rū. Sequenti verò Ann Chr. ∞ CCCXCIIIX. generalibus Comitibus ad eandem

ad eandem urbem indictis, A. D. III. Kal. Maij idem ipse Rex, in Soglio sedens, ante Aram Templi maximi, celeberrimam illam habuit concionem, tot floribus nostræ antiquitatis conspersam; qua gratiā præstitæ operæ, dum eo absente Regnum sibi integrum reseruatū fuerat, cum summa gentis nostræ fidelitatis laude coniunxit. Eam siquidē nos non ab alijs nationibus accepisse, sed arripuisse ex natura ipsa, longè dilatata oratione, magnaq. commemoratione antiquitatis, ac exemplorum adhibita prolatione, copiosius indicauit. Varios deinde casus percucurrit nouos, ac veteres: in quibus nostri bellica etiam virtute, ac rei militaris peritia, alijs gentibus multum præstiterant. Nuper rimè tandem affirmavit, se dum in Siciliam delendæ tyrannidis causā perrexisset, per pusilla vix Quingentorum nostrorum manu, ingentē Quatuor millium, & pluriū Sicularum Equitū aciem profligasse. Cùmq. ad eam rem exemplis vteretur multis, veterem illam dicendo renouauit Iaccensis, ac Suprarbiensis imperij expugnationem: à qua, tanquam à fonte, & capite, vniuersarum rerum nostrarum dignitas dimanarat. Atq. hoc mirificè conuenit earum à nobis traditæ rationi. Postquam autem hæc omnia latè, ac fusè persequutus est, solitumq. fidelitatis iuramentum sibi à nostris fieri postulauit: vniuersam argumenti sui sententiam hac peroratione conclusit; Vti Martino filio, Siciliae Regi, quamquam absenti (ea enim inusitata, & noua res erat) Regnorum omnium successio post longam ipsius vitam, eadem fide interposita, deferretur. Id nostri libentibus animis concesserunt: frugi tamē prius, nec incallida, posteris temporis prouisione interiecta; ne aliquando istius casus, cū sponte fieret, ad alium similem casum, necessaria fortè consequentia notaretur. Hisce ergo rebus constitutis, nonnullisq. legibus promulgatis: Comitibus ea peracta fuere, summaq. Regis, ac Regni consensione laudata. Sed meliùs hæc notata erunt vulgaribus literis, quam Latinis. Quamobrem eadem infra, vernacula nostra lingua, proferemus. Ceterum cū Martinus Rex, aliquibus de causis, se coronari in id vsq. tempus distulisset; diem tandem certam destinandam duxit ad eam rem; Cæsaraugustamq. primarios viros, ab exteris etiam nationibus, conuenire. Idibus ergo April. Ann. Chr. ∞ CCCXCIX. in Templo maximo coronatus est, & à Garfia Ferdinandi Heredia, Cæsaraugustano Archiepiscopo, sacro oleo perunctus: nec multos post dies D. Maria Luna Regina isdem prorsus Insignibus decorata. Quæ sollempnia, ac iusta ludorum summa cum cærimonia ab ipso Rege celebrata fuerunt; vt noster Surita testatum reliquit;

reliquit: qui hæc omnia, quæ ego nunc percurro, vberius, ac fufius, quæ admodum cetera, in suis Annalibus pertractauit. Ad ea autem celebranda tantam Optimatum, Equestrium, ac Plebeiiorum multitudinẽ fuiffẽ perhibent congregatam: vt nullis vñquam Comitijs ipsa vrbs tanta celebritate omnis generis hominum floruiſſet. Verũ dies illi profestis funesti pænẽ exstiterunt. Villanouanus enim Vicecomes D. Petrus Ladron Cheluxæ Valli dominabatur intra Valentinos fines constitutæ: sed quæ tamen nostris Aragonijs legibus subiacebat. Valentineses verò Magistratus iam pridem, viuente Ioanne Rege, eam omnem peruerterant iudiciorum rationem: quæ iam inde ab ipsius Valentini Regni expugnatione fuerat, quemadmodum demõstrauimus, iisdem, ac nonnullis alijs opidis constituta. Itaq. Vicecomes ipse hanc iuris læsionem statuens sibi, ac suis esse nocentissimam, cùm ex præscripta lege, veteriq. consuetudine, suæ, ac subditorum lites accõmodandæ essent ad Fororum Aragonum formulas: sæpenumerò Ioannis, ac Martini, Regum fidem prece humili, ac supplici fuerat obtestatus: ne paterentur ius suum ea in re tantopere violari. Cùmq. nihil profecisset quotidianis huiusmodi iactatis querellis; ab eodem tandem Ioanne Eximini Cerdano Iustitia Aragonum depoposcerat (eum enim sciebat sibi, & suis & debere, & posse opitulari) vt peregrinæ huic Valentinerum insolentiæ, Magistratus interponeret auctoritatem, & vim. Iustitia Aragonum iudicans petitionem illam aptè esse coniectam, Interdictionem solitam concesserat; Valentinesesq. Magistratus, qui noxij dicebantur, præscripta die iusserat adesse coram se, de officijs suis responsuros. Sed ij neq. citati comparuerant. Immo id pro nihilo putantes, grauiora adhuc, acerbioraq. fuerant moliti. Iustitia Aragonum, solito suo facetiarũ, & vrbانيتatis lepõre, istius facti vindicationem in commodius tempus distulerat, quo posset Reipub. magis prodesse: ne se fortè, vt erat prudens, ac prouidus, eò dimitteret, vnde nullus esset Valentinis ipsis, ac nostris etiam fortasse, nisi exitialis exitus futurus. Tandiu autem conuiebat; vt omnes crederent, pristinã illam animi sui fortitudinem, non iam diuturno aliquo, sed sempiterno fuisse somno consopitam. Cùm igitur ad eam Festorum celebritatem, in quibus Martinus Rex Insigne Regium susceperat, Valentinerum legati conuenissent: Iustitia Aragonum tenens, quam optabat, occasionem, ne iam ampliùs illius tarditatem expectaret; omnia eorũ bona, illatarum iniuriarum pignora, Magistratus auctoritate, occupauit. Hinc maximè tumultus excitati sunt. Rex enim ad eò id acerbè tulit, ac molestè:

ac molestè, vt natiua sua lenitate deposita, nouus iam homo, vehemens, ac ferox, non mitis, aut blandus, vt antea, videretur. Illud tunc tacetum dictum à Regis Medicis idem Iustitia sibi dictum fuiffe perhibet, quod hoc loco annectendum statui: operæpretium namq. me facturũ existimaui, si ferijs hisce rebus veteres interdum nostri, & vrbani sales accederent. *Por esto el Señor Rey Don Martin fue muy sañoso, è congoxada contra mi. E me dixerõ los Medges suyos, que yo era el millor Medge de la tierra: que auia seyto tornar el dito Señor Rey de fleumatico en colerico.* Edicto tamen Iustitiæ Aragonum parendum fuit; ipsiusq. Magistratus præsidio, Vicecomitis, & suorum caussæ in antiquum statum restitutæ: quo pacto Iustitia Aragonum temporis opportunitatem expectans, sapientissimè totum id, quod nostro iuri diminutum fuerat, exæquauit. His ergo rebus ita constitutis, quæ maximam perturbationem attulerant, ea Comitua sedatè, ac placide dimissa fuere: omniaq. apud nos otij, ac pacis plenissima. Verũ tamen nec diu postea factum est, vt incredibili, qua omnes fruebantur, lætitiæ voluptate carerent. Tristes enim è Sicilia nuntij vna die, atq. vna literarum significatione venerunt, de morte Mariæ Reginae, ac Petri filij, Martini nostri Regis nepotis: ad quem Aragoniam vniuersam ditionẽ, cum Siciliensi Regno coniunctam, peruenturã fore putabatur. Is fuerat A. D. XV. Kal. Decemb. Ann. Chr. MCCCXCIIIX. Siciliæ natus; Ann. vero Chr. MCDI. obiit: eodemq. anno Regina mater, Martino ipsius marito, totius Siciliensis ditionis herede constituto. Ex quo iam tempore vniuersæ res nostræ penitus visæ sunt ad quartum Interregnum procliuës. Et si enim Martinus idem Siciliæ Rex secundam illico Ann. Chr. MCDII. duxit vxorem, Blancam Caroli Nauarræ Regis filiam: simili tamen fatali casu, Augusto mense, infantulus eorum filius, cui Martini etiam nomen inditum fuit, mortem obiit Ann. Chr. MCDVII. Quo etiam anno D. Maria Luna, Aragonum Regina in Villa Regali, Valentinesi opido, mortua est. Ipse verò Martinus filius Siciliæ Rex, nec diu postea iisdẽ certè finibus gloriam suam, quibus vitam, ac immaturam ætatem terminauit. Nam in Sardiniam profectus ad restinguendam quorundam sceleratissimam conspiracyonem, gloriosam tandem victoriam consequutus, ad Callaris ciuitatem cælo, ac loco calamitosam VIII. Kal. August. Ann. Chr. MCDIX. non tam morbo, quem ex labore cõtraxerat, periit, quàm funestæ pestis vi. vt extremum spiritum quasi in ipsa effudisse victoria visus sit, cùm non satis diu nec naturæ vixisset,

vixisset, nec gloriæ. Cuius interitus incredibilem nostris intulit mœstitiã, & quòd sine filijs legitimis decessisset, patri verò habēdorū vix firma aliqua expectatio maneret, propter nimiam corporis crassitudinē. Ad augēdū enim dolorē, hos etiã rariores casus Martini Siciliae Regis obitus habebat: ita vt vix cōsolabilis videretur. Ea est humanarū rerum volubilitas. Qui enim patris futurus heres putabatur, patrē testamēto amplissimæ Siciliae ditionis heredē nominatim scripsit. Tunc Martinus pater, Aragonū, & Siciliae Rex vocari cœptus, ac Athenarū, & Neopatriæ Dux. Neq. verò ipse morte, vt omnes crediderāt, sed Martini filij ea facta fuit Siciliae Regni cum Aragonensium imperij maiestate cōiunctio. Ex duabus autē concubinis filium, ac filiam reliquerat Siciliae Rex: filiam quidem Violantē, quæ postea Nieblæ Comiti nupta fuit, ex Agathusa Siciliensi femina susceptā. Ex Teresia verò, itidē Siciliae, Federicū: qui eodē testamēto Comitatus Lunensis heres institutus, vniuersam Regnorum successionem appetiuit post Martini, aui Regis, ad quē iā properamus, interitū. Illud etiã est maximè in tāto, tamq. præcipiti Reip. casu dolendū, quod Martino Siciliae Regi de tā amplo Regnorū patrimonio nec iter quidē ad auita maiorū sepulchra relictū fuerit. Callari enim sepultus iacet. Martinus pater, cui secūda fortuna tot Regna fuerat elargita, aduersa verò viuo, & vidēti, Regiæ totius sololis occasum; ne ea penitus interiret, nō tā senio, quā corporis infirmitate cōfectus, A. D. XV. Kal. Octob. eiusdem Anni ∞ CDIX. Margaritā Pradesiā, Regio genere natā, vxorē duxit. Sed cū ex ea nullam prole suscipere, nec suscipiendā speraret; se viuēte, ciuile disceptationē esse voluit de futuræ successionis iure. Maximè enim exoptabat Federici Lunensis Comitis, nepotis sui, causam plus, quā ceteras omnes valēre, saltem in Siciliae Regni possessione: vt si iam immaturus ille interitus Martinū filiū à Regia hereditate abstulisset; in ea saltē parte liceret modò, has eius reliquias in posterū remanēre. Verū Vrgelitanus Comes Iacobus, quòd rectā duceret originē à Regia Aragonū virili stirpe, haud patiebatur se ea de re in iuris aliquā cōtentionē vocari. Immo, quia debere se statuebat sine aliqua dubitatione vniuersæ Regiæ hereditatis potiri; generalē illius Gubernationē fidēter postulauit: per antiquū quidē, vt dictū est, Regiæ successionis signū. Rex autē illi nō solū eam, sed & Proregis in Aragonia munus impertiuit: nō quasi ea re cuperet id illi cōcedere, quod expetebat (odio enim nō recēti, sed diuturno, ac veteri in eundē flagrabat) sed vt furētis hominis à sese depelleret importunitatē: quæ valde sibi molesta erat. Ille verò, qui iam ab eo tem-

ab eo tempore facere studebat initiū Regiæ dignitatis præfandæ; omni ope, & opera enixus fuit: vt Iustitia Aragonū solitū à se iuramentū reciperet. Nā nisi eo in ipsius manibus factò, muneribus ipsis fungi nō licebat. Verū Iustitia Aragonū, Ioannes Eximini Cerdanus, non incallidè fuit tergiuersatus. Iustā enim excusationē adhibebat: fuisse se à Deputatis Regni, ne id faceret, interpellatū; quòd affirmarēt, Comitē ipsum nequaquā muneribus istis iuxta nostras leges potuisse præponi. Vrgeli verò Comes de obiectis nihil cōfitebatur. Quāquā autē vehementer instabat: Iustitia Aragonū sibi prius cūctādū proposuit. Sed antequā sententiā protulisset; tristes nūtij allati fuēre, Martinū Regē Barcinonæ, A. D. II. Kal. Iun. Ann. Chr. ∞ CDX. vitā cum morte cōmutasse. Quo misero, ac fatali casu vniuersa Resp. nostra ad quartum Interregnū adducta est, eaq. omnis Vrgelitanus Comitis, ac aliorum competitorū cōtētio ab armorū strepitu ad forēsem disceptationē, nō sine magna, & immortalī maiorū nostrorū laude, reuocata. Martinus enim Rex tametsi commonefactus suū ea de re iudiciū ferre recusauit. Populeti tādē sepultus, orbatā patriā reliquit splēdida illa, ac generosa Aragonū Regū virili stirpe: in quā, tāquā in vnā arborē, tot Regū tā admirabilē, præstātem, ac penē diuinā virtutē insitā intuemur. Nec intuebimur profectò minorem in ijs, quæ nobis percurrēda desunt. vt iurē quidem affirmare possimus, ipsius stirpis non truncum modò, sed & ramos, ac folia vberrimos, lectissimosq. immortalitatis, ac gloriæ fructus attulisse. De ipso verò Ioāne Eximini Cerdano Iustitia Aragonū satis multa dicta sunt, ac dicēda etiā supersunt præclara industriæ, ac prudētiae suæ opera: quando quidē diuinitus quasi in hæc incidit, de quibus agimus, tempora; vt operosi istius ædificij, quod tunc nostris extruēdū proponebatur, machinator adesset, eodē profus modo, quo antiquitus fuerat vltimus ille Aragonēsis Comes, tam benè statuendæ Reip. nostræ tot antea sæculis architectus. Sed nunc ad rem.

Quartum Interregnum.

CVM illa itaq. duo imperij nostri lumina, ambo scilicet Martini Reges, immaturā mortē, nulla legitima relicta prole, obiisset: vniuersa cœpit Resp. nostra, quasi nauis quædā in alto tēpestatibus fluitans, incerto cursu agitari. Quinque enim prodiēre acerrimi competitores: quorum vnusquisq. Regalem ad se dignitatem pertinere diuerso ab alijs iure contendebat.

T Horum

I.

Horum primus fuit (vt eos prius numeremus, qui orti erāt recto nostrorū Regum virili fatu) D. Iacobus Aragonius Vrgelitanus Comes: qui Martino Rege viuēte, generalē, vt dictū est, Regnorū ambierat Gubernationē. Modò tamē Repub. ad Interregnū adducta, fidentiū Regale ipsum munus appetebat. Erat autē paterno genere, recto ordine, à Regia virili stirpe profectus. Regis etenim Alfonsi IIII. pronepos erat: nepos Iacobi, tertij illius filij; qui dū Costātiæ Petri IIII. filiaē grādiōri in Regali successione antelatus fuit, satis firma, quā diximus, veneni suspicione decessit. Ex Cæcilia autē vxore, Comengis Comitis filia, Iacobus ille Petrū reliquerat filiū, Vrgelitani Comitatus heredē: eū nempe, qui Fuxēsem Comitē mortuo Ioāne Rege Regnū appetētem armis repulit, & fugauit: sicuti hæc omnia fusiūs à nobis sunt superiori bus in locis pertractata. At Petrus ex Margarita, Monferraten sis Marchionis filia, Thadæū, Ioannē, ac dictū Iacobū, filios susceperat. Sed Iacobus à patre Vrgelitanæ ditionis heres institutus fuit: quòd ambo ij Thadæus, ac Ioānes, grādiōres filij, mortui fuissent sine liberis. Atq. eorū alteri (quæ aliquādiu apud nos fama percrebuit) Iacobus ipse iniusta, ac insana elatus dominandi cupiditate, occultē nimis, & clam suis manibus necē attulerat. Deniq. Isabellā duxerat vxorē, Petri IIII. & Reginæ Forzianæ filiā, Regūq. Ioānis, & Martini, tametsi nō vterinā, sororē. Hisde caussis, in ea, quæ tunc versabatur, de Regali adeunda hereditate cōtētionē, ipse Vrgeli Comes alios antecedere videbatur. Cuius apud nos præcipuas partes agebat D. Antonius Luna, Aragonensis Ricus homo nobilissimus: qui tā amplo patrimonio in Aragonia potiebatur, vt per sua ferme opida è Castellæ finibus ad Galliā vsq. iter sibi facere liceret. Verū dū se temerē in alieni iuris defēsiōnē immisit, anxiusq. nimis, & sollicitus videri voluit alieni patrimonij propugnator: nec quidquam ea curatione alteri profuit, & ipsemet sibi, ac suis suorum omnium bonorum dissipationem, atq. acerbum inde interitū comparauit. Vna etenim ruina, ac tempestate, & vniuersæ illius opes corruērunt, & ipsius etiam Vrgeli Comitatus: quamquam is potior, vt dictum est, communi omnium opinione, in ea successiōnis caussa ducebatur.

II.

Secundus autē erat, Gandiæ Dux, ac Ripacurtiæ Comes, D. Alfonsus Aragonius: Iacobi II. Regis nepos: filius Petri, illius quarti filij; qui, quemadmo-

quemadmodū exposuimus, beati Francisci instituto addictus, claris vitæ operibus, Valentiaē obiit. Huic autem Alfonso iam tunc aduersari cœperat ipsa fortuna, cū illi Villienæ Marchionatus, ac Castellæ Connestabulia abrogata fuēre: quibus ipse fuerat ab Henrico Rege, Trastamaræ antea Comite, paulò ante donatus. Præterea Violantis Arenosiæ vxoris immoderata nimis licentia, libertasq. viuendi, haud sibi comparauerant eā, quæ tantum virum decuisset, clarā, ac stabilē auctoritatem. Adhæc tanta erat confectus senectute, vt penē iam desipere censeretur. Eas ob res videbatur ab omni nonmodò fortuna, verū etiam spe derelictus. In omnium tamen fide, quòd esset rectæ virili Regum stirpi proximē adiunctus, caussam ipse suam deponebat.

III.

Tertius verò, qui genū quoq. suum ab eadem ducebat Regia virili stirpe, D. Federicus erat Aragonius, Lunensis Comes: Martini Sicilia Regis ad Callarem mortui ex Tharsia, quam nominauimus, concubina filius. Cui, Martino auo Rege cōtendente, Benedictus XIII. concesserat, vt Regale munus posset obtinere, ac si esset ex iusto, & legitimo natus matrimonio. Id autem licet fuerat impetratum ad Siciliaē tantummodò Regnum obtinendum, à quo filij illegitimi censebantur exclusi: tamen ad Regalem etiam Aragoniæ ditionis hereditatē adeundam ab ijs modò adducebatur, qui ipsius Federici orbitati, cū puer esset infans, ac pupillus, fuerant tutores adscripti. Præter eos etiam Regij omnes domestici, & familiares illius caussæ videbantur esse fautores. Verū tamen cū eam Comitatus, ac Lunensis ditionis successiōnem cognati appeterēt propinquiores, nequaquam ea Federicum potiri posse, quòd illegitimus esset, contententes: tot in eius miserī, atq. infelicis fortunas, procellæ, ac tempestates commotæ sunt, vt in ea, quæ tunc vertebatur controuersia, nullius caussa desertior videretur.

IIII.

At quartus ad Regium Principatum accedebat, Ferdinandus, Castellæ Regis filius: Princeps quidem per se satis cognitus nulla commēdatione maiorum. Cuius virtus, eo ipso tempore, latè splendebat: quòd complura loca à Mauris diruta, & penē deserta, per eum essent recreata. Ex Antequeræ autem illustri opido, quod tunc vi obsessum tenebat, Infantis Antequeræ traxerat cognomentum. Sed maiorem laudem præfetulerat, dum Castellæ Regnum, vltro sibi oblatum, puero

Regi, è maiori fratre nepoti, deferendum censuerat. Præclarum continentia, & integritatis exemplum. Nam etsi alios vincere magnum est: maius tamen à se semetipso quemquam superari. Hic igitur Infans Ferdinandus ad Regiam dignitatem capeffendam hoc vno potissimum nitebatur, quòd esset vltimis Regibus, Ioanni, & Martino, proximiori, quàm ceteri omnes, vinculo propinquitatis coniunctus. Erat enim Eleonoræ, Petri III. filia, ac Regum Ioannis, & Martini germanæ fororis, filius: quæ fuerat Ioanni Castellæ Regi, Trastamaræ Comitis filio, quemadmodum suo loco diximus, collocata. Ob id proditur, Martinum Regem, dum, se viuente, de ea Regiæ successione causa agendum decreuerat, in istius Ferdinandi partem visum fuisse propensorem. Quod permagni interfuit ad fouendos nostrorum sensus, conciliandosq. animos: plures enim deinde huic sententiæ fauere visi sunt. Inter quos præcipui illius erant adiutores, D. Petrus Eximini Vrræ, ac D. Ioannes Martini Luna; nobilissimi duo, primarij, & amplissimi viri. Quorum ille erat, clarissimæ gentis Vrræarum princeps, Ruedæq. Vicecomitatui, & Alcalatensi ditioni dominabatur. Hic verò, qui Illucæ ditionis dominium obtinebat, tametsi erat, D. Antonij Lunæ, cuius supra meminimus, vxoris frater germanus; magis ab eo in hac causa voluntate, ac studijs dissidebat, quàm natura, aut genere esset disiunctus. Patruum autem sui D. Petri Lunæ, quem diximus in sua obedientia Benedictum vocari, consilijs parens, eas Infantis Ferdinandi partes agebat. Benedictus enim præcipuum se ipsius dignitatis fautorem constituerat. Ideòq. præfens, atq. aliquamdiu apud nos sedens, suam ea in re operam, studiumq. nauauit. Cuius summa auctoritas, atq. amplitudo ipsi Ferdinando non parum attulit adiumenti.

V.

Quintus tandè, & vltimus, qui in ea Regia causa nõ iã æqualè alijs, aut parè se esse, sed lógè superiorè dictitabat; Ludouicuserat, Calabriae Dux, ac Guisæ Comes nūcupatus; Ioãnis demortui Regis ex filia nepos Violatæ: quæ Ludouico Andegauicæ Duci, Siciliae Regi aliquãdiu appellato, matrimonij fuerat, vt recensuimus, dignitate cõiuncta. Ioãna enim, eiusdè Ioannis Regis, ac Mathæ primæ illius vxoris filia, quæ Fuxensi Comiti nupta, statim in ipsius Martini regnãdi initio, super ipsa Regia successione eã, quam docuimus, vniuersæ Reipub. nostræ attulerat perturbationè; iam pridè decesserat sine prole. Ex secūda autem

vxore

vxore idem Rex Ioannes filiam susceperat Violantem, matrem istius Ludouici: qui modò Regale munus apprehendere, haud minori fiducia, ac si ea de re solus cõtederet, conabatur. Ea tamè omnis spes, & ratio, & cogitatio pendebat ex Caroli Francorum Regis oblata sibi tutela, & præsidio. Ipse enim Carolus enixè Ludouici causam susceperat defendendã, quòd esset sibi propinqua cognatione coniunctus. Ex nostris verò illius se studiosissimã esse profitebatur florentissima omnis Herediarũ gens. Vnde genus ducebat D. Garfias Ferdinandi Heredia, ea tẽpestate Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Archiepiscopus. In quo præter amplissimũ hunc tãtæ dignitatis gradũ, in quo erat locatus, tãta erat nominis, industriæ, ceterorumq. ornamentorũ omniũ amplitudo; vt apud nos Ludouici nomen solus sustineret. Sed cùm se Vrgeli Comitis causæ indica, et animo, atq. armis inimicum; grauissimum in se eiusdem Comitis, ac suorum odiũ concitauit: quod tãdem in ipsius Archiepiscopi crudelem, ac miserabilem mortem erupit.

Hi igitur omnes de Regiæ successione iure inimicissimè inter se, ac infestissimè cõtēdebãt. Neq. quisquã eorũ concedebat alteri, vt iure, aut æquitate se, potiorẽ esse fateretur. Quin immo in ea causa omnes vi opprimi melius esse, quàm iuricedere iudicabãt. Inde nostri subitò maximũ, ac summũ allatũ esse periculũ, & discrimẽ patriæ cognouerunt. Non enim ciuiles iã seditiones afflictabãt Remp. aut de legũ, vel libertatũ obseruatione erat tantũ modò decertatio instituta: sed de adeũda totius Regij imperij possessione grauissima oriebatur contentio. Quæ tametsi valdè timenda videbatur, ac qui illius cursus, aut exitus futurus esset: nihil magis nostri, quàm præposterã aliquã vniuersarũ rerũ cõuersionẽ timebãt, quæ nouum induceret morẽ iudiciorũ, Rẽpublicãq. de pristino libertatis statu dimoueret: cùm humanæ res omnes, ac ipsa Regna, & Principatus per leui sæpe pendeãt momento fortunæ, tẽporumq. inclinatione pusilla. Eòq. etiã id magis; quòd nostrorũ Optimatũ variæ essent, ac diuersæ, & in varias cõpetitorũ partes diffusæ factio nes: nulla autè domus tã stabilis sit, nec tã firma ciuitas, quæ nõ odijs aliquãdo possit, ac ciuilibus euerti disidijs. Neq. vero spes nostris vlla ostēdebatur, vt qui tã opere inter se animis, ac studijs dissiderent, vna vniquã possēt voluntate cõiũgi. Nec tot iã incõmodorũ prouidæ alicui cautioni, si quæ forsan adhiberi potuisset, locus erat. Vrgelitanus enim Comes Iacobus, quo aderat Almunia loco, à Cæsaraugusta nõ lógè, quãprimũ sibi de Martini Regis morte allatũ fuerat, generalis Regnorum

T 3 Guberna-

Gubernatoris nomen usurpauerat. A quo munere se nequaquam abduci passurū dicebat, neq. vt causa sua cum aliorū competitorū causis contenderet: quia ad se solum Regiam dignitatem pertinere luce esse clarius affirmabat. Quō autem prope huiusmodi contentio accedebat: eō iam propius grauiora patriæ pericula conflagabant. Regis autē nomine consultō, vt proditur, se saluari in aliud ipse tēpus distulerat; vt hoc continentiae signo nostrorum sensus permulceret: apud quos nefas semper fuerat decretū, quemquam se Regem ante sancitas more solito leges nominari. Quin & id ipsum Gubernatoris generalis nomē tam citō usurpasse, hoc quoq. magni in patriam amoris artificio cōdiebat: quasi in eo ipso nostris videri cuperet beneficentissimus, quōd Reip. penē succumbenti, & aliorum competitorum oneribus, turbulentisq. factionibus indignissimē oppressæ, sin minus sua vi, suorū ve posset, ipsius tandē potestate muneris subueniret. Sed nota hæc illius calliditas in maius sui odium retrahebatur. Non enim demissus iste, atq. humilis sermo corruptis eius moribus consonabat: immo insolentē suam, superbamq. naturam extulerat sanē supra modum tanti istius insolētia dominatus. Qua in re quō suorum dissimilis videbatur: eō erat illorum in corporis figura, ac membrorū compositione simillimus. Erat enim in eo forma, & species quædam liberalis, ac statura approposita ad dignitatē: præstans prætereā lineamentorum totius oris, & corporis cōformatio: ad hæc gestus ipsius ita venustus; vt ars etiā, quæ non erat, atq. è disciplina motus quidam videretur accedere. Quæ ornamenta cum splendore Regij generis, à quo erat profectus, mirificè lucebant; ac complures, præsertim Catalanorum, alliciebant ad se se: quōd vnum aliquem se crederent ex mortuis nostris Regibus, exemplum fortitudinis, imaginē continētiae, atq. expressam quamdā, & eminentem eorum virtutis effigiem intueri. Verum tamē non abfuit perspicax, qua opus erat, ad præcauendum prudentia aliquibus ex nostris, qui neutram in partem mouebantur, publicumq. tantū agebant retinendæ libertatis, ne his voraginibus summergeretur, negotium. Earum verò, atq. ad eō ventorum huiusmodi duo præcipui moderatores, & gubernatores scientissimi exstiterunt: Egidius Ruiz Lihorrius alter; qui eo tēpore generalis apud nos Gubernationis, vt loquimur, regēdæ munus gerebat, eratq. fortis, ac cōstās vir, deq. ipsa Rep. optimē sentiens; alter verò; quē toties nominauimus, Ioānes Eximini Cerdanus Iustitia Aragonū, eiusdē Reipub. conseruandæ studiosissimus, ac diligentissimus vir: qui de eadē sæpius, vt iam satis docuimus, benemeritus

ritus fuerat. His duobus ob suorū munerū dignitatē tempus, ac facultas agendi erat magis propria, quàm ceteris: doloris verò, timoris, ac periculi eadem erat illa causa communis. Ad eos itaq. confugerunt ij, qui integrum defendebant ius libertatis. Omnes autem Cæsaraugustam quamprimū conuenientes, consideratē rem ipsam agere cœperunt. Inter quos negotiorum tractatione, & vsu, principem locum tenere videbatur Berengarius Bardaxinus, iuris & publici, & priuati valde peritus: qui à veteri, & illustri Bardaxinorum familia originem ducebat. Illius autem non in sententijs solū, sed etiam in nutu tanta residebat auctoritas, vt eius domus sine dubio totius Regni esset oraculum, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum omnium peritissimus censeretur: tametsi apud nonnullos aliquando singularis cuiusdam artificij suspicio imminuebat hanc tantam ipsius auctoritatem, & fidem. Ad nostrorum autem sermones protinus se adiungens Benedictus, eandem urbem A. D. VIII. Id. Decemb. eiusdem Ann. ∞ CDX. 1410 ingressus est. Cuius conspectu, magna ea, quæ plures angebat, de Republica confedit: in hoc enim naufragio colligendo, ac reficiendo communi saluti, semper illius consilia reperiebantur esse versata; nec dum palam in alterutram partem propendebat. Reipub. igitur omne bonū, eorum, qui ibi aderant, finiebatur conuenientia, & concordia. Ex quibus licet plures erant, qui animis, & voluntatibus non leuiter dissidebant inter se: omnestamē (quod permagni interfuit, neq. est in exigua laude ponendum) de Reip. salute vna & mente, & voce consentientes, oportere sibi potius statuerunt præsentibus temporibus, ac periculis, quàm pristinis suis dissensionibus assentiri: quōd priuatas inimicitias in viris fortibus non solū extinguere debeat Reip. vtilitas, sed ad maiorem etiam amicitiam traducere. Nec decuisset sanē dissoluto prorsus, ac quasi dissipato nauigio, tunc cū maiores erumpēbant vēti, sæuiioresq. turbines existerent; quidquam aliud nisi de publicis commodis agere, & cogitare: cū nemo eorum posset ab ea, quæ tunc cōcitata erat, formidolosissimi temporis tempestate liber, aut securus cēferi, si publica res dilaberetur. Hi ergo omnes congressi, quia competitores ad nullam condicionem videbantur accessuri; in primis coram inter se sermones eos contulerunt, quos Martinus noster Rex moriens habuerat eo ipso die, quo excessit è vita, in ea, quæ iam futuræ Regnorum successionis causa pendebat. Etenim quærentibus ex sese, cui post eius obitum Regiam hereditatem tradendam censeret; moribundus iam responsum dederat: N E M I N I prorsus se velle,

præterquam ei, ad quem iure, ac legibus pertineret. quasi omnia nostrorum consilia, atque facta ea in re, ad iustitiam tantummodo, & æquitatem referenda esse, per paucis illis verbis protulisset. Cuius non sententiæ solum, sed etiam, ut nostri dicebant, Regij præcepti tantam vim esse debere, omnes qui Cæsaraugustæ eo, de quo nunc agimus, congressu aderant, decreuerunt; ut omnium mentibus cum ea Martini Regis voluntate consentientibus, statim ab ipsis memoræt amplissima illa decreta facta fuisset:

Omnia scilicet omnium arma contra eum esse capienda, qui in ea Regiæ successionis causa, vi, & armis, non autem iure, & legibus decertaret. Cōpetitores autē ipsi, licet animis cōtenderent inter se; ibi tamen consisterent, ubi opus esset. Nec quæ dubia erant, quicquam eorum sumeret, pro certis, aut concessis. Quinimmo æquo animi paterentur omnes, rem ad Interregnum adduci; ut vniuscuiusque iure diligenter examinato, momentoque suo ponderato, causa hæc non gladijs, sed litibus ageretur: præsertim cum ea esset, quæ longi temporis, & magnæ, arduæque cogitationis indigeret. De ea autem re omnes ipsi ad vnum ita sentirent: Ut qui iudicium impediret huiusmodi, se sciret contra Rempublicam esse facturum.

Quamprimùm verò statuerunt, Vrgelitanum Comitem Iacobum, exultantem nimis, præfidentemque sibi, de eo, quod temerè usurpauerat, generalis Gubernatoris munere detruendi oportere. Quod si aliter fieri non posset; Iustitia Aragonum eidem inferret Magistratus manum, & vim. Addebant præterea; quò ad has res obeundas auctoritas maior accederet, totius siquidem Regni consensus: omnes nostrorum Ordines in vnum esse locum congregandos: generaliaque nostris Comitibus circa iurè esse indicunda. Quamquam enim ea apud nos ex antiquo iure nisi ab ipsis Regibus haberi non possent; tunc cum tanta inerat efficiendi necessitas, rectè posse affirmabant, ad speciem, atque usurpationem vetustatis adumbrari: cum hanc deceat esse rationem consiliorum, quæ rerum, ac temporum sit vicissitudo. Comitibus autem huiusmodi à duobus ipsis, qui ibi aderant, præcipuis Reipublice moderatoribus conuocari debere: Egidio nempe Lihorrio, officium Gubernationis Regente (quem Gubernatorem vulgò appellare solemus, atque ita eum deinceps nominabimus) Ioanneque Eximini Cerdano Iustitia Aragonum: ut prior Regis personam, posterior verò solitam gereret Magistratus. Atque hæc quidem omnia, quæ facienda erant, statim facta, & transacta sunt. Gubernator enim, ac Iustitia Aragonum, quem admodum

dum fuerat decretum, de communi suorum munerum potestate, generalia totius nostri Regni Comitibus indixerunt: iusseruntque solito more, omnes Ordines A. D. VI. Id. Febr. Ann. M. CDXI. in Calataiubij ampla, ac nobili ciuitate vt adessent, suam de cōmuni Reipublice causa sententiam dicturi. Ioannes etiam Eximini Cerdanus consuetudo sui Magistratus Iurisfirmæ remedio, Vrgelitano Comiti interdixit: ne deinceps amplius eo, cui contra leges præerat, generalis Gubernatoris munere fungeretur: ne ve expectaret, si id tandem renueret, ut eum reprimerent validiores Magistratus habent. Tunc fieri quædam nostrarum rerum ad meliorem spem inclinatio visa est. Vniuersum namque Regnum erigere se cœpit in retinenda libertate consentiens. Protinus autē Vrgeli Comes Iustitiæ Aragonum paruit interdicto. Ceterum præstituta die Comitiorum, cum illud Gubernatoris, ac Iustitiæ Aragonum de Comitibus conuocandis edictum omnes nostri magna frequentia ornassent, & concursu: Gubernator, ac Iustitia Aragonum, meritò quidem illorum Comitiorum præfides, cum ipsi ambo essent custodes, ac præfides libertatis, exponere omnibus cœperunt summam rerum in Regno post obitum Martini Regis gestarum, & quod eorum fuisset istius conuocationis consilium. Illud omnibus persuasum esset, in ea, quæ tunc causa pendebat, fortunam solam Reipublice disceptare. Nam si armis, non litibus ea esset controuersia definienda; victores quam Rempublicam habituri essent, nesciebant: victis se credere nullam futuram. Neque iam exploratum esse vniuscuiusque competitorum ius, quam sibi quisque suadebat. Pro certo enim vnusquisque eorum sumebat, quod alijs dubium, controuersumque videbatur. Ad extremum (ne longius progrediar, quam oporteat, tametsi huc non inuitus declinabam) longa habita oratione, grauissimis verbis, & sententijs plena, nostros omnes ad magnam, & communem concordiam hortati sunt: ut cōmuni omnium animo, & voluntate in eorum fortunas irrumperet, qui aliter, quam iure, ac legibus, de huiusmodi Regia causa contenderent decertari. Quæ in re polliciti fuerunt se consilio, quantum possent, labore verò, plus certè quam possent, pro patria vigilaturos. Atque cum hæc eorum oratio minimè iniucunda videretur: magnus repente fuit ex plurimis, qui ibi aderant, plausus excitatus. Aderant autem nonnulli, quorum studia inter se magnopere discordabant, non iam intus, ut antea in animis inclusa, sed quæ foras etiã audacter prorūpebant. Hi dissimulare non poterant villo modo, sibi quæ à præfidentibus proponebantur, vehementer displicere. Etenim cum vnusquisque eorum sensu suo, ac quæstu Regiam

illam causam metiretur, quasi ijs Comitibus iudicanda esset; palam, ac publice contendebat, ei soli ex competitoribus sine ulla controuersia Regale nomen, ac munus deberi, cuius ipse partes suscepisset. Ad quod negotium cōficiendum nō iam occultè, sed nominatim illi suam quisque, suorumque auctoritatem, gratiā, copias, ac opes deferebat. Verūm D. Antonius Luna, clarus ille, ac præpotens, quem nominauimus, vir, audaciùs præ cæteris omnibus cunctationem propositā, initamque Comitiorum rationem exprobrabat. Primū enim dicebat nullā esse rē, quæ cuiusque animum in ea causa dubium facere posset, quin sine ulla mora Vrgelitanus Comes Iacobus, qui non procul ab eis, sed prope aderat quasi præsens, ad Regale munus capeffendum vno omnium consensu vocaretur: cum omnibus iamdiu esset exploratum, eum solum apud nos, tum vxoris iure, iustè, & legitimè imperare debere. Turpeque nimis videri sibi affirmabat, peritos, qui ibi aderant, dubitare se dicere a uos esse, quæ ne rustici quidem dubitabāt. Valde verò iniquum, cui fortuna Regiam fuerat dignitatē apertè elargita; eandē modò destinata iam, & quasi desponsam, callidis tergiversationibus velle præripere. Deinde acriter illis obijciēbat eam Comitiorum conuocationē à Governatore, & Iustitia Aragonum factam: cum, ut ipse dicebat, Regibus finitis, Regnum conuocare, Deputatorum Regni proprium esset officium, ac munus: è quorum numero D. Antonius ipse eo tempore erat. Irrita ea propter decernebat, quæque ibi agerētur, esse futura: nisi fortè tenderent ad Vrgeli Comitē, Regē acclamandū. Id enim quoquo iure fieret, optimo iure fieri prædicabat. Ac ni protinus fieret: minas iactabat; formidines proponebat; magnos denique nostris iniiciebat terrores; quasi vi melius, ac metu, quam precibus, aut suasionibus rem illam transigendam putaret. Hæc itaque tam concitata, ac vehemens D. Antonij oratio, summaque ipsis nominis amplitudo, ac Magistratus, quem gerebat, auctoritas permultos facilè de proposita sententia dimouisset: nisi D. Gasias ille Ferdinandi Heredia Cæsaraugustanus Archiepiscopus, qui ibi aderat frequens, atque in Comitibus, & in ore omnium quotidie versabatur, statim suam opposuisset non minorem certè auctoritatem. Is enim graui sententiarum, ac verborum pondere, ea omnia sapienter refutauit, quæ insipienter nimis D. Antonius fuerat minacibus illis verbis persequutus. Cumque ob eam causam acerbè fatis in illum Archiepiscopus ipse inueheretur: iam tunc apertè visus fuit D. Antonij animus, vehementer incensus, detestabile, quod postea peperit, scelus concepisse.

Sed quo

sed quo Archiepiscopus magis auram sibi captauit popularem, id tandem fuit, quod cum se palam affirmaret esse Reginæ Violantis, ac Ludouici filij studiosissimum, quorum causam, ut ipse assererat, notissimum erat, iure, & æquitate longè ceterorum competitorum causis antecellere; nihilominus tamen quidquid in ea agendum esset, cautè prius, ac pedetentim agendum statuebat: cum tantam rem maturissimè iudicari oporteret. Atque illud idem visum est aliorum competitorum fautoribus: quorum plerique illuc conuenerant. Verūm haud cessabat vnus quisque eorum contrarias refellendo, quam quisque fovebat, varijs argumentis, & rationibus confirmare: quod pro certo putaret studio, ac suffragio suo viam sibi ad beneficia à futuro Rege impetranda munire. Hinc res confusè agi cœpta fuit. Nouæ enim nostrorum factiones subito fuerunt excitatæ: quæ quasi redundantes quidam fluctus, ac superfluentes, ventorum vi agitati, ad alios passim accedere, & ab iisdem statim recedere videbantur. D. Antonius Luna, qui ardentè cupiebat Vrgelitanum Comitem Regem acclamari; maximā animo molestiam capiebat, ipsius Comitibus causam prospiciens in pœiorē partē versam, & mutatā. Eam autē mutationē capitali odio, & malitiæ Cæsaraugustani Archiepiscopi tribuebat. A quo potius, quam ab ijs, qui in alios propendebant, ipsum Comitem fuisse Regno depulsum dictitabat; quod in eum Archiepiscopus ipse artificiosissimè, nulla data occasione, omnium Ordinum odium concitasset. Nimia iccirco exardebat iracundia. Sed eam, ut erat veterator, & callidus, inclusam animo continebat; donec tetri illius, ac scelesti facinoris, quod postea commisit, opportunum locum, & tempus obiret. Quamquam autem ipse huiusmodi causam à Governatoris, & Iustitiæ Aragonum summi consilij gubernatione auferre conabatur: inanes tamen in rem istam infractus eius furor impetus faciebat. Eorum enim honorata senectus, ac in publicis rebus cognita virtus, tantam apud omnes auctoritatem habebant, ut non à propensis solum in singulas competitorum partes, sed à competitoribus etiam vehementer colerētur. Ipsi verò commune commodum mutuis officijs sapientissimè gubernabāt: omnibusque alijs ferme inuitis, ambo soli suis humeris tota hæc Comititia sustinebāt. Ad quæ tandē Legati venerūt à Catalanis, & Valētinis, publicis cū testimonijs, atque auctoritatibus missi, postulātes: ut huiusmodi nostrorū Comititia ad aliū locū trāsferretur, qui esset singulis eorū regionibus magis propinquus. Quod idē se statim facturos pollicebātur. Ad ea enim exquirenda consilia, quæ ad cōmune cōmodū pertinerēt, inuicemque

inuicemq. secum conferenda, conducere nimis affirmabant, omnes non animis solum attentis, verum etiam corporibus propius adesse; ut eò maturius de re tanta transigerent, quò celerius possent in vnum, dum opus esset, locum conuenire. Eam verò, quæ esset omnium causâ communis; communi omnium consensu agi oportere. Quæq. autem fierent; diu esse ab omnibus concoquenda. Totius namq. Regij imperij, veteri ferme exemplo, nouum tunc modum statuendum putabant. At inter nostros, dum hac de re agi cœptum est, magna, ut solet, orta fuit confusio suffragiorum. Denique præstantes quidam viri lecti fuere, quibuscum legati agere possent de proposita huiusmodi trium Regnorum conuenientia. Fas est enim interdum Cataloniâ, Regnum appellare. Nam etsi tantum sit Principatus nomine insignita; aliquando nec immeritò potest Regali nomine digna iudicari. Hi ergò sæpius congressi decreuerunt: singulis in locis opportunis quam citò à nostris, Catalanis, ac Valentinis Comitibus esse indicunda, quæ omnium Regnorum faciem præ se ferrent, communisq. auctoritatem Reipublicæ. Nostra inde Comitibus dimittenda, conuocandaq. ad Alcagnicenses opidum, Ergauicense olim, seu Erganicense, ut nonnullis placet, appellatum; quòd esset Cataloniæ, ac Valentino Regno valde finitimum. Catalanos Dertosam; Valentinos autem Traygueram protinus conuenturos. Ea etenim loca ad pares quosdam angulos, satis vicinos, sita sunt: singulisq. trium Regnorum oris, atq. extremitatibus terminantur. Quamquam autem Turiassonenfis Episcopus, ex lectis vnus, contra ista dicere visus est, quòd non fuisset, ut ipse assererat, ad ea de liberanda vocatus: nihilominus Comitibus ipsa III. Calend. Iun. eiusdem Ann. 1411. ab ea, in qua tunc habebantur, Calataiubij ciuitate dimissa fuere: decretumq. ut in Alcagnicij opido celebrarentur. Diem verò illorum à selectis viris dici debere. Biduo autem post, Kal. scilicet Iun. Cæsaraugustanus Archiepiscopus D. Garfias, quem retulimus D. Antonij Lunæ consilijs, ac sermonibus obstitisse, cum Calataiubio egrederetur, tenderetq. Cæsaraugustam; dum ad Almuniam, memoratum iam non longè vtrinque locum, peruenit, recentissimas à D. Antonio ipso literas accepit, suaues, & iucundas, significantes: se cum eodem Archiepiscopo de Rep. colloqui velle, ut ambo cõmentarentur inter se, qua ratione commodius esset & ipsorum tunc temporum paci, & totius posteritatis otio consulendum. Ea propter se amicè, & beneuolè ad Almunie muros solum in agro, regia, qua itur Cæsaraugustam, via eundem Archiepiscopum præstolari: quòd tacitum hunc eorum con-

rum congressum esse oporteret. Infidiosè tamè fingebat hæc omnia. Diu namq. eidem periculū capitis moliebatur; ac in præcordijs suis cõceptâ illi mortè cõtinebat: quòd vnicū hoc statueret esse, ægrotæ, sed nõdū desperatæ, Vrgelitani Comitibus causæ remediū; cuius se profitebatur, ut dictū est, esse & in cõsilijs capiendis auctore, & adiutore in agendis rebus fortissimū. Archiepiscopus quidè nihil mali fuerat suspicatus. Iccirco ex Almunie opido parū comitatus exiuit: restatq. ad D. Antonium profectus est. D. Antonius enim summa sua auctoritate istâ caluniæ suæ licentiâ possidebat. De via autè ad sinistra paululū declinauerat Almonaziriū versus: cuius loci tunc supremæ dominationis iure potiebatur. Itaq. Archiepiscopo iter suū eò cõferenti, haud lōgo interuallo, D. Antonius cū armata suorum caterua obuiâ processit. Ac dū ambo simul iūcti fuere, postquā se vicissim salutarūt benignè, ac comiter, ut fit: secretò colloqui cœperūt de publicis negotijs, & rebus. Tūc D. Antonius tēpus sibi oblatū nolēs prætermittere, de singulis cõpetitorū causis sermonē orsus, quòd speraret nõ posse Archiepiscopū habere diu sua ea de re clausa cõsilia, captiose illū interrogauit: quid de vnoquoq. cõpetitorū iure sentiret: nõ Vrgeli Comitē futurū esse Regē autumaret. Cui cū Archiepiscopus prudēter parū, *nō me vivo*, respondisset: D. Antonius incredibili furēs audacia, detestabileq. iā scelus anhelās; *si nõ te*, inquit, *vivo, mortuo igitur esse oportebit*: protinusq. stricto gladio eundē adortus, graue capiti illius vulnus inflixit. Infelix tunc, & miser Archiepiscopus dare sese in fugā properauit. Verum ea statim repressa, à D. Antonij domesticis, & familiaribus, qui nõ procul fuerāt in insidijs collocati, vndiq. cinctus, repētè è mula, in qua vehebatur, exturbatus est: humiq. iacēs, nefariè, ac truculēter occisus. Sui etiā, quorū perpauci admodū illuc cõuenerāt, ijq. imparati omnes, atq. inermes; subito eodē periculo circūuenti, nonnulli grauius icti, Almunie cõfugerūt; alij crudeliter interfecti sunt; alij ab insidiatoribus capti, & cõprehēsi, Almonaziriū ducti, ibidē diutius in priuatis custodijs asseruati. Quorū vnus fuit Iacobus Cerdanus, Iustitiæ Aragonū filius: qui forte eo die eundē Archiepiscopum stipabat. Sed de hac illius morte, ita in Kalendarum codice Sedis Cæsaraugustanæ. *Kal. Jun. obiit D. Garfias Ferdinandi de Heredia, Archiepiscopus Cæsaraugustanus: qui pro defensione, & iustitia Regni sustinenda in loco de la Almunia mori è passus est, prima die Iun. Ann. à Nat. Dom. 1411.* Tanto igitur patra-

quæ perperam fiunt, quod D. Antonius putauit Vrgeli Comiti commodum fore, id summū illi existit exitium. Etenim nemo fuit ex nostris, qui nō acerrimè ad tantā vlciscendā iniuriam incumberet: eoq. tempore tantum virū vniuersæ Reip. ereptū fuisse, cōmunis ab omnibus iactura statuebatur. Præterea amplissima omnis Herediarū gens, quæ Ludouici Andegauensis Ducis, vt diximus, partes agebat: ab eo protinus desciuit; accessitq. ad Infantis Ferdinādi causam fouendā: cuius præsidio, quod propius adesset, facilius se posse sperauit, D. Antonij, ac Vrgeli Comititis furorē reprimere, domesticiq. sanguinis pœnas expetere. Quin etiam & omnes ipsius Comititis inimici, quorū ille erat plenissimus, quō in eū totius Regni odiū cōcitarēt, magnis clamoribus horribilis istius casus atrocitatē augētes, palā corā omnibus exclamabāt: ab eo tāquam à domino aggressi, & furioso fugiendū esse. Nā si regnaret; affirmabant, sine dubio futurū esse, procellā patriæ, turbineq. ac tempestatē pacis, & otij: nostrosq. eo Rege, neq. patrias leges, neq. cōmunia iura tenēre posse. Ipsi verò D. Antonio probra omnia, maledictaq. obijciebāt non Vrgeli Comititis inimici solū, sed omnes prorsus omniū generū, ætatū, atq. Ordinū homines; summi; medi; infimi; peregrini; ciues; viri, deniq. & mulieres cūctæ; atq. etiā infantes: quōd amicū; quōd inermē; quōd Antistitē; quōd Pastore suum, per simulationē amicitiae, sub pacis nomine à se accersitū, nefariè prodidisset. Et quod summum erat, quōd secum, quasi in triumpho, ad victoriæ ornatū, Archiepiscopi famulos, atq. affectatores, qui viui euaserant, deportasset; etiamq. tunc eosdē, ac si infideles essent, captiuos in arctissima vincula cōiectos, retineret. Ob id deniq. factū, ipsius D. Antonij memoriā, mores, nomen tandē, dum illud audiebant, apertè execrabantur: quōd vniuersam nationē, patriamq. cōmunē, quæ semper esse cōsueuerat in hostes lenissima, tāta tunc crudelitate polluisset, nobilissimūq. genus suum tāto proditionis dedecore maculasset, quantum vix reliqua omnis ætas posset eluere. Inde natū fuit, quod modò tritū apud nos est vetustate prouerbiū: vt dū alicui malū aliquod auspiciū detestari velimus, vulgari lingua, *Con don Anton te topes*, crebrò dicimus, quasi eū, qui illi obuius sit, miserū, atq. infelicē ea detestatione obnūtiemus. Iam verò hæ tantæ istorū temporū miseræ Gubernatorē, ac Iustitiā Aragonū, reliquosq. omnes bonos viros vehemēter excruciabāt. Nihil enim minus tunc miseræ ipsi Reip. cōueniebat, quā domesticas apud nos esse dissensiones, nouasq. turbas, ac rixas concitari. Verum tamen dū inspexerunt necessariò à se se tā aduersam subeundā esse for-

esse fortunam: maiori constantia, ac virtute proposuerunt, sibi cum ea decertandum, turbidosq. ipsius motus summa ratione, ac cōsilio gubernandos esse; neq. ab humili animo, aut demisso, sed à graui potius, & firmo, tamquā fluctū à saxo frangi debere. Quamquā autē crudele id factū, tanti flagitij plenū, ac dedecoris, acri, & repentina animaduersione dignū statuebant; interdū tamen tēpestati obsequendū duxerunt. Ea namq. erat fontium potentia, quā illa vis temporū labefactare vix posse videbatur, donec infelix patria, tot vndiq. periculis cincta, ad optatum aliquem portum perueniret: ad quem breuī appulsuram Dei benignitate sperabant, si trium Regnorū conuentus singulis in locis præstitutis, alijs ve coniunctis ageretur. Confidebant enim, se quāmcitò Regem habituros. Eo autem constituto, maxima tenebantur spe, fontes eos, vt meriti fuerant, crudelissimè esse mulctandos; tuncq. maturiùs posse grauitate pœnæ tarditatem supplicij compensari. Interea ne longiùs prorumperet improborum audacia; magnas subito equitū, ac peditum copias cōpararunt: easq. in præsidijs, varijs in locis per vniuersum Regnū collocantes, ad communia pericula, seditiososq. homines insectandos paratas esse voluerunt: atq. huc, & illuc, quo magis opus videretur, promptas. Tot modis fulcienda tunc Resp. fuit: quæ iam iam ruere videbatur. Eis autem aliquātulū subleuata. Interfectores enim Archiepiscopi Regno fugati, pulsiq. fuerunt. Neq. enim illorū fuga vllō modo potuit intercludi. Eorum verò inimici ex Herediarum, & fautorum gētib. quorum magnæ cohortes toto Regno, mira omniū consensione, in oblata necis vindictam vagabātur; aliquamtulum etiam repressi. Quibus in rebus componendis diu, multumq. à nostris elaborandum fuit. Propterea oportuit propositā eam Regnorum conuenientiam per illud idē temporis prorogari. Ceterum postquā se à magna ista tantarum rerum molitione expedierūt; ad initam Comitiorum rationem peragēdam conuersi sunt. Ad diem autem illorū destinandā, vt decretum fuerat, in Epilæ opidū A. D. IX. Kal. Aug. eiusdem anni conuenerunt, Gubernator, Iustitia Aragonum, Berengarius Bardaxinus, pluresq. alij ex delectis viri. Sed hi tres, non solū consilijs, sed facie, ac vultu suo sustinebant miseræ Reipub. dignitatem. Quōd si languidiore ea in re studio fuissent; proculdubio ceterorum omnium fractus animus, debilitataq. virtus funditus concidisset. Hi ergo Epilā congressi, cōsiliū mutauerunt: statuerunt siquidem ad eam dicendā Comitiorū diē, CæsarAugustæ VI. Id. eiusdem mensis Aug. eos omnes adesse oportere; quia ad id Urbem eam, oppor-

tuniorum esse locum, iudicant. A Catalanis autem per literas, ac nuntios certiores facti sunt; eos iam Dertofam, ut constitutum fuerat, conuenisse. Ideo nostri accelerandum sibi decreuerunt. Sed Catalanorum adhibitam operam tacitus nullo modo præterire possum: quandoquidem in ea Reipublicæ iactura, tametsi nostri cum ipsis condicione pares, & fortuna socij exstiterunt, atque interdum etiam ob graues nostrorum euentorum casus inferiores; longè tamen nostros sedulitate, ac concordia superarunt. In quo nihil eis tribuimus, quod non res, & veritas ipsa concedat. Semper enim primi in exquirendis consilijs fuerunt: in exequendis autem haud nouissimi: tum magis inter se concordantes, & coniuncti, priuatas suas inimicitias, quamquam graues, ac veteres, alacri animo, & vultu ob communem, & publicam causam deponentes. Denique licet illis naturam insitum sit, quod nobis cum ipsis est commune, ut sententijs magis, quam verbis abundemus: in his rebus adè & verbis, & sententijs abundarunt, ut visi certè fuerint sese metipsum, ac suam etiam naturam superasse. Tandem ut me retineam, à nostris, qui Cæsaraugustam conueniunt, ea Comitiorum dies, secunda mensis Septembris proxima dicta fuit: ad illamque totius Regni Ordines Alcagnizij in opido adesse iussi. Quo statim omnes pergere coeperunt. Atqui dum eò ventum est: cum Catalanis, qui Dertofam iam aderant, agi coeptum. Nam Valentinus, graues quædam, eo tempore ciuiles ortæ dissensiones detinebant; quæ diutius eos ab instituta illa Regnorum conuenientia retardarunt. Neque ea penitus sedari potuerunt, quin ipsi in duas partes diuisi, alij Vinalarozium conuenirent, alij verò in constitutum antea Traygueræ opidum: contendentem, quam quisque sequeretur vocem, eam certam, ac veram esse, Valentinum Regni propriam, ipsiusque potestatem, & auctoritatem præferentem; aliam verò fictam, & corruptam, meritoque parvipendendam. Idemque apud nos D. Antonius ipse Luna, & nonnulli alij. Mequentiam conuenientes, ineptè, ac stolidè tentauerunt. ut hæc quoque noua perniciosa cum vniuersa Reipublicæ calamitate coniungeretur. Verum hi omnes sensim euauerunt conatus. Singulis enim Regnis singuli tantum conuentus constituti sunt. Eos autem deinceps Parlamentorum, non autem Comitiorum nomine vocandos duxerunt: in hoc etiam seruare volentes debitum Regiæ dignitati decorum; quæ sola nobis potest ex veteri instituto, vera, & iusta Comitiorum celebrare. Legati verò à Balearibus, & Siculis missi ad nostros venerunt, pollicentes, se in huiusmodi Regiæ causa, quodcumque nostri perciperent consilium, penitus sequuturos. quæ legatio omnibus grata fuit, & iucunda. Illud autem iucundissimum, quod dum horum trium Parlamentorum

sermone

sermone mutuò inter se conferri coepti sunt; omnes tendere videbantur ad bene de communi Reipublicæ statuendum. Quamquam enim aderant utrobique nonnulli pestilentes viri, ac perniciosi, publicæ istius causæ præuaricatores, apud quos ea, ut plerumque fit, non ex vtilitate publica, & communi, sed ex priuato illorum quaestu, & compendio pendebatur: tamen ipsi callida sua consilia, nefarijs mentibus inclusa continebant, quod vehementer vererentur iustam ceterorum omnium reprehensionem. Circumstabat enim summa Parlamentorum auctoritas: quæ obliuisci eos domesticæ laudis non sinebat. Itaque hinc fiebat, ut cum hos verecundia cohiberet, ceteros autem integri officij studium incitaret: de Reipublicæ salute mirifice omnes vna & mente, & voce consentirent. In primis autem statuerunt: ut dum hæc causa ageretur; introitus omnes, quibus terra, aut mari in regiones hæc adiri posset, firmissimis essent armatorum hominum præsidijs interclusi. Deinde Arces, & Castella omnia tutissimis custodijs munita, & maioribus quam antea vigilijs. Ea quoque Regnorum Parlamenta, cohortibus armatis circumsepta: ut & Regnorum fines ab excursionibus hostium tuerentur, & communem patriam à ciuilibus seditionibus vindicarent. Quæ omnia sicuti statuta fuerant, cõfestim facta sunt. Ad hæc de Regia illa causa decreuerunt, non temeritate, aut cæco, & populari impetu, sed perspicua prudentia, & percauto quodam delectu iudicandum. Nec alienum esse ad eam rem adhibere doctos homines, vel vsu peritos: quorum committeretur fidei, ac permetteretur iudicio, & potestati. Esse enim affirmabant liberorum populorum condicionem, præcipuè autem huiusce nostri Aragonensis populi; posse suffragijs suis dare, vel detrahare Regnum, cui velint. Memoria namque repetebant, prisca illis sæculis, tribus oblati similibus Interregnis, quorum supra meminimus, similia iacta fuisse retinendæ libertatis fundamenta: dum Innicus Arista primum, deinde Abarca Cæso, postremò tandem Ranimirus Monachus, à nostris fuerant Reges acclamati. Quin etiam & Garciam illum Eximini, primum Suprarbiensium Regem, assererebant fuisse, quemadmodum re vera fuit, vltro, & sponte ab ipsis Suprarbiensibus Regem cooptatum. Vnde in ea, quæ tunc circa Regiam hereditatem quaestio vertebatur, nihil competitorum, tam proprium esse debere, quam ferre modicè eorum voluntatem, quibus semper fuerat in mādādo Regno natiua, ac propria libertas præstituta. Nec qui fortè præterirentur, quandoquidem vni soli Regale erat munus deferendum; de ipsa conquereretur iudicij iniquitate: cum si libertatis proprium est, facere id quod velis; nostri populi,

V 3 qui

qui liberi erant, iure poterant, quem sibi vellent, Regem constituere. Quid? quod, ne ea, si qua esset, competitoribus fieret iniuria; vniuersi Regnorum Ordines statuebant; Eum solum, Regem acclamandum, ad quem iure, & legibus Regia ipsa dignitas pertineret. Iudicium verò istius rei, quæ tam ardua, ac difficilis erat, nequaquã ducebant vniuersæ multitudini committendum esse: cum multorum animi in deliberando semper in contrarias partes distrahantur, nec quidquam sit incertius multitudine. Sed viros ingenio, prudentia, atq. integritate præstantes, ex singulis tribus Regnis deligendos, qui lumina ingeniorum, consiliorumq. suorum ceteris omnibus porrigerent, atq. tenderent. Ipsiq. soli, graui suarum conscientiarum pondere, non populari aliqua trutina, sed quasi fidelissima quadam statera, singula competitorum iura examinarent, decernerentq. Quem tandem Regem vniuersi Regnorum Ordines in posterum essent habituri. In quibus deliberãdis rebus mirifica exstitit Parliamentorum, incredibilis patriæ totius, bonorumq. omnium summa, & singularis consensus. Verùm hæc consilia Vrgelitano Comiti vehementer displicebant. Etenim, vt ipse affirmabat, ob inimicos suos, timidiùs se huiusmodi delectorum virorum iudicio committebat. Sed ne diffidere iuri suo fortasse videretur: huic trium Parliamentorum voluntati obsequẽdum statuit: quòd eam tandem ab omnibus videret esse certã, ac stabilem, vltimamq. explicatã de expediendo huiusmodi negotio sententiam. Cui ceteri etiam competitores statim sunt assensu. Quisq. autem eorum sic statuebat: vt si causa cum causã contenderet, se suam perfacilẽ crederet non æquis solum, sed barbaris iudicibus probaturum. Tantum vnusquisq. sibi, æquitate iuris sui nixus, confidebat. Postquam igitur omnes initam hanc consiliorum rationem summa cõsensione laudarunt; reliquum fuit, in quo plusculum erat negotij, vt viri ij deligerentur, qui tantæ rei essent præficiundi: decernereturq. quot futuri essent, ac quo tandem in loco congressuri. Primùm quidem constituerunt: Nouem tantùm viros cooptandos, ex tribus siquidẽ Regnis ternos, qui electorum quasi munere fungerentur. Quẽ enim ipsi omnes, vel ex eis sex, dũmodò aliquis è singulorũ Regnorũ electis interesset, Regẽ habendũ iudicarent: is statim quietẽ, & pacificẽ, sine tumulto, sine armis, de communi Parliamentorum consensu, publicaq. Regnorum auctoritate, Regna cũ dignitate obtineret. Id autẽ iudicium intra duos menses fieri debebat. Si verò latiùs id tẽpus vellent proferre: liberẽ possent illud in alios duos menses prorogare. Quòd si ex deligendis aliquis susceptũ munus com-

nus commodẽ explẽre nequiret, vel fortẽ recusaret: superstites, quem vellent, in eius locum sufficerent; qui idem munus cumulatẽ exequi valeret. Deinde autem, quia Aragonio Regno à ceteris ditionibus semper dari consueuerat in tota dignitate principatus; decretum fuit: vt istius amplissimi iudicij sedes intra Aragonios fines statueretur. Propterea de communi Parliamentorum consensu, Caspe, celebre apud nos opidum, futuris iudicibus consistendi locus circumscriptus. Ipsiq. quoq. hæc adhibita fuit iudicij, ac cognitionis regula: vt primùm illius competitoris causã audirent, qui ad eos primus accederet. Si verò plures adessent vno tempore: quem vellent ipsi, ordinem seruarent. Competitoribus per procuratores, non per se ipsos agere licitum erat: neq. propiùs iudicij locum XII. M. passuum accedere, plurium, quàm singulorum XX. equitum turmis stipatos. Eorum autem procuratoribus, legatis ve edicebatur: ne plurium, quàm singulis XL. equitum, & L. peditum inermibus cateruis comitati, ad futuros iudices in ius adirent. Ipsiq. verò iudicibus; ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus in tanta re adhiberi posset: vt sumpta priùs Sacrosancta Eucharistia, sollemne Iusiurandum præstarent, fidem suam omnibus obligãtes: se pro eo tantùm sua suffragia laturus, quem iudicarent iure esse ad obtinẽdum Regale munus potiorẽ. Neq. se precibus, nec pretio, nec gratia, nec similtate, à recta iuris via deducendos; sed ea semper mente futuros, quam ratio, & veritas ipsa præscriberet. Tum: vt suum quisq. suffragium, & suorum eiusdem muneris sociorum tamdiu tegetet, & supprimeret, quamdiu notum, atq. apud omnes peruulgatum esse oporteret. Ad hæc Caspensis ipse locus confestim fuit firmissimo militũ præsidio munitus: quò futuris electoribus tranquillitas animorũ adesset, & maior securitas. Quin etiam vniuersi Regnorum Ordines decreuẽre: Parla menta illa minimẽ esse dimittenda, tametsi ad alia forsã commodiora loca trãsferrẽtur. Sed in inceptis ijs cõmunibus congressibus, qui singulorum Regnorũ faciem præferrent, quasi in vigilia permanẽdũ: vt eis in huiusmodi custodia, tamquàm in specula, collocatis, electores Iudices ab omni cura vacui redderẽtur, causãq. & officio suo satisfacere possent cumulatĩus. Quæ omnia singulis cõpetitoribus vniuersa Parla menta per literas, ac nuntios deferenda curarunt, initamq. hanc rationem consiliorum, omnibus esse exploratã. A qua nemini licitum fore nuntiabatur, transuersum, vt aiunt, digi tum discedere: si populorũ gratiam sibi quisq. conciliare cuperet, & quod aptissimum erat ad quietẽ regnandum, charitatem. Huic verò

magnæ, & obscuræ quæstioni iudices esse præficiendos, graues, sapiētes, iustos, integerrimos, tales deniq. quales ipsa natura causæ, ac fides omnium publica postulabat. Ad quos, monebant eos, ne recusarent, ne ve multum differrent mittere oratores suos, diligenter instructos: quòd hereditariæ huic cōtrouersæ finem iam constitui tempus esset. Catalani autem separatim legis suis mandata dederunt, vt eorum nomine singulos competitores ad concordiam hortarentur. Quam iuter eos, si ipsi sibi vicissim satsdarent, hac cōdicionē iniri posse credebant: vt is, in cuius imperium decideret res, damnum illud amissæ causæ, quantum commodè fieri posset, ceteris competitoribus resarciret. Cupiebant enim, vt si aliter competitores sentiret; grauis ea Parlamentorū admonitio reprimeret illos: si verò dubitarent; suaui hæc hortatio ad communem pacē impelleret. Vsq. eò ipsi, cautiōribus huiusmodi consilijs, adhibendam curarunt in competitorum fortunis misericordiam, in Reip. autem salute, quam semper soliti fuerant, sapientiam. His igitur ita cōstitutis, extremum illud erat, vt Iudices ijlegerentur, apud quos Regia hæc causā agenda esset. In quo tandem tota operosæ istius molitionis summa cōsistebat. Nostri quidem protinus Gubernatori, ac Iustitiæ Aragonum potestatem, optionemq. fecerunt: vt ex omni populo deligerent, quos vellent. Ipsi verò tales delegerunt viros non ex nostratibus solùm, quòd ad eos tantùm spectabat, sed ex Catalanis, atq. etiam Valentinis; vt statim id omne, quod ab ipsis actum esset, tria Regnorum Parlamenta, singulari studio, ac incredibili plausu, comprobarent. Hi autem fuerunt selecti Iudices:

Ex Aragonensibus;

I.

D. Dominicus Ram, Oscensis tunc Episcopus, magnæ sanctitatis, ac doctrinæ vir: qui postea Ilerdensi Ecclesiæ præpositus fuit: indeq. ad Tarraconensem Archiepiscopatum translatus, tandem à Martino V. Pont. Max. S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Xisti primùm, mox Ioannis, & Pauli, Portuensis deniq. Episcopus creatus decessit. Cuius generis antiquitas ex eodem Alcagniciensi opido profecta perhibetur, ; patre siquidem Blasio Ram, & Domna Dulcia Lanatga matre, Alcagniciensibus viris natus fuit. Eorum autem error omnino eripiendus est, qui eum, Dominicum Raimundi,

Raimundi, vt Onufrius Panuinus testatur, vel, vt alij, Dominicum Royzium, appellatum memorant. Ram enim ipsius, ac gentis suæ nomen erat.

Hic ergo nostræ classis primo loco collocatus fuit. Secundo autem

II.

Franciscus, seu, vt vulgo vocabatur, D. Fráces Aranda, in Turolensi ciuitate Equestri familia natus non ignobili: homo sanè æquus, & ab omni cupiditate remotus: veritatis amicus, & apud omnes maximè charus. Hic fuerat studiorum, ac officiorum Ioannis, & Martini Regum maximè conscius, eorumq. fidelis, ac beneuolus cōfiliarius. Sed ea omnia contemnens, iam pridem se in otium, solitudinemq. contulerat, ac in celebri Carthusianorū cœnebio, Porta cæli nuncupato, illius se dederat religioni, sub eorum, quos ibidem *Donatos* appellare solent, instituto. Quorum more vestitus, capillatio quàm antea, barbaq. maiore incedebat. Inde ergo fuit ad regiam huiusmodi causam iudicandam vniuersæ Reipublicæ voce reuocatus. Tertius autem fuit

III.

Berengarius Bardaxinus tum ciuili iuris, tum etiam totius nostræ antiquitatis peritissimus: qui apud nos plures annos fuerat publici consilij princeps; huiusce autem tam magni operis præcipuus inter ceteros omnes parens, & effector. In cuius industria, & consilio vniuersi omnium Regnorum Ordines tantam componendæ Reip. spè collocauerant, vt communis huiusmodi causæ, quæ sine eo deserta, ac desperata putabatur, cum eo non existimatione modò, sed quasi re ipsa iam iam constituta crederetur, tametsi nondum esset dicto, & pronütiatione definita. Verùm infra illius facta fusiùs persequemur, cum de singulis Iustitijs Aragonū erit nobis sermo propositus. Eidem namq. Magistratui post Ioannem Eximini Cerdanum, qui vt dictum est satis, hac tempestate eum gerebat, præpositus fuit. Hi tres igitur fuerunt ex nostris Regiæ huic quæstioni præfecti Iudices, competitorumq. iuris, æqui æstimatores. At alij tres

Ex Catalanis;

I.

D. Petrus siquidem Sagarriga, Tarraconensis tunc Archiepiscopus, ex Ilerdensi

Ilerdensi Episcopo translatus: vir summo officio, ac virtute præditus, iustitiaq. & integritate plurimum præstans. Alter verò

II.

Gülielmus Vallesica legum, et patriæ consuetudinum valde peritus: cuius in ipsis legibus interpretandis, æquitateq. explicandis scientia, admirabilis illis temporibus habebatur. Tertius autem fuit

III.

Bernardus Gualuesius; qui ipse etiam civilis iuris intelligentia, atq. omni prudentiæ genere multum præstabat.

Sed

Ex Valentinis;

I.

D. Bonifacius Ferrarij primo loco selectus fuit: qui erat præfatus Portæ cæli cœnobio præpositus Prior. Homo quidem iustus, natura bonus, prudens, & laudatus, studijsq. civilis iuris, ac etiam canonici optimè deditus. Illi autem adiunctus

II.

Vincētius Ferrarij, illius frater germanus; Sacræ Theologiæ Doctor sapientissimus, ex Prædicatorum, vt vocant, instituto: sanctissimus, & religiosissimus vir: in omnibus vitæ suæ partibus moderatissimus, ac temperatissimus: plenissimus pudoris, officij, & charitatis. Cuius miræ sanctitatis, ac religionis fama vniuersi Christiani in imperij fines peragrauerat, earumq. celebritate remotissimis etiam nationibus notissimus erat. In patria autem sua, Valentina nempe ciuitate, ita illius sanctimonia quasi lumen aliquod elucebat, cum inter præclaras alias virtutes rarissimum esset exemplum continentiæ, vt omnes iam pridem eum, sicuti aliquè de cælo lapsum intuerentur. Cumq. singularis hæc vitæ suæ integritas ad extremum vsq. spiritum prouecta fuisset, diuinitusq. magnis signis, ac miraculis cõprobata: antecepta, pro more solito, accurata inquisitione veritatis, illum tãdè Calixtus III. Põt. Max. postea in Diuorum cælestium numerum retulit. At dũ à Valentinis ad huiusmodi deliberationem faciendam adhibitus fuit; repente

repente omnes maximis lætitijs incesserunt: quòd tanti viri interuentu nihil inde non verè iustum, æquum, rationi consonum, omnibusq. vtile, & conducibile profecturum fore sperarent. Tertius deniq. istius iudicij socius à Valentinis adscriptus fuit

III.

Ginesius Rabaza, Equestris ordinis vir: iurisq. civilis interpres grauis, ac disertus. Sed eo postea insaniente (siue quòd re vera in illud genus morbi delapsus fuisset, siue, quæ vulgaris, ac vehemens illis sæculis opinio fuit, quòd se data opera insanum finxisset; vt se ab huiusmodi iudicio abstineret) in eius locum, cum iam Caspi adesset, successus fuit Petrus Beltrandi, Decretorum clarissimus Doctor, plurimis, maximisq. in rebus probatissimus.

Hi igitur Nouem grauissimi homines, istius tanti muneris socij, officij, & mandatorum iudices ab vniuersis trium Regnorum Ordinibus constituti fuere. Quorum inter ipsos consensus, vnica iam proponebatur cõmunis, ac publicæ salutis spes: atq. eadem ipsa omnes obtinebat, nihil futurum aliter, ac deceret. Initia enim illa præclara, quando quidem tam citò tales iudices ad talem causam fuerat selecti; communi omnium felicitati tribuebantur: extrema autem, summæ ipsorum iudicij virtuti, ac prudentiæ; foreq. faustè, ac feliciter euentura. Quò autem propius huiusmodi contentio accedebat ad iudiciariam cognitionem veritatis: eò omnes hilarioribus oculis quasi terram videbantur videre iam sese, in optatumq. portum ex odiosa, & perdifficili nauigatione venisse. Attamen vt humanæ res sunt instabiles, fragiles, & caducæ; Gandiæ Dux Alfonso, vnus ex competitoribus Regni, per ætatem, quæ nimis decrepita erat, ac infirma, nullam partem sanæ, & saluæ Reipub. gustare potuit. Etenim A. D. III. Non. Mart. Ann. Chr. M. CD. XII. in ipsa meditatione Regij muneris obeundi, excessit 1412 sit è vita; Alfonso filio grandiori, Deniæ Comiti, ac Ripacurtiæ, integram suam petitionem relinquens. Verum Ioannes, Pradensis Comes, Ducis mortui frater, pro suo proprio iure actionem illam suscepit, & sobrino, & ceteris competitoribus aduersantem. Quam quoad alios; ipsomet profus, quo frater iure, omnibus anteponendam esse contendebat: quoad sobrinum autem; quòd esset eo, Ioannes ipse gradu propinquitatis proximior. Sed protinus fuit de inani illo conatu depulsus. Nam si quod ius ad Alfonso Ducem mortuum in Regia ea hereditate pertinebat, id omne ad filium, non autem ad fratrem, censeba-

1412 cenfebatur translatum: cum ad Martini Regis interitus tempora communium rerum status reuocandus esset, ut qui tunc esset ceteris iure potior, is nunc, & sui ceteris essent præponendi. Atq. ita attendendum esse, statim Nouem ipsi selecti Iudices decreuere. Quamprimum enim Caspensem constitutum iudicij locum, quasi Conclauē quoddam, ingressi sunt, A. D. IV. Kal. April. eiusdem Ann. **CC**CDXII. præterito prorsus Ioanne ipso Pradensi Comite, ceteros competitores hoc ordine, atq. his cognomentis, siue, ut appellare solemus, Titulis in grauisimum istud iudicium vocauerunt: scilicet,

Primogenitum Illustrissimi Neapolitani Regis, Ludouicum:

Inclytos, Ferdinandum, Infantem Castellæ; & Alfonso, Gandiæ Ducem:

Egregiosq. Federicum, Lunensem Comitem; ac Iacobum, Vrgelitanum.

In quo solitum illud decorum seruare voluisse visi sunt, ut qui maiori dignitate, ut puta Regis, Infantis, aut Ducis antecederet; priori in loco collocaretur. Sed præter hos vocari etiam iusserunt; Violantem Reginam, dicti Primogeniti matrem, Ioannis Regis, ut diximus, filiam: nec non & Isabellam, eiusdem Ioannis, ac Martini Regum sororem, uxorem Vrgelitani Comitis Iacobi: ne illæ, quæ ius etiam ad Regale munus habere contendebant, conqueri possent, à nostris non fuisse in eadem condicionem vocatas, ob eamq. causam ipsi Iudices in prætermisisti debiti sui officij reprehensionem incurrerent. Tunc viæ multitudine legatorum vndiq. missorum celebrari cœperunt. Idq. eo ipso vehementer delectabat, quod in ciuili contentione proposita, factaq. Iudicum selectione, omnes partes videbantur inter se miro quodam applausu consentire. Sola Regina Violans, ac filius Ludouicus, Iudices eos constitutos, grauitè sibi suspectos, atq. infensos dicebant: legatiq. ab eis missi multas suspicionum causas coram ipsis Iudicibus proposuerunt, cupientes eorum fidem in hoc iudicio faciendo derogare. Sed ab eis protinus decretum fuit; illam sibi non esse abrogandam. Itaq. deinceps accuratæ nimis cœperunt esse, & ciuiliū legum disputationibus vehementer incensæ, inter ipsorum Competitorum legatos, qui Caspi aderant, contentiones. Vnusquisq. enim industriæ suæ nervos contendebat, ut is causam eam vinceret, à quo fuisset ipse iustitiæ suæ patronus constitutus. Ceterum eo tempore Federicus Lunensis Comes, infans puer erat, neq. solum

neq. solum parentibus, verum tutoribus idoneis orbatus. Etenim qui apud Iudices illius partes agebant; in eius iure cognoscendo, aut exponendo haud erant diligentes, disertive patroni, prout solent esse plerumq. mercenarij: sed tantummodò suarum miseriarum deprecatores; ut aliquando ipsos Iudices patris, atq. aui memoria, ac desiderium teneret. Iccirco cum illius causa, tutela vacua, cerneretur, communemq. Regnorū fidem, tamquam legitimi tutoris, implorare: Iudices statim decreuere in deserti ipsius fortunas publicum immittendum esse Regnorum patrocinium. Itaq. vniuersi Ordines protinus eidem, totius Reip. voce, amplissimos patronos, defensoresq. acerrimos adoptarunt; tres Equestres viros, sex Iurisperitos, ac tres alios, quos appellamus, causidicos procuratores: ne viderentur ea in re, nec paululum quidem, à debita sua integri, & recti officij religione deficere. Ipsi verò patroni traditam sibi Federici Comitis defensionem singulari studio susceperunt, in eaq. accuratissima diligentia, & fide laborarunt. Ac priores quidē triginta dies, totos, selecti Iudices in audiendis singulorū competitorū iuris, & facti disceptationibus cōsumpserunt: reliquos verò, in vnoquoq. eorū iure, integro sanæ mentis iudicio, pōderādo. Nequaquā enim ipsis præfinitū fuerat, ut eam causam non nisi recōdita arte, quæstiosa ve iurisciuiilis scientia perpenderent; sed permissum interdū, ut etiā recto naturali sensu iudicarent; præsertim dū tātæ visæ sunt, tãq. cōtrariæ clarissimorū virorū auctoritates inter se. Itaq. omisissis auctoritatibus, ipsa re, & ratione veritatem exquirebāt. Illud autem mirandum, quam suspensi, incertiq. singulorum vultus pendebant obscura, ac cæca futuri euentus expectatione: neq. eorū solum, quorū præcipuè res agebatur, sed pluriū aliorum: cum tãta causa, quãta nulla vquam in disceptatione versata fuisset, apud nos tunc in ciuili cōtentione posita cerneretur. Non enim id latebat, neq. abditum erat: sed in oculis, atq. auribus omnium nationū, ac gentium versabatur. Præter competitorum autē oratores, legati ab ipsis Parliamentis missi ad eundem iudicij locum venerant, sententiam audituri. Quos omnes sollicita, & anxia illius expectatio tenebat: quia videbant in ea esse de salute Reipub. decernendum. Fuerat autem prius de communi decreto constitutum; ¶ Eum, qui à Iudicibus Rex appellaretur, dulci, ac suaui, præstituta iam vniuscuiusq. Reipub. moderandæ forma in omnibus rebus uti debere; suosq. suorumq. motus, legum, ac patrij iuris sedatione condire: neq. in iudiciorum moribus, populorum scitis, ac libertatibus vllam, nec minutulam, esse mutationē futuram. Qua in re

communis operæ summa, ac sancta selectorum Iudicum fides supposita fuerat: ipsiq. Iudices penè domini, ac publici istius iuris vicarij constituti. Quibus etiam adhibiti fuerunt publici Notarij sex, à tribus siquidem Regnis bini, prudentes, graues, & disertis; publicæ istius fidei, ac omnium, quæq. agerètur, integerrimi testes futuri. Quamquam autem patriæ libertas tot fuerat prudentibus consilijs septa, salutaribusq. præfidijs communita, vt nihil inde timendum videretur; nostri tamen, atq. adedò omnes, quem exitum habitura res esset, metuebant: cum in omni mutatione dominorum, morum etiam mutatio timèda sit. Deniq. profligata iam hæc fuit, & ad felicem exitum adducta quæstio. Apertè enim Veneris quadam die Natalis Sancti Ioannis Baptistæ, 1412 vicefima quarta mensis Iunij, Anni sæpe dicti ∞ CD XII. maior Iudicum pars, quæq. tandem sufficere poterat; in vnus ex competitoribus causiam incubuit. Insequenti verò die Sabbati vicefima quinta eiusdem mensis omnes Nouem Iudices (ita enim fuerat cõstitutum, vt quod maior, & sanior pars decerneret, id superstites etiã approbarèt) sua ferentes suffragia, testes, & à dictis sex Regnorum Scribis testimonia postularunt, publicis literis, vt moris est, consignata. Sed consilium hoc ceperunt inter se, vt ea occulta manerent, donec modo, atq. ordine ab ipsis adhibendo omnibus essent peruulganda. Decreuerunt enim ad eam tantã rem diè dici debère. Illud verò peruulgandi munus Diuo Vincentio Ferrario commiserunt, dum de rebus sacris ad populũ concionaretur. Ea autem dies, Martis XXIX. eiusdem mensis Iunij dicta fuit. Auspicatò igitur ad Caspensis Ecclesiæ portam, quasi pro theatro illi iudicio ædificato, publicus quidam locus apertus, & propatulus, captus est opportunus. In quo altare constructũ fuit, suggestusq. ornatus, vt res diuina maxima cum cærimonia fieret, celeberrimaq. illa concio haberetur. Ibi ergò præstituta die, audiendi caussa, maximo vndiq. hominũ ex agris, ex vicis, ex cunctis deniq. domibus concursu factò, hora Tertia Ecclesiæ cõsuetã, aut nõ multò secus, Iudices quã primũ altioribus in sellis distinctè cõfederũt. Atqui tũc D. Dominicus Ram Oscensis Episcopus, inter eos primus, omniũ Legatorũ, & Oratorũ frequẽtia stipatus, in numerabiliq. cinctus populi multitudine, cũctis astãtibus, & audiẽtibus, Sacræ Missæ sollemnia celebrare cœpit, ac pro more solito Spiritus Sãcti gratiã implorare. Quibus peractis, Diuo Vincẽtio Ferrario suggestum ascendẽte, magnũ illico fuit omniũ, qui ibi aderãt, silentium consequutum. Neq. enim necesse fuit vetare; ne qua vox mitteretur; ne quis disputaret; ne loqueretur; neve pedibus streperet; aut

quouis

quouis alio modo sermonem interrumperet. Omnes enim ingentes illæ astantium vndæ, tametsi valde efferuescebãt, atq. huc, & illuc quasi ventorum vi agitabantur; mira quadã taciturnitate, ac si nemo homo adesset, tamquam stupefactæ, intentis oculis dicturũ sic intuebãtur, vt in eo penitus viderẽtur defixæ. Ille verò suauissimè, vt solebat, orsus est loqui. Primũ quidẽ nonnulla de sanctissima nostra Religione cõcionari cœpit. Mox suã, & collegarũ in audiẽdis competitorũ causis adhibitam rationẽ explicare. Deinde singulas eorũ contẽtiones referre: ac quo quisq. iure niteretur. Tum quæ fuisset sua, ac sociorum ea de relata sententia. Quam tandem suo, ac eorum nomine pronuntiaturus, locũ illum ascenderat. Ad extremum, quò iam eum vocabat tacita omnium expectatio, Dei Optimi, Maximi prius, sacratissimæ deinde Virginis matris Mariæ, ceterorumq. omnium Sanctorum auxilio implorato, quod bonum, faustum, felix, fortunatumq. futurũ precabatur, magna, & contẽta voce, vt ab omnibus posset exaudiri, Gloriosissimũ, Inuictissimũ, ac Potentissimũ Principem, Ferdinandum, Infantem Castellæ, Felicem, Pium, Victorem, Augustum, Maximum, totius Aragoniæ ditionis Regem acclamauit: pronuntiauitq. eidem, omnes Aragonum ditioni subditios, obnoxios, & supplices solitam communem fidem obligare debère. Omnia tunc repente ibi & lætificis audiẽtium vocibus, & ingenti tubarum sonitu, ac bucinarum, tiliarumq. cantibus, varijsq. alijs musicæ generibus personarunt. Nuntij verò, seu potius pegasi, acclamati Regis Ferdinãdi protinus visi sunt alacres, & læti volitare, eidem exoptatissimũ huiusmodi nuntium afferentes. Quod statim etiam ad singulorum Regnorũ Parlamenta à legatis ibidẽ astãtibus remissum fuit, vnã cum Tabellis, singulis Notariorum Signis obfignatis: vt ea res omnium oculis testatior esset. Sabbato enim, quo huiusmodi sententia lata fuerat, curauerant Iudices, sollemnem eidem, quam diximus, Notariorum testificationem adhiberi: cauerãt tamen, ne manifesta ad quempiam ante publicæ promulgationis diem deferretur. Tunc autem constituerant, vt ipsi Notarij publicum darent grauisissimi istius iudicij testimonium: quo & viuus res illa perspicua fieret, & eadem ipsa perspicuitas posteris etiam maneret sempiterna. Illius verò exemplum hoc loco exarare constituimus; vt tanti facti memoriam iam prope senescentem ab obliuione hominum, atq. à tanto silentio vindicemus. Id autem est huiusmodi.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Pateat vniuersis. Quod die Sabbati
X 2 *intitulata*

intitulata Vicefima quinta mensis Junij, Anno à natiuitate Domini Millesimo Quadringentesimo Duodecimo, Hora Tertiarum, vel quasi. Existentibus Reuerendissimis, & honorabilibus Dominis, Nouem personis infra scriptis, ad inuestigandum, instruendum, informandum, noscendum, recognoscendum, & publicandum subscripta deputatis, & electis, in quadam Aula Castri Villa de Casp prope flumen Iberi in Aragonia constituta, personaliter congregatis. In presentia nostrorum Notariorum subscriptorum. Qui de auctoritate, facultate, & potestate dictorum dominorum Deputatorum & alijs per Calendaria tactis, & expressatis (prout nominati sumus inferius) facimus autenticam, & veridicam fidem. Et in presentia etiam honorabilium dominorum testium infra scriptorum prefati domini mandauerunt Reuerendo Magistro Vincentio Ferrarij subscripto; quod ipsorum nomine legeret, & publicaret quandam scripturam. Quam illico dictorum dominorum ex parte Reuerendissimus in Christo pater, & dominus D. Dominicus Ram Episcopus Oscensis infra scriptus dedit, & tradidit eidem Magistro Vincentio Ferrarij, & requisierunt nos infra scriptos Notarios, quod de predictis omnibus, & singulis faceremus unum, & plura publicum, & publica Instrumenta. Qui quidem Reuerendus dominus Magister Vincentius Ferrarij accepit dictam scripturam, & eam coram omnibus legit, & publicauit. Cuius tenor sequitur in hunc modum. NOS Petrus de Sagariga, Archiepiscopus Tarraconensis; Dominicus Ram, Episcopus Oscensis; Bonifacius Ferrarij, Dominus Carthusia; Guilielmus de Vallesicca, legum Doctor; Frater Vincentius Ferrarij de ordine Pradicorum, Magister in sancta Theologia; Berengarius de Bardaxino, Dominus loci de Zaydi; Franciscus de Arada, Donatus monasterij Porta cali, Ordinis Carthusia, oriundus Ciuitatis Turolij; Bernardus de Gualbis, vtriusq. iuris; & Petrus Beltrandi, Decretorum Doctores; Nouem videlicet Deputati; vel Electi per generalia Parlamenta: prout de nostra electione, & subrogatione mei Petri Beltrandi constat per publica Instrumenta facta in Alcagnicio die quattadecima Martij Anno à natiuitate Domini Millesimo Quadringentesimo Duodecimo, & Dertusa die tertiadecima dictorum mensis, & Anni, & in Castro de Casp sextadecima die Madij eiusdem Anni, cum plena, ac plenissima, generali, ac generalissima auctoritate, facultate, & potestate inuestigandi, instruendi, informandi, noscendi, recognoscendi, & publicandi, cui predicta Parlamenta, & subditi, ac Vassalli Corona Aragonum fidelitatis debitum prestare, & quem in eorum verum Regem, & Dominum per iustitiam, secundum Deum, & nostras conscientias habere debeant, & teneantur. Ita quod illud, quod nos Nouem in concordia, vel sex ex nobis (in quibus

sex, seu

sex, seu inter quos sit vnus de qualibet terna) publicaremus, vel alias pro executione Capitulorum inter dicta Parlamenta concordatorum faceremus, aut executaremus quouis modo; haberetur pro facto, iusto, constanti, valido, atq. firmo. Prout de predictis potestate, & capitulis constat per publica Instrumenta recepta in Alcagnicio per Bartholomam Vincentij, Paulum Nicolai, & Raimundum Baiuli Notarios, die quintadecima Februarij, Anno predicto. Considerantes, quod inter cetera sollempniter, & publice quilibet nostrum vouit, & iurauit: Quod simul cum alijs secundum potestatem concessam citius, quo rationabiliter fieri posset, in negotio procederet, ac verum Regem, & Dominum publicaret: prout indictis voto, & iuramento, de quibus constat per publica Instrumenta recepta in Villa de Casp per dominos Paulum Nicolai, Raimundum Baiuli, & Jacobum de Monteforte Notarios diebus decima septima, & vicefima secunda Aprilis, & decima octaua Madij, anni predicti latius continetur. Visis tenore, & forma dictarum, electionis de nobis facta, & potestatis nobis tradita, & iuramenti, & voti promissorum, & prehabitis inuestigatione, instructione, informatione, notione, & recognitione, qua per nos fienda erant, & dictis, ac datis, & comunicatis per iustitiam, secundum Deum, & nostras conscientias nostris opinionibus, dictis, atq. votis; & illis, ac alijs premissis recognitis, & consideratis; solum Deum habentes pra oculis, secundum tenorem potestatis, & iuramenti, ac voti predictorum dicimus, & publicamus: Quod Parlamenta predicta, & subditi, ac Vassalli Corona Aragonum fidelitatem debitam prestare debent, & tenentur Illustrissimo, ac Excellentissimo; & Potentissimo Principi, & Domino nostro, Ferdinando Infanti Castella, & ipsum Dominum Ferdinandum in eorum verum Regem, & Dominum habere tenentur, & debent. Ex quibus omnibus ad perpetuam rei memoriam petimus, & requirimus fieri unum, & plura publicum, seu publica Instrumenta per vos Notarios infra scriptos. De quibus omnibus, & singulis supradictis dicti Reuerendissimi, & honorabiles domini, Nouem Deputati verbo etiam requisierunt per nos Notarios subscriptos fieri unum, & plura publicum, seu publica Instrumenta. Quae fuerunt acta die, anno, & loco predictis: Presentibus honorabilibus viris, dominis Francisco de Pau, Milite; Dominico Ram, Licenciato in legibus, Priore Ecclesia Alcagnicij; Melchiore de Gualbis, Milite; Dominico de la Naja; Guilielmo Caera; & Raimundo Finallerij, Castellanis, & custodibus dicti Castri de Casp, ad hac pro testibus vocatis specialiter, & assumptis.

Sig. Annum mei Bartholomai Vincentij, Notarij publici Ciuitatis CesarAugusta, & auctoritate Domini Regis Aragonum per totam terram, & do-

minationem suam. Qui predictis una cum Notarijs infra scriptis interfui, & clausi.

Sig. x. num. mei Pauli Nicolai, olim Illustrissimi Domini Regis Aragonum Scriptoris, auctoritateq. eiusdem Notarij publici per totam ipsius Regiam ditionem. Qui predictis interfui, & clausi.

Sig. x. num. mei Francisci Fonolleda, Illustrissimi Domini Regis Aragonum olim, Scriptoris, Regiaq. auctoritate Notarij publici per totam terram, & dominationem suam. Qui prolationi predicta requisitus una cum prænominatis, & subscriptis Connotarijs meis interfui, eaq. recepi, & per alium scripta clausi.

Sig. x. num. mei Raimundi Bayuli, auctoritate Illustrissimi Domini Regis Aragonum Notarij publici per totam terram, & ditionem suam. Qui pramissis una cum Connotarijs meis, hic contentis, præsens fui, eaq. scripsi, & clausi.

Sig. x. num. Jacobi de Plano, auctoritate Regia Notarij publici per totam terram, & dominationem Serenissimi Domini Regis Aragonum. Qui pramissis omnibus, & singulis una cum alijs Connotarijs suis, hic contentis, interfuit.


Sig. x. num. mei Jacobi de Monteforte, auctoritate Regia Notarij publici per totam terram, & dominationem Illustrissimi Domini Regis Aragonum. Qui omnibus, & singulis supra dictis una cum alijs nostris Connotarijs, hic contentis, interfui, eaq. clausi.

Hoc igitur notabili exitu, quartum istud Interregnum cōclusum fuit. Ac turbulentum illud quidem, graue, & difficile; sed magis rerum varietate periculosum, quam diuturnitate temporis productum: ita vt diuturnitatem alleuatio, grauitatem celeritas consoletur. Paulò enim plus, quam biennij spacio, absolutum fuit. In eius narratione sentio me esse longius prouectum, quam propofita ratio postularet. Sed à me id cōsultò factum nequaquam negabo. Visum est enim: quòd si me in primordijs Regni explicandis in initio oportuit longum esse, vt quibus modis libertas nobis constituta fuisset, demonstrarem, nec vlli credo illius rei cognitionem satietatem, aut fastidium attulisse: nunc cum sine vlla spe ad miserrimum interitum ruebat, minimè deceret me esse breuiorē. Quæ enim tunc plurimo sudore, & maiorum sanguine parta fuerat: eam labentem nunc necesse fuit non minori virtute, & consilio retineri. Et verò in hunc statum minimè Resp. nostra peruenisset, nisi Magistratus Iustitiæ Aragonum ope, & auxilio: negotijq. in hoc

in hoc tota summa fuit, dum Vrgelitano Comiti interdictum esse, ne Gubernatoris generalis munere fungeretur. Tametsi ratio vera, rectaq. & constans, supra homines putanda, Omnipotentiq. Deo tribuenda: vix enim videtur humanis consilijs tantam molem rerum, nostrorum gubernationem consequi potuisse. Quantum autem ab ipsis præcaueri potuit, vt quam rectissimè omnia agerentur; totum id summa cura, diligentia, ac fide, communibusq. officijs prouifum fuit, nec prætermiffum quidquam, quod videretur stabilendæ Reip. conuenire. Sed ad eam rem plus operæ, studij, atq. industriæ contulerunt duo illi, Ioannes Eximini Cerdanus, Berengariusq. Bardaxinus, gloriosi istius laboris, omniumq. itinerum, periculorum, consiliorumq. socij, & confortes. Hi enim in tot turbinibus, ac fluctibus nauim Reipub. gubernarunt, saluamq. in portu collocarunt. Quod etsi sæpe dictum sit, erit tamen sæpius dicendum. Regia namq. huiusmodi caussa, inter tot fulmina, & tonitrua acta; eis, tamquam duobus verticibus, ex vtraq. parte subnixæ, ciuilitè potuit iudicari, atq. eò tandem adduci, quò vix vnquam antea existiffent, neq. apud nos, neq. apud exterarum fortasse nationes, simillimi facti, aut exempli vlla alibi impressa vestigia. Etenim vniuersi omnium Regnorum Ordines, ac Baleares ipsi, & Sicilienses, abiecta omni cunctatione, lætis acclamationibus constitutum sibi, Regem appellarunt. Iudices autem ipsos, dum cuiq. in suam domum remigrandum fuit, magna omnium frequentia, ac similis plausus celebrauit. Tunc singula Regna legatos nouo Rege dignos decreuerunt, publicos omnium in eum studij, amoris, ac fidei interpretes: qui illum læto nomine, Regem salutarent, deprecarenturq. ne aduentum suum nimis differret: quippe cum omnes essent illius non solum auidi, sed celeritatis etiam vehementer. Non abs re igitur censendum erit, quòd tanti facti memoriam fusiùs fortasse fuerim persequutus: præsertim cum Hieronymi Suritæ, viri omni liberali doctrina politissimi, nostriq. amicissimi, fatali morte (qua, pròh dolor, dum hæc conabar attingere, affectus est) nequeat iam tanta res grauioribus illius, ac politioribus scriptis illustrari. Ille enim eadem hæc ipsa, pro suscepto munere, Latina lingua fuisset persequutus, nisi hoc illius consilium, priùs aliarum rerum distentio, deinde acerbis interitus præuenisset. Quòd si imitatione nequaquam potero tantam ingenij consequi præstantiam: impositi muneris officium, studio, ac voluntate, quod deniq. possum, persoluam. Sed vt ad rem redeam, institutum de

Regibus nostris persequar sermonem. Dabo autem operam, quam maximè potero, vt breue id faciam; ne dum illam, quæ summa est, prætermisi officij vituperationem fugere studeo, assequar aliam fortasse, quæ minimè est contemnenda, satietatis.

Ferdinandus I. Honestus, Aragonum Rex XXII.



AB SOLVTO itaq. huiusmodi quarto Interregno, nouoq. nostris Rege constituto, publica res, quæ extollere iam caput debebat, nec spe solùm, sed re quidem ipsa à tot malis ciuilibus respirare: nouis de mergi cœpit quasi imminentis seruitutis fluctibus, cõmunisq. omnium libertas denuo tremefieri. Vrgelitanus enim Comes Iacobus, vnus ex præteritis competitoribus, indignissimè ferens, se per inuidiam, atq. vt ipse dicebat, per corrupta, & contaminata iudicia, à Regiæ dignitatis gloria, ad quam eum natura erexerat, esse depulsum; nõ per præstigia, sed palam per imperium orsus est, hostili prorsus modo, omnia quæq. opida compilare: ac maximo furore, & scelere inflammat, eas in miseros populos crudelitates exercere, quæ sceleratorum potius naturæ, quàm tanti ipsius generis splendori conuenirent. Itaq. omnes tunc sese liberatos fuisse cognouerunt à domino aggressi, & furioso; diurno, nocturnoq. terrore. Si qua enim inesse poterat culpa in eo facta; non populis, à quorum dominatu fuerat depulsus, sed iudicibus, à quibus præteritus, tribuenda erat. Neq. verò ad id Vrgeli Comes suapte solùm impellebatur natura, tametsi insolens erat, furens, & superbus: sed eum valde acuebant quotidiani domesticorum sermones; præcipuè verò matris, & vxoris: quæ dies, noctesq. acerbè, & cõtumeliosè in eum inuehebantur; abiectum; demissum; atq. humilè fore prædicantes, si se pateretur, cuiusuis periculi, aut tēpestatis metu, à Regis sibi debita honoris aura dimoueri: etiam si grauis illa contentio sibi, ac suis

teterrimum

teterrimum esset finem allatura. Affirmabant enim, contracto animo, se parem aduersario esse non posse: infracto autem, erecto, & forti, longè illo superiorem futurum: cùm qui superior, quemadmodum ipsæ asserabant, natus esset ordine, minimè sperandum esset, inferiorem fore fortuna. Cuius rotam nec tunc quidem illæ pertimescebant. Quinimmo Comitissa mater, temeraria nimis, & insana mulier, quæ si vllam partem sensus habuisset, auersos filij motus reprimere debuerat: eundem passim frequentibus his Catalanicis verbis incitabat: *Fill, o Rey, o no res*: quasi vnã ex duabus rebus præ sibi esse ferendam conititueret; vt aut Rex esset, aut si id consequi cæco aliquo fortunæ casu vetaretur (quod Deus omen auerteret) nihil esse, satius iudicaret. His ergo suasionibus, nec non etiam ipsius D. Antonij Lunæ, omnium sibi amicissimi, impulsu, infelix Comes sciens, sed nõ prudens, in eam se ferri passus est, quam insana mater prædixerat, totius suæ dignitatis iacturam: ita enim ex amplo suo statu concidit; vt nec multos post dies nihil apud nos esset eodem Comite egentius. Iam verò Ferdinandus Castellæ Infans ad Cuencam aderat, quam vocant, ciuitatem, dum nostræ Aragonum ditionis Rex fuerat, suffragijs, ac voce, à selectis Iudicibus declaratus. Is quamprimùm hoc iucundissimum nuntium accepit, apertè tulit à suis, Aragonum se Regem salutari. Mox autem ad eum legati missi sunt, publicam secum trium Regnorum faciem afferentes, quorum nomine eidem, plausu maximo, gratulatione significarunt, atq. ea, quæ Iudices decreuerant, Regnorum Ordines libenter comprobasse. Magni autem nostræ, & suæ potiùs interesse, inde ad nos quamcitò properare: vt Repub. in primis composita, communi omnium commodo consuleretur: cùm quæ communis vtilitas esset, sua etiam vtilitas esset; vicissimq. quæ sua esset, communis quoq. vtilitas esset futura. Seuera tamen data fuere huiusmodi legatis mandata: vt, orata re, perceleriter in patriam reuerterent; ne ve quis eorum ausus esset ultra singulos decem dies apud eundem Regem cõmorari. Iphis quoq. vetitum fuit, ne dona caperent, aut paterentur se vllis corruptelarum illecebris irretiri. At verò Governatorem, ac Iustitiam Aragonum eidem legarunt: vt ab illius latere numquam discederent. Nouum enim Regem voluerunt ad Regnũ capeffendum accedere, in patrio nostro iure idoneis eorum consilijs optimè instructũ. adeò summa apud nostros tunc fuit earum omnium rerum obseruatio, quæ ad retinendam libertatem aut prodesse poterant, aut obesse. Ferdinandus ergò Kal. August. eiusdem Ann. **CC CD XII.** Cæsaraugustam alacer, ac lætus **1412** introiuit,

introiuit, multis nostrorum copijs stipatus. Omnes enim illum audif-
simè ad extremas Regni oras expectauerant. Vnde eum in urbè sum-
ma celebritate, lætitiq. comitatum honestarunt. Is secum duxit Alfon-
sum, Primogenitum, aliosq. filios ex Eleonora vxore, Vrraca priùs, vt
nonnulli perbibent, appellata, susceptos. Ea erat Sanctij Alburquequẽ
fis Comitiss, Henrriici Castellæ Regis fratris, filia: paternoq. iure, in Ca-
stellæ Regno amplissimæ ditionis dominiũ obtinebat. Cùm primũ
igitur Ferdinandus Cæsaraugustam venit, Comitata ad eandem Urbẽ
indicenda curauit. Dies autem vicesima quinta eiusdem mensis Aug.
dicta fuit. Cùmq. ad eam omnium Regni Ordinum concursus fieret;
Comitata ea haberi cœpta sunt, Ioanne Eximini Cerdano Iustitia Ara-
gonum, pro more solito illorum Iudice assidente. Ac ne illud omittã,
tametsi de his rebus multa prætereo, Gandiæ Dux Alfonsus, multorũ
iudicio si non iure potior, at certè par, & æqualis in ea Regia caussa
cõpetitor, Ferdinãdo victori præsto tunc fuit, vt se illi, fidemq. suam,
solito iurifurandi, atq. existimationis periculo, simul cum aliorum cõ-
muni conscientia in perpetuum obligaret. Et illud idem fecisse prodit-
tur Federici Lunensis Comitiss tutores: & quod summum fuit, Vrgelitanæ
Comitissæ, quæ tot modis filium ab eadem coniunctione auoca-
bat, ac ipsius etiam Comitiss legatos. Verũ ille nec diu post, Lunen-
sisq. Comes, ac cõplures alij ab ea, quæ secunda, & prospera fuisset for-
tuna, si in incepto stabiles permanisissent, ad fatalem, & infimam non
sine magna ignominia, & dedecore desciuerunt. Tandem Sabbati qua-
dam die III. Non. Sept. maiorum more, sollempni ritu, in templo ma-
ximo Cæsaraugustano Ferdinandus ipse, magna omnium consensio-
ne constitutus Rex, spectatam nostrorum fidem postulauit, suam priùs
nostris solito nexu obligando, se patrios mores, Regni scita, leges, ac li-
bertates omnes seruaturum. Tunc nostri, quem consueuerant alijs Re-
gibus, eidem præstiterunt debitum honorem; interpositoq. Omnipoti-
enti Deo, & iudice, & teste, Iurifurandum dederunt, omnium erga il-
lum perutilem fidelitatem numquã defuturam. Atq. vt huic rei vehe-
mentius aliquod testimonium accederet, triduo post, Alfonsum filium
Primogenitum, futurum Regnorum heredem post longæuos patris
dies, de communi Ordinum sententia declararunt, amplissimum eidẽ
Gubernatoris generalis munus deferentes. Adhæc eisdem Comitiss
nonnulla instituta fuẽre ad Regni pacem, & tranquillitatem necessa-
ria: quibus reuiuiscere cœpit iustitia, omnesq. nostros ex seditioforum
hominum metu, libertatis pristinæ luce, recreare. Talem enim ha-
bebamus

bebamus Regẽ, qualem eo in motu temporum esse opuserat. Cuius mi-
randa virtus, cùm audita priùs dubitationi vix locum dedisset; iam eo
tempore, præfens, probata, & perspecta, lædi obtrectatorum voce non
poterat. Itaq. omnes haud cessabant ingentes Omnipotenti Deo gra-
tias referre, quòd nostrorum animos ad tam suauem, & iucundam no-
ui Regis experientiam virtutis excitasset: præcipue verò dum Alfonsi
filij grandioris, ceterorumq. fratrum suauitatem sermonũ, ac mo-
rum cognouerunt. Hi namq. omnes iam à pueris tanta dabant præcla-
ræ indolis virtutum signa; vt non patri solum propter illius indul-
gentiam, sed cunctis alijs propter excellens eorum ingenium cõmuni
essent vita chariores. Atqui dum in Vrgelitanum, Lunensemq. Comi-
tes, ac D. Antoniũ Lunam, pluresq. alios, perduellionis reos, animad-
uersum est, licet nonnulli iudicarunt asperius multa in eorũ personas
fuisse facta, quàm decuisset Regis hanc, filiorumq. lenitatem, & mansue-
tudinem: verũ ista fuẽre armorum, & victoriæ facta: neq. aliter fie-
ri in eo temporum statu licuisset; cùm in vnaquaq. domo, ac Rep. quò
ratione aliqua, & disciplina optima, designata sit, quemadmodum præ-
mia exstare oportet rectè factis, sic grauia quoq. peccatis supplicia.
Quid? quod, & omnes hi, sua pertinacia, & fortunas, & vitam amise-
runt. Nullum namq. reliquerunt aut suorum precibus, aut admonitio-
nibus locum. Vrgeli quidem Comes Regi obistere non dubitauit, eo-
dem prorsus vultu, & cõfidentia, ac si iam sibi explorata, & domi con-
dita victoria esset. Verumtamen Federico Lunensi Comite, tum ho-
noris, tum calamitatis socio, & secundas fortunas amittere coactus est,
& in aduersis sine vilo remedio, aut alleuamento permanẽre. Tandẽ
Xatiuæ (quæ olim Setabis, Ptolomæo auctore, Cõtestanorum vrbs in
Hispania Tarraconensi fuit) in custodiam traditus, diu vixit, & obiit.
Cui nihil vniquã offensionis accessit, sine acerbissimo omnium sen-
su, & dolore. Erat enim à recta, & legitima, vt exposuimus, Regali stir-
pe profectus, Regisq. Aragonum Petri III. legitimæ filix maritus.
Quas ob res non paucis grauibus, ac disertis viris multo magis place-
bat victa illius caussa, quam victrix: quod de Catone olim in Roma-
næ Reip. interitu poëtæ illius carmine celebratur. Lunensis verò Co-
mes non tam casu, quàm prauo consilio ad suã perniciem lapsus est. A
Regis enim nomine, & imperio deficiens, in Castellam profugit: il-
lam namq. sperauit fortunæ suæ portum futurum. Sed similis ibi eum
perculit vis, & tempestas: qua miserè iactatus, dum domestica pericu-
la vitare studuit, ita extraneis oppressus decessit, vt alijs irridendus vi-
deretur

deretur, alijs autem omnino miserandus. Etenim cum Castellano Rege in suspicionem incidisset Regni appetendi; tam repente fuit ipsius Comitis memoria, mira quadam obliuione, contrita; vt idem tumultus, qui illius corpus contexerat, visus sit etiam ipsius simul nomen obruisse. Vix enim de eo certi quid proditur, nec quisnam finis fuerit, miseram eius vitam consequutus. Ad insignem, *Braçuelas*, arcem, ab Olmedi opido non longè, dicto proditionis crimine notatum occubuisse, perhibet. Verum hæc inter nos nuper admodum notitia est. D. Antonius quoq. Luna, funesta horum omnium incendiorum fax, in alias terras demigrare coactus fuit, vnde illius nec facta, nec nomen audirentur. Postea patriam reuersus, diu in Mequinentiæ opido abditus latuit, & inclusus: vbi tandem fortunis omnibus, ac dignitate spoliatus interijt. Ita omnes hi, vno, atq. eodè igne cõsumpti perierunt. Quod nisi eos præceps, ac deuia consiliorum ratio decepisset, potuissent suis facillimè rationibus prouidè. Ferdinandus namq. Rex natura magis ad misericordiam, quàm ad seueritatem propensus fuit. Idq. libèter solebat crebris sermonibus vsurpare: *AD* tuenda, tenèdaq. Regna Regibus aptius esse, diligi, quàm timeri. Immatura tamen mors angustum sibi campum dedit, in quo excurrere summa hæc illius virtus, cognosciq. posset. Quarto enim Regni anno nondum completo, integerrima ætate florens, in medio suarum rerum cecidit cursu: annumq. agens XXXVII. ad Igualadam, Cataloniae opidum, (quã antiquã Ergauiam putant nonnulli) cum grauis eũ, ac mortifera morbi, contra quem diutius cõtendebat, vis oppressisset: Louis die, IV. 1416 Non. April. Ann. CD XVI. mortuus est, ac in Populeti monasterio tumulo Regio sepultus. Præter Alonsum autè Primogenitũ, qui sibi statim successit, filios habuit: Ioannem; Henricum; Sanctiũ; ac Petrũ: filias quoq. Mariã, quæ Ioanni II. Castellæ Regi nupta fuit; ac Eleonorã, quæ Heduardo, Portugalensi. Et verò Ioannes, Navarrae Rex fuit; posteaq. Alfonso fratre sine filijs legitimis decedente, Aragonensi illius imperio potitus. De quo paulo post. Henricus autem, amplissimæ Iacobitanæ Militiæ præpositus, vt vocãt,




Magister, Segorbiensem ciuitatem, opidaq. illi contributa obtinuit: à quo Aragoniorũ, Segorbij Ducum, cellissima familia dimanauit. Ea autè hisce Armorũ Insignibus vti cõsueuit; quæ, vt videre licet, clarissima quatuor Regnorum, Aragonum, Castellæ, Legionis, ac Siciliae, stemmata præferunt. At Sanctius, ab alijs Ferdinandus dictus, Alcanta-

Alcantarensem, quem vocant, Magistratum adeptus, sine prole decessit: & Petrus quoq. Neapoli, infelici quodam casu interemptus. Atq. hi sunt, quos ex Eleonora vxore, Ferdinandus Rex filios suscepit: vulgòq. *los Infantes de Aragon* appellari solent. Quorum in antiquis cãticis multa fit mêtio, quotidieq. illustris eorũ memoria & publicè, & priuatim celebratur. Nã sic omnes in omni genere laudis floruerunt; vt quãta quisq. ex aliorũ gloriosissimis factis, iure sibi optimo, vèdicauit, non minora ipsis desua, simillimo iure, reddiderit ornamenta: neq. etiã ea in re patri ipsi cõcesserint. Qui si corpore valuisset, diutius ve imperasset; fortasse habitus fuisset gloriosior. Illud verò eius vitam, & mortem vehementer ornauit; quòd in omnibus rebus ita semper honestatem, ac decus præsetulit; vt cum ab eo pudoris, & pudicitiae peterentur exempla, meritò adsciuerit sibi Honesti Principis cognomentum. quod si in priuatis hominibus gloriosum est, quanto magis commemorandum in Regibus. Dum autem in Perpiniani opidum cum ipso Benedicto XIII. Sigismundoq. Imperatore, Catholicæ Ecclesiæ vnionis caussa, quæ iamdiu durissimo schismate premebatur, congressus fuit, omnium iudicio ex eo facto immortalis est gloriam consequutus. Nam cum nihil proficerent habiti ij sermones, quòd Benedictus nequaquã de statu suo dimoueri pateretur; illius obedientiam abiecit, non sine magna eiusdem Benedicti querimonia, qui se illi Regnum detulisse prædicabat. Neq. verò Benedictus ea in re tenuem, aut leuem, sed multam, atq. ipsi Regi valde vtilem præbuerat operam. Ceterum Ferdinando Rege, nullæ nobis leges constitutæ fuerunt. Satis sibi visus est fecisse, si delatum Regnum, à præteritorum Competitorum incurSIONibus vacuum redderet. De Ioanne autem Eximini Cerdano, qui eius vita, ac post, Alfonso filio regnante, aliquamdiu Iustitiæ Aragonum Magistratum gessit, perpauca admodum res literis mandatæ produntur, quæ pertineant ad ipsius muneris, quam suscepimus, dignitatem ornadam: præter eas, quæ à nobis in quarto Interregno traditæ fuerunt. Quare oportebit nostrum hunc sermonem ad Alfonso Regis narranda facta transferre: vt aliquando ad ea veniamus, in quibus præcipuè omne huiusce nostri operis propositum nititur argumentum.

Y

Alfonfus V.

Alfonfus V. Sapiens, & Magnanimus,
Aragonum Rex XXIII.




ATQVI de istius Alfonsi factis ea, quæ mihi illustriora videbuntur, attingam; summamq. cum omnia iam sint, & vulgaribus, & Latinis literis à perquam multis ornatissimis scriptoribus celebrata. Hic etenim Alfonso fuit, qui cumulavit fortitudini, ac bellicæ laudi sapientiã. Vnde & Sapientis & Magnanimi traxit cognomentũ. Tanta verò humanitate fortitudinem ipsam temperavit, vt cum hostes, virtutem eius, pugnâtes, timerent; iam diligerent victi mâsuetudinẽ. Sapientiam autem, ipsaq. doctrinæ studia vir iam natu grandis percepit. Expugnato enim ab eo, florētissimo, & opulentissimo Neapolitano Regno, quæ alios victoriæ ad prædas; diuitiæ ad voluptates; amœnitas locorum ad delectationem; aut saltem militares labores allicere solent ad quietem: minimè illum à studijs auocarunt; quin induxerunt potius, vt quibus eo tempore Italia florebat, animum suum excolendum curaret, optimarum artium disciplinis. Deniq. sic præstitit virtute, & doctrina, vt cum in vtraq. longè alijs præstaret, vtra sibi ipse præstiterit, incertum sit. Vxorem duxit Mariam, Ioãnis II. Castellæ Regis sororem: quæ à marito absente, Neapolitani Regni expugnatione implicato, horum Regnorum curationi præposita, multa, & magna dedit prudentiæ, ac fortitudinis signa. Complura enim Comitia celebravit. In quibus multæ nobis leges constitutæ sunt, sub *Maria Regina Locumtenentis* nomine inscriptæ. Ea autem præclara, qua
1442 Ann. Chr. ∞ CD XLII. For. *Como segunt la ment de los Fueros*, sub tit. *De officio Justitia Aragonum* de abrogandi muneris difficultate prudenter cautũ, & exceptũ est. Etenim cum Magistratus hic vni alicui, quãdiu viueret, à Regibus semper mandari consueuisset, sæpenumeroq. disceptaretur; vtrum solus Rex, ab eo munere posset amouere, quem eidem semel præfecisset: ea tunc fuit recenti, & noua lege sancitum:

sancitũ: ne id Regi arbitrato suo facere liceret, tametsi ipsa ferat ipsius tunc Præfecti voluntas, ex antecedenti aliqua, vt legitur, obligatione, districta. Ob quam caussam olim, Regis Petri III. temporibus, ad manus, & pugnam ferè ventum est, dum idem Rex nequaquam dubitauit, Petro Martini Artassonæ Iustitiæ Aragonum Magistratum abrogare; quemadmodum iam supra recensuimus. Eadem etiam lege edictum fuit: Ne Iustitia Aragonum deinceps ob ciuilem possit causam comprehendì, in custodias ve includi, nisi de Regis simul, ac Regni præcepto. Quibus rebus ad ipsius muneris ornatum magnus dignitatis cumulus accessit; ad Reginae verò laudem nõ modicus: quod istius Magistratus amplitudinem nouis his honoribus decorarit, cuius præsidio statuebat, & rectè quidem, mariti sui, suorumq. fortunam magis stabilẽ esse futurã. Quò enim maiora in eum stabilitatis cõferantur præsidia, modò nequid nimis; eò status Reip. magis fixus, ac stabilis constituitur, ipsorumq. Regum multo melius fundatur imperium. Ceterum Alfonso Rex, nullam ex Maria vxore prolem suscepit. Ex varijs autem concubinis filios habuit; Ferdinandum; Mariam; & Eleonoram. Ferdinandum quidem, Neapolitani à se parti Regni heredem reliquit testamento. Paternorum namq. Regnorum hereditas ex antiquo iure Ioanni fratri, Nauarræ tunc Regi, obueniebat. Filiarum autem, Mariam Ferrariensi tunc Marchioni despopõdit: Principi autem Rossano Eleonoram. Cùmq. earum doti ingentem nimis pecuniam Rex dixisset: illius solutione singula Regnorum suorum opida torqueri iussit, ac si filiæ hæ fuissent sibi ex legitimo natæ matrimonio. Nostri statuentes ea in re publicum ius grauissimè violari; ad Magistratus Iustitiæ Aragonum opem confugerunt. Cui tunc præerat magnus ille Ferrarius Lanuza I. ipsius Regis obseruantissimus, ac studiosissimus vir; patriæ verò libertatis diligentissimus præses, ac custos: cuius & in bellicis, & in ciuilibus officijs singularis industria vigeat. Ab eo itaq. exceptione huiusmodi impetrata, solito sui muneris Iurisfirmæ remedio, (quod tandem, vt sæpius diximus, summum est nostrarum omnium libertatum præsidium) facillimè nostri huic, quæ Regno inferebatur, iniuriæ restiterunt. Rex autem benignè tulit integrum ipsis seruari ius libertatis. Vt enim erat sapiens, ac disertus; in quo Magistratus deferebat auctoritati, censebat ipse & seruari suam. Tandem A. D. III. Kal. Iul. Ann. Chr. ∞ CD LII. ætatis autem suæ, sexagesimo quinto, Neapoli mortuus est. Sed illius, tametsi mortui, memoriam anni omnes excipient consequentes. Hi autem sub eius imperio post Ioannem Eximini Cerdanum, Iustitiæ Aragonum exstiterunt:

Berengarius Bardaxinus, egregius ille, de quo in proxime acto Interregno mentionem fecimus, vir. Cui in Magistratu successit Franciscus Sarzuela: Sarzuelæ autem Martinus Didaci Auxius: huic verò Ferrarius ipse Lanuza I. qui etiam per plures annos eundem gessit Magistratum Ioannis II. Regis temporibus: ad quæ cursum pertractanda pergimus, ut institutum rerum nostrarum ordinem teneamus. Sed illud non præteribo, quod maximè occurrit, istius Alfonsi Regis vita, circ. Ann. Chr. ∞ CD XXXVII. magnifica illa duo, quæ hodie exstant, ad nostram Urbem ædificia extructa fuisse: lapideum pontem; amplamq. & nobilem, quam nunc Deputationis domum vocamus; ab eo vsq. tempore publicam, ac stabilem nostrorum omnium iudiciorum sedem constitutam. Tertium verò mirandum in modum istius Regis laudem illustravit, quod decennio ante, ad pauperum Christi ægrotorum curationem, & usum, in ipsa Vrbe construendum curauit, tanta postea opportunorum apparatusum celebritate refertum, ut communi omnium iudicio magnificentia multis, pietate autē omnibus perhospitalibus, quæ vsquā alibi sint, domibus antecellat. Cuius eò magis suspicienda est moles, quò non tam certis opibus, aut patrimonij subsidijs, quàm fidelium liberalitate, in certisq. eorum largitionibus sustentetur. Ut in Urbanis autem Commentarijs continetur, clarissimus iste Alfonsus Rex, quam à Simone Hueso quingentis *Florennis* emerat aureis ædem, quo nunc visitur loco, à Diui Francisci monasterio nō longè, huic tanto operi assignauit, quatuor eidem; D. Raimundo Cafaldaguila, & D. Nicolao Viota, è Senatoribus Urbis; Ioanne autem Tonda, & Ioanne Cineta, Theologiæ Doctores, ex Ecclesiasticis viris, Rectoribus primis præfectis. Ac illud postea Nicolaus ipse suis locupletauit fortunis. Albalatulo namq. ita vocato opido donauit: quo maxima facta fuit ad eam rem & amplitudinis, & dignitatis accessio. Prid. autem Kal. April. Ann. Chr. ∞ CD XXV. Philippus Berbegal, Franciscanus Monachus, Cæsaraugustanēsi Comitio, pia, ac nobili habita oratione, mādāta Regis exposuit, & quæ ab eo essent de istius facti ratione inita cōsilia. Quibus à nostris maximo, ut par erat, applausu celebratis, è Senatus decreto eidē operi fundamenta iacta fuere: quæ posterorum deinde Regum, ac nostrorum hominū animos ad tot, tanta, tamq. præclara, & magnifica Christianæ pietatis, & Religionis in Christi pauperes explenda munera extulerunt. Et verò de structura pontis hæc habeo, quæ dicam: nimirum prius quàm lapideus, qui nunc exstat, quiq. huius Regis tempore factus fuit, fieret: lignum

lignum pontem eodem ipso loco fuisse: qui aliquandiu publicis, aliquandiu nauiculis fulciebatur. Cuius qui constituebantur curatores (duos enim interdum constitutos legi) ab eo quòd ipsis eius commissa, ac commendata erat cura, *Comendadores del Puente* vocari vernacula lingua consueuerunt; & quandoq. Arabico vocabulo vsurpato, *Comendadores de la Alcantara*. Et idem erat. Nam Alcātara, Arabica vox est, & pontem significat. Sed ut ad Alfonsum Regem redeamus; amplissima eius gesta meritò illum ad summam extulerunt, quam diximus, sui nominis prædicationem, & gloriam.

Ioannes II. verè Magnus, Aragonum Rex XXIII.



NEQ. verò Ioannes Rex fuit belli laude inferior, quàm frater: quinimmo nisi se totū domesticis negotijs implicuisset, ob quæ sæpius cum suis cōflicxit, quàm quisquā cum hostibus decertauit: ipsi fratri par, si non iam superior, censeretur. Quæ enim in Alfonso magnitudo animi, virtus egregia, sermonis comitas, constantia, fortitudo, ac rei militaris peritia enituerunt: hæc omnes in Rege hoc mirificè elucebant; non quasi ab alijs sumptæ, aut aduentitiæ forsitan virtutes. Illam verò, quæ communis solet esse aut iam vrgentis, aut aduentantis senectutis cura, ut quietem, & otium appetamus; tam longè sibi statuit à sua senectute abesse oportere, ut nullam vitæ suæ partem patere tur, aut assiduis bellis, aut bellorum expectatione vacuam relinqui. Et quòd summum fuit, cum admodum senex, ac quasi decrepitus, noua etiam bella moliri haud cessaret, à suisq. admoneretur, ut ab eis vacaret, cum non possent sine integerrimis viribus sustineri: hoc illis responsum dare fuisse solitum perhibetur; Se numquàm sensisse, senectutem suam imbecilliolem factam ad arma capienda, quàm adolescentia fuisset. Militares autem labores, inferiores esse domesticis affirmabat: cum nulli vnquam militi plus, quàm sibi sumeret, laboris imponeret.

imponeret. Ciuiliū prætereā rerum summopere vsū percalluit. Vnde ab omnibus iudicatur, singularem ciuilem, ac domesticam, coniunctam cum militari fortitudine, prudentiam adeptus. Itaq. verè Magnus nuncupari potest. Et ipse quidem aliquando Magistratus Iustitiæ Aragonum institutionem, potestatem, & vim, vt suo loco dicemus, per paucis, neq. obscuris, aut hæsitantibus, sed apertissimis verbis explicauit. Cuius si quacumq. in re haud leue testimonium putaretur: grauissimum censendum est in ea, quæ ad institutionem proferendam spectat illius muneris, quod tamquàm moles fluctibus, ita non rectæ Regum voluntati est oppositum. vt nequaquam sit parui ducendum, huiusce Magistratus institutionem, & vim illius testimonio comprobari, qui tam præclarè supremum illud ipsum fuerit officium Regis, ac munus exequutus. Sed de his suo loco. Viuente itaq. Alfonso fratre, Ann. Chr. ∞ CD XIX. Blancam Nauarræ Reginam, Caroli filiam, & heredem, vxorem duxerat: eam, quæ fuerat prius Martino Siciliæ Regi, Martini Aragonum Regis filio, ad Callarem mortuo, quemadmodum exposuimus, nupta. Ex qua filios habuit; Carolum; Blancam; & Eleonoram. Carolus autem is fuit, cuius toties retulimus Commentarios exstare de Regibus nostris scriptos: quos in plurimis rebus sequuti sumus, tametsi interdum coacti ab eis dissentire. Blanca autem ipsius Caroli soror, Henrico III. Castellæ Regi nupta fuit. Sed cum eo postea diuortiū fecit, Romani Pontificis decreto interposito. At Eleonora Gastono Fuxensi Comiti collocata, neptem habuit Catharinam, Ioannis Labritij, Nauarrorum vltimi Regis vxorem. Iam verò domesticæ inter Carolum, ac patrem discordiæ concitatæ communem Remp. quæ tranquilla erat, tamquàm turbine aliquo, aut subita tempestate, peruerterunt. Etenim Ioannes iste Rex, priori hac Blāca Nauarræ Regina, ipsius Caroli, sororumq. matre, orbatus vxore, cū secundam duxisset Ioannam, Federici Admirantis Castellæ filiam: Carolus patrem à Nauarræ Regni gubernatione repellendum contendebat, quòd mater sibi actionem illam hereditario iure integram reliquisset. Pater contra, sibi ex foci Regis instituto concessum esse affirmabat, vt quamdiu Ioannes ipse viueret, solus Nauarrensis imperij clauum teneret. Ob id itaq. vter potius Nauarram administraret, pater, & filius, inter se contendere cœperunt. Tandem Carolus in ea contentione decessit: Barcinonæq. obiit

1461 A. D. IX. Kal. Oct. Ann. Chr. ∞ CD LXI. ætatis suæ annum agens Quadragesimum. Cuius tempore apud Nauarros illæ duæ

Agra-

Agramontensium, & Viamontensium, quæ adhuc in ore vigent, contrariæ factiones, quarum altera filij, altera patris vocem sequebatur, ortū habuerūt. Atq. ea in re dū Catalani, qui ipsius Caroli Principis fuerunt adiutores præcipui; patris, quam dicebant, vim peruersuros putarunt; peruerterunt suam, nec vim modò, sed totam planè excusationis, siquæ in eo factò esse poterat, defensionem. Mortuo enim Carolo plura tentarunt, quæ à debitis officijs abhorrebant: cū alioquin natio illa fuerit semper, ac sit integritatis, & fidelitatis plenissima. Expellere Cappa, Siciliensi femina, Carolus filios reliquit; Philippum; ac Ioannem. Prior quidem militari Beatæ Mariæ Montefæ instituto præfectus Magister, ad Baëzæ expugnationē interijt: posterior verò, Oscensi Ecclesiæ præpositus Antistes. Filiam quoq. habuit Annam, ex alia concubina susceptam: quæ Ludouico Metinnæ Zelin Duci nupta fuit. At Ioannes Rex ex secunda vxore, filium habuit Ferdinandum: qui sibi in Regnis successit, Christianiq. nominis decus, ac lumen fuit. Filias etiam; Ioannam, Ferdinando Neapolitano Regi, Alfonso fratris filio, nuptam; Marinam, seu, vt alij testantur, Mariam; ac Eleonoram aliam: quæ ambæ innuptæ obierunt. Ex concubinis autem filios suscepit; Ioannem, Cæsaraugustanum Archiepiscopum, è nobili femina, ab Auellaneda nuncupata. Ex alia autem Eleonora de Escobar, Alfonso Calatrauensem Magistrum: qui ex Maria Iunquesia filium habuit Ionnem Aragonium, Lunensem Ducem, ac Ripacurtiensem Comitem: à quo illustrissima, Aragoniorum, Villæfermosæ Ducum, ac Ripacurtiensium Comitum familia dimanauit; quæ apud nos viget, hisq. Armorum Insignibus ornari consueuit. Ferdinandus etiam, Maria, & Eleonora istius Regis filij fuerunt: nothi tamen, atq. ex Nauarrensi femina ab Ansarum familia, procreati. Eleonora quidem Ludouici Viamontensij Nauarræ Connestabuli vxor fuit: alij duo infantuli obierunt. Præter Nauarræ autem, quam tandem Ioannes Rex inuito, & renuente filio gubernauit: aliquamdiu etiam ab Alfonso fratre absente dominationis suæ vicarius constitutus, nostri Aragonensis Regni tractauit gubernacula. Quo tempore sub eo multæ, & gratæ nobis leges editæ fuerunt: quæ passim in Foror. volumine, sub *Ioannis Nauarræ Regis Locumtenentis* nomine, in diuersis tit. appositæ leguntur Ann. ∞ CD XXXVI. Eo namq. anno fratris nomine Alcagnizij Comitibus celebravit magna, & præclara. Maiora tamen, & grauiora ab eodem Ioanne, Aragonen-

feiã Regnũ adeptõ, ad Calataiubiũ eodẽ An. ̄̄ CD LXI. habita fuẽ-
re. Ea enim auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate cetera omnia
longẽ superarunt. His autẽ meo iudicio paria penẽ, & æqualia fuerũt,
quæ Regina Ioãna, istius Regis vxor, eius nomine ad Cæsaraugustam
1467 habuit Ann. ̄̄ CD LXVII. In his enim, inter alia multa, præclarissi-
mæ illæ leges latæ sunt, quæ in scriptæ exstant sub tit. *Forus Inquisitionis
Officij Iustitiæ Aragonum*. Itaq. cũ ceteris istius Regis laudibus hæc
illi debetur vel maxima: quòd quæ summa in eo perspecta semper, &
cognita fuit in subleuãdis rebus aduersis fortitudo; in ornandis secun-
dis nõ minor probata fuerit diligentia: quandoquidẽ nouis semper de-
cretis, consentaneisq. legibus Remp. stabilendã curauit: ipsi verò Iu-
stitiæ Aragonũ Magistratui opportunã moderationẽ eo, quẽ diximus,
Inquisitionis Foro adhibendã: ne nimia forsã licentia redũdaret. In
quo tandẽ incolumis Reip. nostræ status continetur. Sed de his alibi.
Deniq. Ioannes Rex patriam amplissimis beneficijs ornauit. Aliquan-
do autem cæcus factus, Diuæ Ecclatias opẽ implorans, cũ sancto illius
clauo tactus, amissa luminã recuperasset, vouisse dicitur, se ipsius Diuæ
tẽplũ amplificaturũ. Propinqua tamẽ morte sublatus, votũ hoc Ferdi-
nando filio persoluendum reliquit. Neq. enim diu post, Ann. Chr.
1479 ̄̄̄ CDLXXIX. Barcinonæ A. D. XIII. Kal. Feb. summa cõfectus se-
nectute decessit. Sub eo Iustitiæ Aragonũ fuerũt; Ferrarius Lanuza I. et
Ioãnes itidẽ Lanuza I. ipsius Ferrarij F. quietiã Ferdinãdi Regis tẽpo-
ribus eidẽ præfuit Magistratui. Libet autẽ in mediũ afferre ponderosæ
epistolæ exẽplũ, quod inter Secretarij Colomæ monumenta inueni, à
Ioanne hoc Rege, ad Ferdinãdũ ipsum, Castellæ iã Regẽ, interrupta;
ac moriẽti voce cõscriptæ. Cuius hoc est argumentũ; ita nos debere de
humanis omnibus rebus iudicare, vt fictas eas celeriter, tãquã floscu-
los decidere, virtutẽ solã esse altissimis defixã radicib⁹ arbitremur. Eius
dẽ verò, nisi me fallõ, Secretarij manu facta erat, quæ in ea legitur, in-
scriptio huiusmodi. *Traslado de la carta q̄ el Rey mi señor escrivio al señor
Rey de Castilla*. Cogimur nãq. ne rebus, ac verbis lepõrẽ subtrahamus,
permiscere Hispana cũ Latinis: cũ ea sint vulgaribus his verbis cõcepta.

Serenissimo Rey, nuestro muy Charo, y amado fijo.

*P V E S a la diuina Magestad es plaziente, que en nuestros dias
mas non vos veamos, que era lo que despues de nuestra saluacion dessea-
mos: por aquesta carta, que sera como postrer despedimiento, e comiat, en-
tendemos fazer el officio de padre, a quien nuestro Señor por su infi-
nida bondad ha dado fijo tan obediente, y de tanta virtud, y excellencia.*

Recibido


*Recibido haemos por especial dono, de quien tiene el poder, los Sanctos Sa-
gramentos de la Jglesia, y fecho todas las obras de Christiano, non con aque-
lla contricion, y arrepentimiento, que deuamos, por ser tan grandes las of-
ensas, que fecho le haemos, è tampoco el reconocimiento de tantas, y tan
señaladas gracias, como de su omnipotencia haemos recibido; mas segunt
que ha podido alcançar la fragilidad nuestra. Confiando empero en la sum-
ma clemencia suya, que por aquel derramamiento de sangre, que por no-
sotros peccadores fizo en el arbol de la Vera Cruz, haura misericordia
deste su siervo, que es tierra effectiua de sus manos: y creemos, non querra
con nosotros entrar en iuyzio: pues es cosa cierta, que ante tal juez, al-
guno justificar non se puede. Fijo, ya podeys considerar el punto, en que
estamos: que ni Reynos, ni subditos, ni potencias algunas humanas, por
grandes que sean, ayudar, nin valer nos pueden: saluo aquel Criador, y Re-
demptor del mũdo, en cuyas manos estamos. Y es este passo tal, que querria-
mos hauer sido vno de los infimos hombres de nuestros Reynos, y señorios.
Recordad vos pues, q̄ quando a el ser aplaziente, haueys de venir a esto mis-
mo: ̄̄ que vos dolera, lo que en offensa suya fecho haureys, de dolor tal, q̄
en sanidad cogitar non se dexa; e ansimesmo del bien, que haureys podido
fazer, e non lo haureys fecho. Vengaos en la mente, de quanta grandeza son
los Reynos y Señorios, en que soys, y haueys de ser immediado Lugartenien-
te suyo: e que quanto son mayores; mayor, e mas estrecha sera la cuenta,
que dellos le haureys de dar. Non vos engañe el mundo, como faz e a los mas:
que en qualquiere edad que sean, siempre piensan hauer tiempo de enmen-
dar sus faltas. Lleuad siempre ante los ojos el temor de Dios: y passen vos al-
guna vez en el dia por la memoria los tan grandes donos, e gracias, que fecho
vos ha: para que conosciedo, le soys grato, vos haga fazer su sancta volun-
tad. La Justicia sobre todas las cosas sea el espejo de vuestro coraçon, fazien-
dola sin excepcion de personas. La defension de la Fe Catholica, y de la Jgle-
sia sancta de continuo se vos represente. Los Reynos, y subditos conseruad en
paz, y en justicia sin injuria del proximo, euitando, quanto al mũdo podays,
todas guerras, y dissensiones. E non vos oluideys de la humildad, que es cosa
acceptissima a nuestro Señor, y que por sola aquella la gloriosissima Virgen
Maria mereciõ ser madre suya. E por non diuertirnos mas en las cosas del
mundo, con la presente vos damos nuestra paternal Bendicion: Suplican-
do a la immensa potencia, que de su mano sanctissima os bendiya: e la Bendi-
cion suya, e nuestra sea siempre con vos: para que como buen Rey, e Catholi-
co Principe rijays, y gouerneys los Reynos, y tierras a vos encomandadas:
de manera que le rindays buena razon de los talentos, que vos ha dado: e
vuestros*

*uestros dias sean fechos luengos sobre lafaz de la tierra a su sancto ser-
uicio: e veays fijos de uestros fijos fasta la tercera, e quarta generacion:
y en viniendo el termino por el estatuydo, vos colloque en su sancto Reyno.
Al qual plega lleuarnos por su sancta misericordia. A nuestro Secreta-
rio hauemos mandado vos diga cierta cosa. En fee de su officio, e por la
criança que del hauemos fecho, sea le dada entera fee. E guarde os Dios
nuestro señor, como tiene el poder. Dat. en Barcelona a 19. de Enero,
Año de 1479. REX JOANNES.*

Coloma Secretarius.

Atq. postridie eius diei Ioannem Regem vis morbi consumpsit: iam
vt epistola hæc, tamquam cygnea habita fuisset ab omnibus Christia-
nissimi Principis vox, & oratio: ipsius autem mors ita gloriosa, vt filius
eam concupisceret. Sed mox persequemur, quæ de eo, ac Carolo Impe-
ratore, & Philippo nostro Rege, dicere instituiamus; eaq. summatim:
vt his absolutis ad propositum nobis de Magistratu Iustitiæ Arago-
num sermonem reuertamur.

Ferdinandus II. Catholicus, Ara- gonum Rex XXV.



IO ANNE itaq. mortuo, Ferdinandus filius auspiciatò Re-
giã illius hereditatem adiuit. Iam pridem autem, viuentē patre, Ann.
MCDLXIX. vxorem duxerat Isabellam, Henrici III. Castellæ Re-
gis sororem, & heredem. Quæ nuptiæ tanti matrimonij dignitate con-
iunctæ, incredibilem socijs lætitiã attulerunt; mirum autem hosti-
bus terrorem: cum ea rerum copulatio, ac tot Regnorum societas, &
coniunctio, commune vtriusq. imperium in tantam deduxisset ampli-
tudinis maiestatem, quanta in Hispania numquam à Gothici Regni
euerfione visa fuerat: præcipuè verò, postquam florentissimum Grana-
tæ Regnum ex teterrimo Maurorū dominatu in veterem libertatem,
salubremq.

salubremq. veræ nostræ Religionis cultum vindicarunt. Neq. Grana-
tam solùm, sed Nauarram etiam, atq. Hispaniam cunctam subegerunt:
præter eam Lusitaniæ partem, quæ ad Oceani Occidentalis oras pro-
ducta, à Portu Cale, Portugaliæ sibi nomen inuenit. Verumtamē qui
tunc ipse ad eam rem aditus obstructus fuit, potentissimo nunc patuit
Regi nostro Philippo, clarissimo istorum Regum pronepoti: cuius
gloriæ domicilium non minoribus, quàm totius orbis finibus termina-
tur. Neapolitanū præterea Regnū intestinis, ac domesticis bellis dissi-
patū, vetere expulso hoste, Ferdinādus, ac Isabella, Reges, sub eorū iurif-
dictionē subiunxere. Ad hæc noui orbis detegēdi munus Christopho-
ro Colō, viro nomine, ac memoria dignissimo, cōmittētes, Omnipō-
tētis Dei benignitate sūmū illū fuere honoris, ac gloriæ gradū assequu-
ti: vt eorum tēpore, & quod præcipuum est, eorum opera, atq. impēsa,
Atlanticum vastissimum mare, quod nullis classibus fuerat peragrātū,
sed ex omni aditu clausum putabatur; nauibus nostris patēret: in illisq.
vltimis gentibus, feris, & barbaris, quæ sibi humano victu vitam propa-
gabant, infinitisq. regionibus, quarum antea nulla vñquā neq. ora,
neq. extremitas fuerat perlustrata; summus Christiani nominis luce-
ret splendor. Quibus tot illustribus, & gloriosis factis ita istorum Re-
gum laudatrix fama virtutum apud omnes gentes omnium sermone
percrebuit; vt illis sæculis ad Regium Principatum obtinendum, neq.
vir melior in terris esse, neq. femina lectior crederetur. Vnde ab omni-
bus censebantur ambo, pari, atq. in eadem laude ponēdi. Sed illud, mul-
torum iudicio, maius fuit summæ illorum prudentiæ, ac pietatis, & re-
ligionis testimonium, dum ad hæreticorum, & apostatarum mētes de
magnis, quibus imbutæ erant, prauitatis erroribus deducendas, com-
primendam, frangēdamq. audaciam, Sanctæ Inquisitionis, quod nunc
vocamus, Officium fundandum curarunt, varios eidem præpositos de-
ligentes, eisdemq. stabiles sedes, ac domicilia certa in maximis Hispa-
niæ ciuitatibus collocantes. Cuius tanti facti vtilitatem, & commodum
non Hispania sola, sed omnis Christianus orbis libenter agnouit:
id verò miseris nostris sæculis præcipuè; quibus in perfidam illam gen-
tem videmus, tamquam in vnam voraginem, omnium vitiorum cœtū
excessisse. Itaq. cum tātis testimonijs suarum virtutum, ac Christianæ
Religionis obseruantię, & cultus, clarissima sibi monumenta compa-
rassent: is demum ipsis, qui solus in hoc sæculo dari poterat, suorum
omnium laborum, & vigiliarum datus fuit, quasi amplissimus quidam
triumphus, dum totius orbis consensu à Romano Pontifice obtinere-
runt

runt illustre Catholicorum Regum, quod hereditarium posteris mā-
fit, cognomentum . Ceterum ijs temporibus apud nos casus quidam
grauissimus interuenit: qui nostris tunc videntibus horribilis, atq.
acerbus visus fuit; perpetenti autem ob Dei amorem iucundissimus.
Illius narrationem libitum est mihi persequi hoc in sermone: quod
ea statuerim, atq. ei similibus orationem nostram, quasi quibusdam lu-
minibus illustrari. Ab initio autem, quemadmodum gesta res sit, sum-
matim exponam.

Inter ceteros Sancti Officij Inquisitores, qui fuere in singulas pro-
uincias descripti (ita enim supremos hosce perfidæ istius gentis specu-
latores, ac vindices appellamus) apud nos huic muneri præpositi fue-
runt egregij duo, ac præstantes viri: quorum alter vocabatur, frater
Gaspar Inglarius, eratq. ex Dominicanorum fratrum instituto: alteri
verò Petri Arbuesij, aliàs *Epila* nomen erat: quem nos improprio vo-
cabulo *Mastre Epila* vulgò appellare solemus. Hic ortu Epilensis
erat, patre Antonio Arbuesio ab illustri Arbuesiorum familia, matre
verò natus Sanctia Ruyz: vir quidem iustus, & optimus, singulari bo-
nitate, & modestia præditus; in primisq. sacris literis excultus, & do-
ctrina. Cæsaraugustanæ autem Ecclesiæ Canonicus erat. Nefas enim
duxisset linguam meam in istius facti narratione obmutescere, ad
quod patrandum nequaquam obtorpuerunt impiæ illæ, ac sacrilegæ
sceleratorum hominum manus. Hic itaq. Petrus Arbuesius cum pro-
suscepto munere in Iudæorum causam vehementer inueheretur:
perditæ illorum multitudini in acerbissimum odium venire cœpit.
Ipsi enim, maleficiorum suorum conscientia stimulati, vehementer
horrebant, quorsum hæc esset inquirendi in eos instituta ratio erup-
tura. Conscientiæ enim illa magna vis est, vt pœnam semper ante o-
culos versari putent, qui peccarint. Itaq. illum acerrimè clandestinis cõ-
silijs oppugnabant. Erat autem permagna coniuratorum manus, ex
maximis Iudæorum familijs occultè conflata: quæ diu collecta, & in-
ueterata, imprudentes quosdam alliciens ad se; ex latebris erupit in
actum, acerbatisq. suæ virus euomuit. Etenim cum dies, noctesq.
magnis languoribus, & curis angerentur, sibi ipsis iam à summo Deo,
supplicij causa, importatis; se ab illis abducere cupientes, & leuare,
omnes acerba morte, Sanctum Inquisitorè affici oportere, quadã die
vnum in locum congressi, decreuerunt. Sed tamen ijdem ipsi, qui
de ea minabantur; etiam atq. etiam considerabant, & inter semet-
ipfos conferebant, quæ id sibi facere liceret. Etenim cupiebant illius
fangui-

sanguine saturari. Vias autem indagabant, vt expleti, & saturati sal-
ui discederent. Neq. vllus erat eorum audaciæ ad timorem compri-
mendum locus. Ipsi enim suis manibus Inquisitorem interficere, ta-
meti valdè optabant; neq. audebant, neq. quemquam id facere posse
sine certissimo vitæ periculo, arbitrabantur. adeò ignauiter, & timi-
dè descendebant ad id, quod summopere expetebant, agendum.
Itaq. cuidam Ioanni Labadiæ cõmiserunt, vt homines ad cædem
illam faciendam conduceret. A quo tandem inuenti fuere duo ne-
quam, & perditij; qui id auderent, quod immanis ipsa Iudæorum
omnium audacia formidasset. Eos, homines appellandos non duco.
Hominis enim nequaquam videtur, communiq. naturæ repugnare,
voluisse miseros, sua calamitate aliorum crudelitatem satiari: præfer-
tim cum à Iudæis religione, & cultu disiderent. Erant enim ambo,
vt fertur, à genitoribus Christianis procreati: nisi id fortè illis ac-
cidisset, quod in plurimis vsu venire solet; quorum parentes propter
ignorantiam suæ stirpis, ac generis, cum ex infima fece populi sint,
Christiani existimantur. Hi igitur, quorum alter Vidal Vranfo, alter
Ioannes Sperandreu vocabantur, nefarijs priùs licitationibus factis,
certoq. pretio constituto, se Sancto Inquisitori mortem allaturos pro-
miserunt. Idoneam verò captabant occasionem. Erant autem tunc
ipsius Sancti Officij ministerio destinatæ, eæ, quæ nûc sunt heredum
Antonij Barrachinæ, ædes; medio loco, inter Archiepiscopalem Au-
lam, Ecclesiamq. Cæsaraugustanam locatæ; finitimæ ambarum, & vi-
cinæ. Ibimagnus ille, ac præclarus vir, Petrus Arbuesius, pro Tribuna-
li ad audiendas causas quotidie sedebat: in eisq. ponderandis diligens
erat, prudens, & attentus. Verumtamen vt erat naturà sanctus, & re-
ligiosus, quidquid à publico illo munere vacabat, totum id libenter in
Sacris cõficiendis consumebat. His enim mentem suam, tamquam na-
turali pabulo recreabat. In Templo maximo, quemadmodum ceteri
Canonici, suum domicilium habebat. Apsidè in Diuinarum, quas
vocamus, Horarum decantatione versabatur: ita vt vix eum vlla in-
tempesta nox, alij ve nocturni metus deterrerent, quin eandem Ec-
clesiam è lectulo surgens adiret ad nocturnis Cantibus Omnipo-
tentis Dei laudes persequendas. Illuc ergò, pro more solito, sacra
indutus veste, sanctissimus, atq. innocentissimus vir, media quadam
nocte, martyrij coronam reportaturus accessit. Fuerant siquidem
iam paulo ante in absconditis insidijs intra dictam Ecclesiam collo-
cati duo illi, quos nominauimus, Vidal, & Sperandreu, stipati gre-

gibus amicorū: qui omnes fuerant à sceleratissima cōiuratione, quasi à quibusdā furijs, ad perficiendū scelus incitati. Iudæos autē iccirco proditur has tam crudeles sancto Inquisitori insidias retendisse; quia flagitiosa, ac turpis eorū vita cum magnā omnibus suspitionē daret, in itā ab eis dudū Christianæ nostræ Religionis viā, fictē, & fallaciter fuisse susceptā; idq. eò magis, postquam multorū ex ipsis accusationes, graui-
 1485 ter tractatæ, ad extremū nefarijs confessionsibus, ac deprehensionibus detestabiliū scelerū fuerant conclusæ: persuaserant sibi, neminē fore, qui, sancto Inquisitore interfecto, munus illud exequi auderet, sicq. ipsos in posterū flagitiorū suorū impunitam, quā sibi pollicebantur, licentiam obtenturos. Eum itaq. duo illi audacissimi nequam dum ante Alcare maius supplicē, orantē inspexerūt; anhelantes ex infimo pectore crudelitātē, brachia contorquentes, A. D. XVII. Kal. Octob. Ann. Chr. CDXXCV. grauia eidem vulnera infixerunt. Quorū sanguine cum non gladios solum, sed sacra ipsam ædem imbuissent: statim auferunt, magno, & subito, quo corruerunt prorsus, timore perculsi. Sic enim ambo fuerunt infirmati conscientia sceleris, fraudisq. cruciatu; ut nisi à suis, qui eos stipabāt, subleuati fuissent, vix vlla fuisset illis ex Ecclesia exeundi facultas. Viuum autē illum, secus ac fuerant polliciti, reliquerunt. Deuinxerāt enim, sese eidem caput abscissuros. Nec nisi pro capite pactum fuerat inter eos pretium. Tam acerbam sancti Inquisitoris vitam perfidi Iudæi sibi ipsis putabant fore. Ast ubi sacer, qui in Choro aderat, Clericorum Deo psallentium cœtus, horribilē armorum strepitū audiuit, lamentabilemq. simul ingemiscantis vocē; illuc mox accurrens, sanctum Inquisitorem grauius ictum ut inuenit, apertē cognouit, truculentū illud, immanēq. scelus à Iudæis editū fuisse. Diu enim in vrbe ferebatur, omnes eorum sermones ad perniciē sancti Inquisitoris erūpere; illosq. iam pridē ei periculū capitis machinari. Itaq. tristes, & cōturbati cœperūt cunctas vrbis regiones circū circa prospicere, Deumq. & homines contestantes, de crudelissimo sancti Inquisitoris interitu clamare: ut Cæsaraugustanus populus à somno excitatus profiliret, occultæ illi⁹ cōiurationis inuestigator, & vltor. Simulatq. ergo detestabile istud scelus percubuit: incredibilis breui tēpore ad tēplū maximū cōcursus factus est concitatæ multitudinis hominū, omniū generū, ætatū, atq. Ordinum: qui se illuc totos & animis, & corporibus in communis causæ subsidium cōtulerunt. In ea namq. iniuria se se omnes despectos esse, sanctissimiq. Officij dignitatem magnopere contemptam, & abiectam proclamabant. Apertē autem omnes videbant sceleratam illam coniurationem à Iudæis contra sanctum ipsum Inqui-

Inquisitionis Officium factam fuisse. Atq. eò maior in illos commouebatur suspicio, quòd in ea bonorum multitudine de illis nullus compareret. Quos omnes non iam sacrilegos, sed Fidei, ac Religionis hostes, non sicarios, sed crudelissimos carnifices appellabant: dicebantq. nullam moram interponendam esse eosdem in priuatis suis domibus viuos comburendi. Neq. huiusmodi consilia in longinquum tempus distulissent: nisi eos interpellasset magna superiorum Magistratum ibidem collecta vis. Nec ea obstitit, quominus is videretur repentē in omni populo tumultus concitatus, qui non multum ab hostili expugnatione differret. Nemo enim Cæsaraugustæ, neq. tam affecta ætate, neq. tam infirmis viribus tunc fuit, qui non statim surgens è lectulo, telum, quòd sibi fors offerebat, arripens, in tanti sceleris vindictam properaret. Iam verò sanctus, & fortis Inquisitor his verbis, quæ sibi imponebantur vulnera, excipiebat: Maximas, inquit, tibi, ô I E S V bone, gratias & habeo, & ago, quòd me dignaris, mortis pœnā naturæ debitam pro tuæ sanctissimæ Religionis Fidei persoluere. De reliquo tamen grauius saucius, magis autem diuino amore, quàm ictibus saucius, haud cessabat Diuinum numen, eo scelere violatum, humili prece placare. Numquam autem eius animus visus fuit vlla in nefarios interfectores malevolentia suffusus, aut aliqua perturbatione commotus: sed contra cum magnus, & excelsus, atq. ad maiora quæq. pro Christi Fidei subeunda paratus; tum etiam apertus, simplex, quietus, & tranquillus, gaudens, & libens Deum Optimum, Maximum, Gloriosissimamq. illius matrem Mariam assidue collaudans. Ex cuius ore, quamdiu vixit, nullū ab ea re alienum verbum exiuit. Ac illi quidem quæ superfuit vita, breuis fuit; gloriæ autem cursus sempiternus: ad quem illius spiritus, è corporis vinculis, tamquam è carcere euolauit A. D. XV. Kal. eiusdem mensis Octob. biduumq. tantummodò vixisse apparet. Atq. sic abiit è vita, ut moriendi pro Christo causam se nactum esse gauderet. Illius sanctum cadauer multis imaginibus, iustisq. exequijs, ac sollempni pompa, & laudatione à Cæsaraugustanensi populo ornatum, terræ redditum fuit, honorificentissimo, ac celeberrimo ipsius Templi Maximi, quo nunc colitur, loco. Necnon, & in eodem sepulchro maiores nostri æternum simulachrum, è marmore excisum, quod nunc videmus, tanta opera, & artificio perfectum, eidem Sancto viro ponendum curarunt; ne apud nos illius vmquam memoria moreretur, hanc illi marmoream statuam pro mortali vita reddentes.

Ac ne cui forte mirum videatur, quod decimoquinto die eum ictum fuisse annotauerim, biduo autem post obiisse, cum Surita noster decimoquarto die fuisse mortuum memoret, decimoquinto autem quotannis publica illius memoria in Templo maximo celebretur: consilij mei rationem publicis testimonijs comprobabo; quibus haud scio, quæ alia adduci possint grauiora. Sunt enim publica duo, ut loquimur, Notarij Instrumenta, à quodam Petro Lalueza de his ipsijs rebus stipulata: quæ hoc loco libet intexere, quemadmodum illius manu leguntur conscripta. Primum quidem est huiusmodi.

IN DEI nomine. Amen. Nouerint uniuersi; Quod anno à Natiuitate Domini, Millesimo quatuorcentesimo octuagesimo quinto, die videlicet intitulata, decima septima mensis Septembris, apud ciuitatem Casaraugustam. In Sede eiusdem ciuitatis Casaraugustana, inter Altare, & Chorum dicta Sedis, ubi Reuerendus Magister Petrus Arbues, alias Epila quondam, Sacra Theologia professor, Inquisitor quondam Sancta Fidei à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatus, fuerat vulneratus, & ceciderat ex ictibus, & vulneribus sibi decimoquinto die predictorum mensis, & anni, hora Matutinarum illatis. De quibus vulneribus die presenti decima septima, ab hac luce transmigravit, & obdormiuit in Domino. In quo loco ex dictis vulneribus effuserat sanguinem corporis. Qua de causa Ecclesia erat polluta, taliter quod in ea Officia Diuina celebrare non poterant. Pro cuius reparatione secundum ordinem Sancta matris Ecclesie, dicta Ecclesia fuit reconciliata cum carimonijs Ecclesiasticis. Et deinde tam dicta decima quinta die, quam decima sexta, & presenti die predictorum mensis, & anni dictus locus, ubi dictus sanguis fuerat effusus, fuit per quamplurimas, & diuersas personas Ecclesiasticas, & laicas visus, perspectus, & valde benè recognitus, qualiter vix poterat cognosci, quod esset signum sanguinis: & si aliquid videbatur de dicto sanguine, erat quasi nihil, & deperdito quasi in totum colore dicti sanguinis, & erat adeò desiccatum, quod erat impossibile, cum aliqua papyro, aut panno lini, neq. lana, nec alia quauis re aliquid ex dicto sanguine accipi. Et sic de predictis multi, & diuersi Christi Fideles fidem, & relationem faciebant, & fecerunt publicè. Et quia tunc dicta decima septima Die, Domino DEO ALTISSIMO disponente, ut maior memoria de dicto Reuerendo patre Domino Magistro, Petro de Arbues, alias

alias Epila, Inquisitore Sancta Fidei haberetur (qui pro exaltatione Sancta Fidei, & pro extirpatione heretica prauitatis, fama publica referente, per totam dictam ciuitatem, dictam mortem passus est) dictus sanguis in dicto loco ante Chorum dicta Sedis, ubi effusus fuerat, reuenerat, & effluebat, tamquam si de recenti expersus fuisset, ubi totus populus velociter currebat ad accipiendum ex dicto sanguine; quidam cum papyro, & alij cum panno lini, & alijs diuersis modis: & erat tam magna velocitas, & decursus gentium ad leuandum predicta, & accipiendum, ex dicto sanguine, quod vix homo poterat inter gentes, nisi cum magna vi, & cum magno exercicio accedere, & intrare ad dictum locum, & ad dictum sanguinem: tali modo quod apud omnem populum communiter illud pro euidentissimo miraculo reputabatur. Ideo cum predicta euidentissimè viderentur esse in exaltationem Sancta Fidei Christiana, & in honorem, & gloriam Fidelium Christianorum, defensionem Fidei Christiana, & confusionem persecutorum illius, & aliorum Malorum; & quia memoria est labilis; ut de predictis in futurum de tam magno, & maximo actu perpetuò memoria habeatur: Reuerendus Magister Martinus Garsia, Sacra Theologia professor, dicta Sedis Casaraugustana Canonicus, tamquam procurator multum venerabilis Capituli Canonorum dicta Sedis, requisit per me Notarium, & testes infra scriptos fieri ocularem inspectionem, & recognoscere dictum sanguinem, & de predictis facere publicum Instrumentum. Et ego Petrus Lalueza, Notarius tunc accepi quemdam papyrum album in manum: quem in presentia testium infra scriptorum, & maxima multitudinis populi, qui ibidem cum maxima anxietate ad dictum locum congregati pro videndo dictum sanguinem, & de eo accipendo erant, publicè docui dictum papyrum album, & postea illum posui & cum illo tetigi in terra in illo loco, ubi erat dictus sanguis; & cum illa incontinenti cepi de dicto sanguine, & ex illo dictus papyrus fuit unctus, & illum publicè docui testibus infra scriptis, & omnibus ibidem assistentibus circumquaq. In quorum omnium presentia predicta fuerunt acta: & aperte predicta fuerunt visa. Et ante consecutionem huiusmodi Instrumenti maximus numerus gentium dicta ciuitatis de dicto sanguine acceperant, & illum publicè per totam ciuitatem demonstrauerant, & publicauerant. Ex quibus omnibus, & singulis instatus, & requisitus per dictum Reuerendum Magistrum Martinum Garsia procuratorem predictum huiusmodi publicum confeci, & testificatus fui Instrumentum in testimonium, & memoriam omnium, & singulorum promissorum. Qua fuerunt acta loco, die, mense, & anno, quibus supra in

principio recitatis. Presentibus testibus ad praedicta, magnificis, & venerabilibus viris, dominis; Joanne Lupi de Alberuela; Martino de Turrellas; Bartholomaeo del Molino Iurisperito, Civibus: Gaspar Baylo, Portionario Sedis Casaraugusta; Dominico Catalan; Jacobo Carnoy; & Martino Perez; Notarijs, habitatoribus praefatae civitatis Casaraugusta.

Sig^x num mei Petri Laluzea, Notarij publici civitatis Casaraugusta, auctoritateq. Regia, per Aragonum, & Valentia Regna. Qui praedictis interfui: & qui in partem scripsi: & in partem scribi feci: unumq. Instrumentum publicum, mandato Reverendi patris domini Magistri Ioannis Talauera, fratris Ordinis Praedicatorum, Inquisitorisq. Sanctae Fidei, instante venerabili Petro de Fuentes, Procuratore Fiscali Sanctae Inquisitionis Fidei Catholicae, mihi facto, die secunda mensis Octobris de anno praedicto, computato à natiuitate Domini, millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, Instrumento publico mediante, ac per discretum Jacobum Frances Notarium publicum Casaraugusta recepto, in hanc publicam formam extraxi, & tradidi; ipsumq. in testimonium praemissorum meo solito Signo signavi, & clausi.

Alterum verò.

J N D E I nomine. Amen. Nouerint vniuersi: Quòd Anno à natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto; Die videlicet intitulata, Vicefima nona mensis Septembris, apud civitatem Casaraugusta, & inter altare, & Chorum dictae Sedis, ubi die decima quinta praedictorum mensis, & anni Reverendus Magister Petrus Arbues, alias Epila, sacrae Theologiae professor, & Inquisitor Sanctae Fidei fuerat vulneratus, & ceciderat, & effuserat sanguinem eius corporis ex ictibus, & vulneribus sibi illatis, ex quibus decima septima die praedictorum, mensis, & anni, hora Matutinarum, eadem quasi hora, qua fuerat vulneratus, emiserat spiritum: qui fama publica referente, pro exaltatione Sanctae Fidei Christianae, & extirpatione haereticae prauitatis dictam mortem passus fuit. Celebratis Vesperis summissa voce, & ianuis clausis, propter obitum dicti Reverendi patris Inquisitoris ex dictis vulneribus, pro ut tunc temporis propter tam pessimum delictum in dicta Sede Officium Diuinum solitum erat celebrari: & dicto iam Psalmo, Deo laudem meam ne tacueris, & cetera: & alijs Orationibus, quae eo die in dicta Ecclesia per Reverendos, & Venerabiles dominos Canonicos, Portionarios, & alios Beneficiatos, & Clericos in dicta Sede dicuntur, & celebrantur, Cruce, & faciebus Infantium eiusdem Sedis velatis, cum certis carimo-

nij:

nij: existendo Ego Petrus Laluzea Notarius infra scriptus, & plures, & diuersi Christi Fideles in dicta Sede, nonnulli de ibidem existentibus deuotione ducti, cupientes dictum sanguinem ex corpore dicti Reverendi patris Inquisitoris effusum ex ictibus, & vulneribus, de quibus obdormierat in Domino, videre; accesserunt ad praedictum locum, ubi dictus sanguis effusus erat. Qui locus, ut ne inreuerenter tractaretur, stabat coopertus cum quodam panno lana, vulgariter nuncupato, Repoitero, vel, Razel. Et acceperunt de dicto panno, & scoperieserunt, & manifestum, & patentem fecerunt illum locum, ubi dictus sanguis effusus fuerat. Ad quem locum (attento quòd dictus Reverendus Magister Petrus Arbues, alias Epila, Inquisitor praedictus, fuit, & est mortuus, & vitam suam, huiusmodi fama publica referente, pro defensione Sanctae Fidei, & extirpatione haereticae prauitatis dedit, & posuit) multi, & plurimi de ibidem existentibus continuo velociter, cum magna affectione, & deuotione cucurrerunt, pro videndo dictum sanguinem. Inter quos Ego Notarius infra scriptus ad eundem locum accessi, & me appropinquavi: & illum locum, & dictum sanguinem ibidem effusum ego dictus Notarius, & testes infra scripti cum multis, & diuersis ibidem circumstantibus, bene, attentè, & cum maxima attentione recognouimus, & perspeximus. Et vidimus signum dicti sanguinis ibidem expersum satis magna quantitate, & latitudinis, & quasi in quodam angulo cuiusdam lateris, ubi dictus sanguis erat, aperte, & manifestè vidimus dictum sanguinem, magis rubeum, & coloratum, quam in alijs partibus: in tantum, quòd in illa parte videbatur, & demonstrabatur, quasi esset recenter effusus, & nouiter designatus: Taliter quòd apud circumstantes (attento quòd quindecim dies erant completi, quòd dictus sanguis fuerat effusus, & diebus praeteritis fuerat visus in totum desiccatus) pro euidenti miraculo reputabatur, & fuit reputatum. Et tunc pro maiori verificatione, ego Notarius infra scriptus in praesentia testium infra scriptorum, & aliorum ibidem circumstantium, cum quodam panno lini publicè tetigi in dicto loco, ubi dictus sanguis videbatur magis coloratus, & magis rubeus, & quasi recens; & dictus pannus fuit unctus de dicto sanguine. Et hoc idem iterum in continentem feci cum quadam papyro alba; quae in tangendo cum ipsa supra dictum locum, ex dicto sanguine fuit uncta, & hoc publicè, & patenter in praesentia ultra numerum viginti personarum. Et cum à dicto loco me separarem, omnibus ibidem in dicta Sede publicè dictum sanguinem per me receptum demonstrando, Magnificus Gaspar Montes domicellus, dictae civitatis Casaraugusta commorans, dixit: Quòd cum attentis praedictis signis, & alijs plurimis de dicto sanguine his diebus praeteritis, visis, euident-

Z 4 tiffimè

tiſſimè appareret, quòd prædicta eſſent, & redundarent, & manifeſtè demonſtrarent, quod dictus Reuerendus Magiſter Petrus Arbues, aliàs Epila, Inquiſitor prædictus pro deſenſione ſanctæ Fidei, & extirpatione hæreticæ prauitatis mortem paſſus erat. Ideo de prædictis pro exaltatione ſanctæ Fidei Chriſtiana, & in memoriam futurorum publicè per me Notarium inſcriptum requiſiuit fieri Inſtrumentum unum, & plura, & tot, quot inde eſſent neceſſaria, & opportuna in teſtimonium præmiſſorum. Quæ fuerunt acta loco, die, menſe, & anno, quibus ſupra in principio recitatis. Preſentibus teſtibus ad prædicta honorabilibus; Joanne Montañes Scutiſero habitatore Villa de Velchite; Chriſtophoro de Quiros; & Martino Sanz de Ledonia; de domo Illuſtris, & Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Caſarauguſtæ.

Neq. enim Petrus Lalueza ornatius voluit à ſe rem tantam proferri, quàm, ſuo iudicio, ferret ſimplex ipſa ratio veritatis. Antiqui enim cum ſe Latine loqui profiterentur, ita Latini ſermonis elegantiam contemnebant, vt ornatè, diſtributè, & eleganter loquentes, irriderent: quòd niſi vulgatis verbis crederent narrationem rerum fieri mendoſiorem. Nunc verò ad elegantiora defluximus. Sed ab eodem in his rebus non vt ab Hiſtorico, ſed vt à Teſte veritatem exigamus: cuius teſtimonio eſſe illa ita, vt nos diximus, cor firmatur. Quæ verò quotannis decima quinta die Septemb. in Templo maximo celebratur publica iſtius Sancti viri memoria (id enim magis me vrget, & inſtat argumentum) horum, quæ ſupra decui, publicorum monumentorum auctoritate permotus, valde ſuſpicor fore, vt non de die illius mortis, ſed de die, quo fuerit ictus, celebretur. At verò fas eſſe duxi toties illum, Sæctum nominare. Quamquàm enim nondum eſt illius memoria ſollè nibus Eccleſiæ ritibus à Rom. Pont. conſecrata: hiſtamen, alijsq. quàm plurimis miraculis diuinitus comprobatus illius ſanctitatis fulget ſplendor: eumq. patria noſtra ſtudioſiſſimè ſemper ſolita eſt colere, & venerari. Ob quam cauſam ad hanc tam longam ipſius narrationem de lapſa eſt oratio noſtra. Ceterùm interfectores in facinore manifeſto deprehenſi, illico confeſſi ſunt, Iudæorum gentem vna ſecum de Sancto viro interficiendo coniuraſſe. Et ij omnes nec diu poſteà præter debitas, quas tulerunt legibus, ac iudicio pœnas: ſempiternas turpiſſimæ ignominie notas ſubierunt. Publica enim monumenta, quæ hodie cernuntur, in ipſius Templi Maximi ſuggeſtis poſita fuère, tamquam Inſignia, hac turpitudine notata, locata ibi ad illorum dedecus, & infa-

& infamiam ſempiternam. Sic deniq. factum eſt, vt ſcelerata ea Iudæorum conſpiratio reſtingueretur. Nec vlla amplius illius incendij ſcintilla comparuit: tametſi adhuc Sanctum ipſum Inquiſitionis nomen apud nonnullos ex eis, vt ſuſpicor, manet ſubinuifum.

In his igitur omnibus quidquid arte effici potuit, aut opera, & cõfilio prouideri; id omne ambo noſtri Catholici Reges ſummo ſtudio, & cura præſtiterunt. Quorum tamen ipſorum ad ætatem tantæ rei laus perfecta nondum fuit. Sed neq. nunc eſt. Hodie namq. & ſemper erit ipſis maximæ gloriæ: cum non poſſint vllæ aut tam ingratiæ literæ, aut tam immemor poſteritas reperiri, quæ tanti facti laudes non immortalitatis memoria proſequatur. Iam verò (vt ad priuatas eorum res redeamus) clariffimam ſobolem propagarunt. De qua melius poëta ille vaticinari potuiſſet, dum ſcripſit:

Hinc progeniem virtute futuram

Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.

Eorum namq. progenies, ipſis ferè viuus, ac videntibus totum pæne orbem occupauit. Filium habuère, Ioannem: Filias verò Iſabellam; Ioannam; Mariam; & Catharinam. Ioannes quidem in Comitijs ad Calataiubium habitis, à noſtris Regnorum heres acclamatus, vxorem duxit Margaritam, Maximiliani Imperatoris filiam: atq. eodem ipſo anno Salmanticæ occubuit ſine prole. Ob eam cauſam Iſabella, filiarum natu maior, quæ Emanueli Portugalicæ Regi nupta fuerat, à parentibus è Portugalicæ Regno in Caſtellam deducta, ad Toletanam Urbem ſollempni ritu, & pompa, vna cum viro conſtituta fuit matronorum omnium Regnorum heres. Mox ad nos allata, parentes id ipſum, quod Caſtellæ factum fuerat, à noſtris poſtularunt. Noſtri tamen rem differre quotidie, & procrastinare cœperunt: quòd priùs quædam præcauenda contenderent, ad Reipub. ſtatum opportuna. Quæ de re diu, ac multum conſultum fuit. Magna enim oriri cœpit altercatio: quæ Regibus erat moleſta. At Iſabella Portugalicæ Regina grauida erat, & iam ad pariendum vicina. Quæ tandem Caſarauguſtæ (ad eam enim Urbem illa Comitia indiſta fuerant) A. D. IIX. Kalen. Septemb. Ann. Chr. M CD XCIIX. filiū enixa 1498 fuit; qui hos omnes motus ſedauit. Cui inditum fuit nomen Michaëlis. Huic noſtri publicam Regni fidè obligarunt, eum totius auiti imperij heredè acclamantes. Sed tamen priùs illi, auum Ferdinādū Regem, tutorè adſcripſerunt. Oportebat enim, vt ad noſtrorū iuramētū acclamati

acclamati heredis religio de obseruandis solitis condicionibus, pactio-
nibusq. inter Reges, ac Regnum constitutis, accederet. Neq. nostri, ni-
si ea cautione, & fœdere priùs iuncto, se vlli vniquam Regi communem fi-
dem obligare fuisse solitos affirmabant, nec obligaturos dicebant. Itaq.
Catholicus Rex à Ioanne Lanuza II. Iustitia Aragonum, de Magistra-
tus auctoritate adscriptus tutor, nepotis nomine, se vniuerso iuri no-
stro solito Iureiurando deuinxit. Nostri autem præcauerunt etiam, ne
antequam puer decimumquartum ætatis annum compleret, quid-
quam illius nomine tutor tractaret. Id enim leges nostras vetare affir-
mabant. Quam agendi, & cogitandi adhibitam solertiam minimè Re-
ges ipsi, dum rem cum maiori consilio, & cura perspexerunt, impro-
barunt: tametsi eis in ipso initio haud iucunda fuerat. Sed interea
dum hæc gerebantur, Isabella Portugaliæ Regina vehementer ægrota-
bat. Nam cum antea infirma valetudine esset: partus eam reddidit in-
firmiorem. Itaq. in morbum incidit, ex quo nõ conualuit. In ipsa enim
decessit paternæ hereditatis adeundæ spe, cum nec sibi, nec suis vixis-
set satis. Michaël quoq. filius biennio post Granatæ interiit. In cuius
locum heres successit Ioanna, ipsorum Catholicorum Regum secun-
da filia. Ea autem Philippo, Archiduci Austriæ, dicti Maximiliani Im-
peratoris primogenito filio nupta erat. De qua, vt diximus, poëta ille
melius cecinisset. Ex Philippo enim inter alios Carolum filium susce-
pit, Imperatorem postea Romanorum V. cognomento Maximum,
ac Fortissimum, Potentissimi Regis nostri Philippi clarissimum pa-
trem: cuius gloriosissima facta, summa laude dignissima, in vltimos
vsq. angulos orbis penetrarunt. At Maria, quæ tertia fuit Ferdinandi,
ac Isabellæ, Regum filia, Emanueli nupsit, Portugaliæ Regi; eidem ip-
si, qui prius Isabellæ sororis maritus fuerat: quorum postea filia Isa-
bella ipse Caroli V. Imperatoris coniux fuit. Quarta tandem Catha-
rina, Arturo, Angliæ Regis filio primùm, deinde eo mortuo, illius fra-
tri, Henrico Regi VIII. nupta, filiam peperit Mariam Anglici Regni
heredem: quæ fuit Philippi nostri Regis secunda vxor. Cuius ac mira-
bilis in Catholica fide constantiæ laudem fatalis, ac præsens Anglici
illius Regni calamitas prorogauit. Atq. illa eadem, aliæq. ei similes tot
Regnorum, & Prouinciarum calamitates immortalem reddent ipso-
rum Catholicorum Regum memoriam: quandoquidem non ab eis
solum, sed ab earum metu nos, patriamq. nostram summa sua sapiëntia,
admirabiliq. ac penè diuina futurorum malorum præfensione vindic-
carunt, præfatam Sanctæ Inquisitionis, quod diximus, Officium stabi-
lientes.

lientes. Sed ne in re tam nota, & peruulgata multus, & insolens sim, Isa-
bella Regina, Ioanna filia instituta herede, A. D. VI. Kal. Decéb. Ann.
Chr. M D I V. decessit: Ætatis suæ quinto & quinquagesimo. Grana 1504
tæ sepulta iacuit. Atq. eodem anno altissima, quæ nunc CæsarAugustæ
exstat, turris ædificari cœpit, *La Torre Nuova* vocata. Isabella mortua,
Ferdinandus Rex, propagandæ sobolis causa, Ann. Chr. M D V I. 1506
Germanam Foxiam vxorem duxit: quæ sibi erat propinqua satis co-
gnatione coniuncta. Erat enim Ioannis Nauarræ, & Mariæ Ludo-
uici Francorum Regis sororis, filia. Ioannes autem filius erat Gastonij
Foxij, & Eleonoræ, Ioannis nostri Aragonum Regis II. vt retulimus,
filix, ipse Catholicus Regis tametsi non vterinæ sororis. Ex Germa-
na igitur Regina Ferdinandus Rex filium habuit, Ioannem ad Vallis-
oleti opidum, Ann. Chr. M D I X. natum. Sed is statim mortuus fuit. 1509
Nullamq. aliã ex Regina Germana prolem suscepit. Ex pellice autem
Alducia Yborra, & Aleman, nobili femina, Cataloniae nata, iam pri-
dè, cum esset adolescens, filiũ suscepit Alfonso; CæsarAugustanæ
Ecclesiæ, alijsq. Ecclesijs, & amplissimis perfunctũ muneribus, Excel-
lentiss. D. Ferdinandi Aragonij Archiepiscopi, cuius toties memini-
mus, patrè: Filiã quoq. Ioannã D. Bernardino Velasco, Castellæ Cõ-
nestabulo, nuptã. Duas præterea habuit filias, Marias vocatas, quæ reli-
gioni deditæ obierunt. Fuerunt autè ex Tota, Vizcayæ femina, prior: al-
tera verò ex Lusitana, à Pereyranũ familia, procreata. Tandè Ferdinã-
dus, honore, ac nomine illustrissimus Rex, morbo graui, & mortifero
affectus, Madrigalegij (id enim opido nomen est) A. D. X. Kal. Febr.
Ann. Chr. M D X V I. extremũ gloriosæ vitæ suæ diẽ, gloriosa etiam 1516
morte confecit; annos natus sexaginta & quatuor. Granatæ cũ Isabel-
la vxore sepultus fuit: auctoritatis, & prudētix suæ triste omnibus desi-
deriũ relinquens. Sed illud nostri his nouis, nec vniquã antea vsitatis lu-
gèdi generibus leniẽdũ curarunt. De quibus passim senes nostros solita
sua loquacitate sic in circulis colloquẽtes audire solemus, qui se ea pue-
ros vidisse attestantur.

Præter solitas, in quiũ, pectorũ, scemorũ, ac capitũ percussiones, mu-
liebresq. lacerationes genarũ, quæ in alijs Regũ exequijs fieri cõsueue-
runt; tũc cum Rex Catholicus Ferdinãdus interiit, homines scutati, per
omnes Urbis vicus, ac plateas incedebãt, funebri induti vestimẽto, cor-
poraq. ipsis Scutis longis protecti. Hi dũ alijs sibi similibus, quorũ fre-
quẽs erat per totã Urbem concursus, occurrebant: flebili voce, ac lugu-
bri eiulatione, vicissim se interrogabãt: Quisnam esset mortuus Rex.
At illi respondebant esse, Catholicum Regem nostrum Ferdinan-
dum.


dum. Cuius nomine audito, statim se omnes abiiciebant, ac prosternebant humi. Atq. id ipsum toties faciebant, quoties illum lingua nuncupabant. Nuncupabant autem quam sœpissime. Quo plangore, ac lamentatione vniuersa ciuitas complebatur. Neq. solùm homines, sed ipsa tecta, & parietes vrbis videbantur acerbum illius, qui omnibus charissimus erat, interitum lugere. Et meritò. Erat enim, vt scitis, ex eplũ prudentiæ, ac fortitudinis: summæ in re domestica continentiæ: eximia in publica dignitatis: humanitatis præterea, ac lepõris admirabilis. Facetijs agriculturalum, & rusticorum nostrorum, quorum illa ætas multos ferebat disertissimos, summopere pascebatur. Neq. eos solùm, sed omnes certè tanta amplectebatur beneuolentia, vt interdum non nobis Rex, sed vniuscuiusq. nostrũ genitor, ac parens videretur. Post eius interitum omnis nostra iuuentus languet, delicijs plus dedita, quàm deceret: nec perinde, ac debuerat in laudis, & gloriæ cupiditate versatur. Ipse eam non offensionibus belli, sed victorijs; non stipendijs, sed triumphis ad militaris rei scientiam erudiebat. In qua cùm virtute multum valeret, tum plus etiam disciplina. Quid plura? nulla res fuit in vsu bene regnandi posita, quæ illius Regis scientiam effugeret. Is amplissimum Diuæ Encratis Monasterium, qua nunc videmus magnificentia, construxit. Ad idq. fratres Hieronymianos Ann. MCCCXCIII. adducendos curauit: vt quod pater ipsi Diuæ fecerat votum, solueretur. Deniq. is Rex fuit, in quem ceteri Reges videbantur omnia suarum ornamenta laudum congestisse. Itaq. cùm Optimates nostros videmus illius statuam, atq. imaginem corporis tanti æstimare: & nos quidem ipsi, dum eam inspicimus, vehementer lætamur. Fuit enim eximia corporis venustate præditus. Sed pluris facere deberent consiliorum, ac virtutum suarum, quam posteris reliquit, effigiem: quibus deniq. factum videmus, vt ab eo vsq. ad hoc tempus, non solùm nobis, sed Hispaniæ cunctæ diuturnitas pacis otium confirmarit.

Hæc aliaq. eiusmodi quotidie à nostris senibus de Catholici Regis memoria enarrantur: quæ à rei veritate nequaquam abhorrent. De eis, ipsorum senum more, beneuolentia me fortasse loquacem fecit. Itaq. me retineam. Casu etenim in hos seniles sermones lapsus sum: tametsi fateor, me ad eos non inuitum declinasse. Dolebam enim, quòd ea narratione auidas quorundam aures concisa

nostræ orationis breuitas defraudaret: sed nollem, quòd ipsa fortè longitudo obtudisset.

Carolus

Carolus, Maximus, Rom. Imp. V.
Aragonum Rex XXVI.




CETERVM decennio ante Catholici Regis interitum Philippus gener, Ioannæ filiæ maritus, in Castella obierat. Ei namq. & vxori, viuente ipso Ferdinando Rege, Castellorum gens, publico consilio, Regna illa deferenda curarát. Itaq. Isabella Regina mortua, Castellanis præfuit Philippus is Rex. Vix tamen biennium. Nobis autem nequaquam. Propterea non habetur in nostrorum Aragonensium Regum nec loco, nec numero. Ex Ioanna filios suscepit, Carolum; & Ferdinandum: filias verò, Eleonoram; Isabellam; Mariam; & Catharinam. Quarum omnium iucundissima memoria nec obliuione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum infepulta esse poterit. Ferdinandi quoq. nota est, & æqualis. In eo enim Carolus frater Insigne Imperij, quod de suo capite abiecerat, reposuit. At Carolus, quem ceteri fratres non modò vt fratrem maiorem, verum etiam vt parentem semper veriti sunt; ab auo suo Ferdinando Rege relictus heres testamento fuit. Cùmq. eo tempore apud Belgas esset, Ioanna autem mater à se ipsa parumper, ob acerbissimum quem ex mariti morte acceperat dolorem, discessisset: Alfonso, Catholici Regis, quem diximus, filius ex Alduncia pellice procreatus, à Rege ipso impetrauit, vt sororis Ioannæ curationem, dispensationemq. Regiam, quamdiu Carolus à nobis abesset, suscipere posset. Ea tamen habitura erat momenti parum, nisi publicum adhiberetur quorundam ex Deputatis Regni, & Iuratis Cæsaraugustæ consilium. Quos cùm Alfonso propterea ambire iam cœpisset vicatim, & prensare: Iustitia Aragonum Ioannes Lanuza III. qui futurus erat istius consilij princeps, non à spe solum, sed ab ipsa certa iam re, & quasi possessione deturbauit illum: quòd integram eam causam Carolo ipsi soli referuandam per publicas Regni leges decreuisset. Quod postea Carolo gratissimum fuit.

Aa mum fuit.

mum fuit. Alfonso autem aliquando non graue, nec molestum; quin etiam iucundum: quod suum animum immoderatè iam agitari coeptum, & fluctuantem, sola sui muneris declinatione, tam scitè, & commodè, sine aliquo tumultu, reuocasset ad quietam degendæ vitæ, simplicemq. veram, & directam iuris, ac iustitiæ rationem. Carolus tandem auitam, Regiam hereditatem adiuit; à nostrisq. suo, ac matris nomine admissus, sextus & vicesimus numero Aragonum Rex fuit. De quo merito affirmari liceret, quod Tullius perhibet Q. Maximum, cum P. Africanum laudaret, dixisse: *Necesse fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset.* Nam Hispania obtenta, Romanorum Imperator constitutus, post repressum Turcam, captiuum Francum, captum Saxonem, domitos Italos, deuictos Afros, conuictas hærefes, punitos Gandauos, subactos Indos: hunc ipsum fugiens splendorem, Regna omnia deiiciens, in Sancti Iusti Hieronymianum monasterium secessit: vbi tam gloriosam hanc eius vitam, A. D. XI. Kal. Oct. 1558 Ann. Chr. ∞ D LVIII. gloriosissimo etiam interitu terminauit; cum iam demum PLVS VLTRA nominis sui gloriam dilataffet, quàm Hercules ille suorum laborum, atq. itinerum fines protulisset.

Philippus, Caroli V. F. Aragonum Rex XXVII.



NEC finibus quidem angustioribus, clarissimus qui ei successit filius Philippus, Inuictissimus noster, ac Potentissimus Rex, gloriæ suæ curriculum circumscripsit. Summus namq. illius splendor, egregiaq. Austriaci nominis amplitudo non iam Atlanticum Oceanum mare, sed Chinense, ac Surium, totum deniq. terrarum Orbem, & veterem, & nouum transuolauit: atq. ita in eum PLVS etiam VLTRA, quàm in patrem potestas illa felicitatis, & gloriæ est pro-

rogata;

rogata; vt meritissimò ab omnibus totius Orbis, atq. omnium ætatum amplissimi imperij Monarcha, Triumphator, & Pacificus censeatur. Neq. verò illius animi aciem idem ipse tantus nominis sui splendor perstringit; nec mentis quasi luminibus eadem ipsa tantæ felicitatis, ac gloriæ officit altitudo: quominus cum ad maiora iam sibi aditus videantur præclusi, tenuissimarum etiam virtutum studiosissimè riuulos laudum in dies singulos confectetur. In quo vno Xenophontis Cyro maximè excellit, quòd cum ille non ad historiæ fidem, sed ad effigiem iusti imperij scriptus fuerit: quicumq. editi sunt, ac in posterum edentur rerum à Philippo nostro gestarum Commentarij, in eo ipso possint plenius, ac vberius amplissimi, ac frugalissimi Principis effigiè notare, in quo veritatem videantur magis, ac fidem historiæ debitam retinere. Eum namq. in multis, ac varijs casibus exercuit fortuna: nec vlluseorum est, in quo non exstent manifesta, & multa summæ illius fortitudinis, ac prudentiæ impressa vestigia; quæ cum summa laude quotidie magis prodita vetustate enitescunt. Illud autem & re, & dictu est mirabile, quòd cum ipse, quasi VT QVIESCAT ATLAS, totum penè terrarum Orbem suis humeris solus sustineat, vnaq. felicissima comprehensione tot, ac tam diuersa genera regnandi complectatur: amplissimi sui imperij maiestatem tanta semper æquitate confirmet; dumq. omnia comprehendat: tam singulari officio separatim de vnoquoq. elaboret, in cuiusuis non prouinciæ tantum, aut Regni, sed opidi, ac villulæ gubernatione sic minutula quæq. animaduertens; vt vniuscuiusq. quasi non vniuersorum, & vniuersorum quasi non vniuscuiusq. sollicitudine, & cura angetur. Quamobrem meritò illius vita communi vita charior est habenda: vt tametsi ad Centesimum annum perueniat (vtinamq. Deus ita faxit) quo se fortasse statueret naturæ satis viuere posse, vel gloriæ: naturæ quidem, si ita velit, satis; addo quoq. si ita placeat, & gloriæ plus satis; at verò, quod maximum est, nobis, atq. vniuersæ Reip. parum arbitremur: cum nullum sapientiosem, moderatiosem, æquiosemve Regem prouinciæ omnes subditæ, liberi populi, exteræ gentes non modò se non vidisse, sed nec sperando, aut optando cogitasse, incredibili omnium consensu fateantur. Verumtamen impudentis esset modò me velle, multa, & maxima illius facta his, quos mihi ipse constitui, breuitatis cancellis, tenuiq. & exiguo mei sermonis gyro circumscribi: cum nullius tantum esse queat flumen ingenij, dicendive, aut scribendi vis, & vbertas, quæ illa debitis laudibus posset ornare. Itaq.

Aa 2 tacita

tacita mihi relinquenda erunt. Illud ego munus libenter suscipio Omnipotentem Deum supplici prece obtestandi (tametsi non is sum, qui meas preces à summo Deo audiri putem) ut ipsum Inuictissimū Regem nostrum Philippum nobis, quamdiutissimè seruet incolumem; & quæ à nobis eidè pro Christianæ Reip. tutela, & præsidio, Sæctæq. Fidei propagatione paria præmia persolui nō possunt, ab ipso Omnipotentī Deo cumulatisimè persoluatur. Verum enim uerò finem scribēdi de his rebus fieri tempus est. Fateor namq. melongius de nostris Regibus scripsisse, quam instituta ratio postulet: breuius tamē quam si de vnoquoq. eorum dicendum fuisset. Imitatio autem decepit breuitatis, ut cum me breuem putarem fore, longus exstiterim. Neq. enim mihi incommodū visum est quandā filuam, atq. materiā vniuersam orniū rerum nostrarū, tametsi permixtam, & confusam, quasi principia causis præponere, earumq. seriem ab ipsis primordijs ad hæc vsq. tempora percurrere: quòd rerum initijs cognitis multò facilius eadem ipsæ res intelligantur. Atq. eò spectat hic tam longus, & tam altè repetitus mei sermonis cursus. Cuius præcipua Capita hunc in locum conducēda statuo: ut ad propositum tandem reuocetur, quæ hætenus forsā visa est oratio nostra aberrasse.

Suprarbienses Reges VII.

- I. Garfias Eximini.
- II. Garfias Innici I. Garfiæ Eximini F. Cuius tempore fuit Aragonensis Comitatus initum.
- III. Fortunius I. Garfiæ Innici F.
- IIII. Sanctius Garfiæ, Fortunij F. Cuius obitu nostris datum fuit

Primum Interregnum.

In quo antiquum Suprarbiense Ius conditum, & Magistratus inter Regem, ac Regnum medius institutus; qui Iustitia Aragonum postea dictus est. Huiusmodi autem Interregno acto, Suprarbiensibus nostris imperarunt:

- V. Innicus, Eximini Regis F. cognomento Arista.
- VI. Garfias Innici II. Aristæ F.
- VII. Fortunius II. Monachus, nuper excitatus: qui septimus, & vltimus Suprarbiensis Rex censerī debet. At verò

Arago-

Aragonenses Comites VI.

- I. Azenarius.
- II. Galindus Azenarij.
- III. Eximius Azenarij.
- IIII. Eximius Garfiæ.
- V. Garfias Azenarij.
- VI. Fortunius Eximini: qui Aragonū sextus, & vltimus Comes fuit. Cuius obitu, Aragonensi Comitatu cum Suprarbiensi Regno subiuncto, Aragonum Regia nomenclatura ortum habuit. Nam post Fortunium II. Monachum, quem vltimum Suprarbiensem Regem annotauimus, nostris patuit

Secundum Interregnum.

In quo ad Iaccam Vrbem Cæfone Abarca salutato Rege, cum ad eum Aragonensis Comitatus, & Suprarbiense Regnum, coniunctim deferrentur: Aragonum Regalis tituli inducta est nominatio; indeq. Aragonum Reges vocari cœpti sunt. Fuere autem

Aragonum Reges XXVII.

- I. Sanctius I. Abarca, Cæfo.
- II. Garfias I. Abarca, Cæfonis F.
- III. Sanctius II. Abarca, & Galindus; Garfiæ I. F. Cæfonis N.
- IIII. Garfias II. Abarca, & Tremulus; Sanctij II. F. Garfiæ I. N. Cæfonis Pron.
- V. Sanctius III. Maior, Imperator; Tremuli F. Galindi N. Garfiæ I. Pron. Cæfonis Abn.
- VI. Ranimirus I. Christianissimus, Imperatoris F. Tremuli N. Galindi Pron. Garfiæ I. Abn. Cæfonis Atn.
- VII. Sanctius IIII. Ranimiri F. Imperatoris N. Tremuli Pron. Galindi Abn. Garfiæ I. Atn. Cæfonis Trin.
- VIII. Petrus I. Sanctij IIII. F.
- VIIII. Alfonsus I. Bellator, Imperator; eiusdem Sanctij F. Petri I. frater germanus, Cæsaraugustam cepit, publicam tunc iudiciorum, Magistratusq. Iustitiæ Aragonum delectam

Aa 3 sedem.

sedem. A quo tempore (neq. equidem antea) ipsorum Iustitiarum nomina inveniuntur. Sed istius Alfonsi I. Regis interitu, Respub. adducta fuit ad

Tertium Interregnum.

In quo Alfonsi demortui Regis in locum cum Rex cooptaretur illius frater,

- X. Ranimirus II. Monachus; Sanctij itidem IIII. F. vnicae filiae, quam habuit, Regnum detulit: quae
 XI. Petronilla vocata fuit; Raimundoq. Berengario, Barcinonensi Comiti nupsit. Quibus filius successit,
 XII. Alfonsus II. Castus. Post autem
 XIII. Petrus II. Catholicus; Alfonsi II. F.
 XIII. Iacobus I. Expugnator; Petri II. F.
 XV. Petrus III. Magnus; Iacobi I. F.
 XVI. Alfonsus III. Munificus; Petri III. F.
 XVII. Iacobus II. Iustus; Petri III. F. Alfonsi III. frater germanus.
 XVIII. Alfonsus IIII. Benignus, & Pius; Iacobi II. F.
 XVIII. Petrus IIII. Cærimoniosus; Alfonsi IIII. F.
 XX. Ioannes I. Petri IIII. F.
 XXI. Martinus; Petri IIII. F. Ioannis I. frater germanus: qui sine prole decessit. Ob idq. nostris datum fuit magnum illud

Quartum Interregnum.

In quo ad Caspensem locum, à trium Regnorum selectis Iudicibus, Aragonum Rex declaratus fuit,

- XXII. Ferdinandus I. Honestus; Petri IIII. ex Eleonora filia, Regum Ioanis, & Martini germana sorore, N. Cui successit
 XXIII. Alfonsus V. Sapiens, & Magnanimus. Huic autem sine legitima prole mortuo successit frater,
 XXIII. Ioannes II. verè Magnus. Post autem eius F.
 XXV. Ferdinandus II. Catholicus. Cuius ex Ioanna F. Nepos,
 XXVI. Carolus, Maximus; Rom. Imp. V. successor fuit. At Caroli, F.
 XXVII. Philippus, Inuictissimus, ac Potentissimus noster Rex, Triumphator, & Pacificus: ad quem iure tot clarissimorum Regum hereditas gloriae peruenit.

Atq. hi tandem sunt omnes Reges, qui nobis hactenus præfuerunt:
 cæq.

cæq. quas indicauimus; nostrarum rerum vicissitudines. In quas si attentè, & diligenter inquiramus, iure nobis licebit gloriari; neminem ex nostris Regibus cognomentum ex ignominia traxisse: sed tum ex rebus præclare gestis, memoriaq. dignissimis: tum verò ex maximis maximarum virtutum ornamentis. Quod in alijs Regnis ita raro contigisse videmus, vt si quando alicuius Regis gloriosum cognomentum extiterit, id portenti, ac prodigij simile numeretur. Iustitiæ autem Aragonum, qui Catholici Regis, Caroli V. & Philippi nostri temporibus post Ioannem, quem diximus, Lanuzam I. Magistratum gesserunt; sunt hi: Ioannes Lanuza II. Ioannes Lanuza III. Laurentius Ferdinandi Heredia: Ferrarius Lanuza II. & Ioannes Lanuza IIII. De quibus, ceterisq. qui eos antecesserunt, infra dicemus singillatim, dum ea, quæ dicere instituiamus, de ipsius Magistratus dignitate, & vi, atq. Optimatum, & Palatinorum hominum antiqua, & magna potestate in medium proferamus. Eò enim vocat nos iam dudum longæ, tametsi, vt credimus, non abs re istius digressionis expectatio: ne nobis fortasse videatur contigisse, quòd M. Tullius cuidam oratori sæpius accidere fuisse solitum affirmabat, qui cum tria sibi dicenda proponeret, quartum addebat, cum tertij penitus obliuisceretur. Repetam autem à principio priscae nostræ vetustatis memoriam: nam sic nos facere cogit ipsa res; quòd facilius tota illius ratio perpèdatur. Prius tamen Cæsar-Augustanenses Antistites, qui post Arabum in Hispaniam aduentum ad nostram vsq. ætatem in ea Vrbe federunt, nominatim perstringam: quemadmodum pollicitus sum initio me facturum. Atq. post illum Bentium, cuius in narratione Hispanensis cladis meminimus, hi fuere: Senior: Heleca: Paternus: Vincentius III. Petrus I. Bernardus I. Et hi sex Cæsar-Augustani Episcopi memorantur, quamdiu Arabes Vrbe sunt potiti. Eis tamen exactis, qui sequuntur: Petrus Librana: Stephanus I. Garfias Guerra de Maionez: Gulielmus I. Bernardus II. Petrus de Villabeltran: Petrus Tarroja: Bernardus III. Petrus Eximini: Stephanus II. Petrus de Turrerubea: D. Raimundus de Castellezuelo: D. Rudericus Rocabertinus: D. Raimundus de Castrocol: D. Garfias II. D. Sanctius de Ahones: D. Bernardus de Montagudo: Vincentius IIII. D. Rudericus de Ahones: D. Arnaldus de Peralta: D. Sanctius de Peralta: D. Petrus Garfias de Ianuas: D. Fortunius de Vergua: D. Vgo de Mataplana: D. Eximius Martini de Luna. Cuius tempore ipsa Cæsar-Augustana Ecclesia, ex suffraganea, quæ fuerat Tarraconensi Ecclesiæ, cum à

Ioanne Papa XXII. Metropolitum ius accepisset: iam tum in ea Archiepiscopi esse cœperunt. Primus autem omnium: D. Petrus Lupi *de Luna*. Post eum verò; D. Petrus Azenarij *de Rada*: D. Gulielmus; qui S. R. E. Cardinalis fuit: D. Lupus Ferdinandi *de Luna*: D. Garfias Ferdinandi *de Heredia*: D. Franciscus Clemens Perezius: D. Alfonsus *de Arhuello*: D. Dalmacius Murius, & Cerbellonius: D. Ioānes Aragonius I. D. Alfonsus Aragonius: D. Ioannes Aragonius II. D. Federicus Portugalius: D. Ferdinandus Aragonius: D. Andræas Santos: D. Andræas *de Bouadilla*, & Cabrera. Nunc autem ad rem.

De Magistratus Iustitiæ Aragonum dignitate.

HISPANIA igitur omnis, quæ à Romanis fuerat in Citeriorem, ac Vltiorem diuisa, in fatali illa Gothici imperij euerfione potentissimo dominatu vnus tantummodò Regis tenebatur. Et quemadmodum vni Regi, ita & vnis legibus omnis parebat. At postquam à Mauris subacta fuit; Christiani, qui sese à fedissimæ illorum feruitutis fluctibus emerferunt, quemadmodum & in diuersis locis, ita & diuersis Regnorū fastigijs diuersa quoq. initia dedere. Quorum ficti non eadem origo; sic nec eadem ratio, nec ijdem progressus, nec idem status, nec ijdem semper exitus fuerunt. Quamquam etenim modò subiuncta sunt, vnusq. Inuictissimi Regis nostri Philippi sapientissimo nutu reguntur: vnumquodq. tamen antiquum ius retinet, sibi à priscis illis sæculis comparatum; quod minimè cum alijs est commune. Vnde, nisi me fallo, serpere, ac prodire cœpit totus ille, qui passim legitur, in Regijs Diplomatis circuitus, & vt ita dicam, orbis Regnorum, tum priscis sæculis, tum etiam præsentibus; non quasi genus aliquod ostentationis, & gloriæ, quæquam id ipsum etiam præferat, sed potius, vt perspicuè, & planè intelligatur, non vnū, idèq. de omnibus existimari debere. Quæ enim singulatim, ac diu obteta sunt, ne eorum sensim memoria euanesceret; scientissimè fuerūt eo pacto animaduersa, & notata. Nec decuisset sanè verborū inuolucris tectā esse, & quasi velis quibusdā obtensam, vnus cuiusq. illorū dignitatē, nec superioribus nominibus inuolutā: tametsi obscurata fuere nonnulla, nec apparēt, quia valde parua fuerūt. Verū enim verò horū omniū Regnorū duo præcipua capita existērūt; ex quibus cetera tāquā ex quibusdā fontibus fluxere.

fluxere. Quorum primum in Vltiori, Ouetense, aut Legionense dictum, ab Infante illo Pelagio diuinitus certè constitutū fuit, instauratis maximi belli reliquijs, quo Rudericus vltimus Gothorum Rex, omnisq. eius maiestas, vna cum vniuersa Repub. horrifico illo ictu ceciderunt: vt non nouum fundasse visus sit, sed pristinum potius imperium renouasse. Alterum verò in Citeriori, Suprarbiense; ac Nauarrese, seu Pompelonense appellatum est. A quo etiam duo alia clarissima, tametsi inter se diuersa, Regnorū stemmata dimanarunt: quæ licet fuerunt vno ferme tēpore orta, atq. ab ijfdem quasi initijs profecta: minimè tamen eandem postea habuerunt fortunæ, ac iuris cōdicionē. In vtriusq. namq. pari initio, dispares progressus existērunt. Atq. horum alterum; id ipsum nēpe Nauarrense fuit, primū Pompelonense dictum, quod vix late patuit: alterum verò; Aragonense, à primo illo Suprarbiensi tractum; quod præter ipsam veterē Suprarbiæ ditionē, imperij sui fines, terra, mariq. latissimè propagauit. A quarum tandem rerum narratione totus noster, qui antecessit, tractus est sermo. Huic autem dissimilitudini, ac dispari vtriusq. conditioni causam attulit acerbus ille Sæctij Garfias, quarti Suprarbiensis Regis, interitus. Eo namq. nulla relicta prole, interempto, in primo illo Interregno, quod tunc nostris patuit, Suprarbiensibusq. ac Nauarrensibus commune fuit; nō modò cateruæ, & conuētus hominum, sed ipsi sibi singuli à cōmuni bus consilijs discreparunt. Nauarrenses enim (quæ recens nostra, firma tamen, & constans, vt supra retulimus, opinio est) quā primū, seu nec diu post, à Suprarbiensibus seiuncti, Regem sibi præfecerunt, Aquitannicum illum Eximinum: sin autē id non sit (non enim Eximinum Regem, Nauarrensibus imperasse statuo) at eius filium Aristam, è Bigeronensi Comite adscitum. Ad quos si non iam liberè, & solutè, nequam tamen satis cautè se ipsos totos cum omnibus suis fortunis detulerunt. A Pompelone autem, primaria Nauarræ Vrbe, Pompelonense Regnum dictum fuit: atq. inde etiam eorum Reges, Pompelonenses Reges appellati. Propterea Nauarrensibus ipsis, qua tunc profecta fuerunt, mansit condicio. Quod si nobiscum in pristina communione stetissent, non esset cur modò illi nostræ tantopere inuiderent fortunæ. Neq. haud leue istius disunctionis est, ipsius tam disparis status testimonium. Neq. vlla alia esse potuit huiusce tantæ varietatis ratio, nisi vt quæ fuisset differentia in principijs, eadem esset in finibus dissimilitudo. Atq. eò tum maximè, quod licet postea ambæ hæ ditiones sæpius, ac diu visæ sunt sub vnus Regis iurisdictionem subiunctæ:

iuunctæ: semper tamen dissimilis fuit, ac longè dispar cautionum cō-
suetudo; nec vlla vnquam cōmunio iuris, aut legum; quāquāmaliquā
diu ipsa fuerit mensa, ac militia communis. Itaq. inter nostros, & il-
los (nostros enim Suprarbienses voco, cū ab ipsis originem duca-
mus) non potestatum dissimilitudo (par namq. erat vtrorumq. po-
tentia) sed domestica, ac ciuilis dissensio in primo illo Interregno
hanc, quam nunc cernimus, Regnorum disiunctionem fecit. Quæ
tametsi semper, vetus tamen semper amicitia permanfit. Atuerò no-
stri Nauarrorum huiusmodi consilia vehementer improbant, no-
luerunt statim ad eam, quam ipsi solutè fecerant, Eximini Regis, sin-
minus Aristæ filij, cooptationem assilire: timentes ingredi ea, qui-
bus, prioribus mortuis Regibus, perfuncti fuerant, pericula. Quin
sibi potius in aliorum consiliorum cursu cunctandum decreuerunt.
De quibus ita iudicabant; vt Nauarrenses crederent eandem reti-
nendæ libertatis voluntatem semper, eandem verò facultatem non
semper habituros, quasi iam tunc in nostrorum mentibus inhære-
ret sæculorum augurium futurorum. A Nauarrensibus deniq. se-
gregati, cautiore sibi vtendum esse consilij proposuerunt: ne eò
progredierentur integrare; vnde, inclinata, regredi fortasse non li-
ceret: cū ab ea, quam tunc ingrederentur, imperij ratione (& re-
ctè quidē) haud se postea liberè posse discedere, iudicarent. Eam verò,
in qua tunc versabantur, videbāt haud esse posse diuturnā. In his igitur
rebus, quo vti cōsilio possent, angebantur. Incredibili autē ardebant
studio, diuturnitati imperij modū statuēdi. Vni omnia credere, formi-
dabāt: quòd sæpe quisq. læderetur per illius, cui se prius cōmiserit, fidē:
quāquā inter eos aliquis tūc adesset, cui rectissimè, & credi, & cōmit-
ti posse viderentur. Verum tamē Regale nomen, ac munus nō minus
nostri futurū sibi odiosum, & graue statuebant; quā olim visum fue-
rat Romanis. Memoria namq. repetebant, Alexandrum illum, tanta
antea præditum humanitate, ac modestia, postquā Rex appellatus
esset; superbum, crudelem, ac immoderatum fuisse. ac si ex ipso Regis
nomine insolentia, & arrogantia nascerentur. Atq. etiam si Rex suis
molestus non sit; miserrimum tamen ducebant, posse, si velit. At vlli
non credere; nouerant esse insulsiatē. Quæ enim ratione aliqua desi-
gnata nō sunt, esse omnino nō videntur. Iam verò plurimorum domi-
nium respuebant. Nā si vni parère, ducebant seruitutē: multis parère,
multiplicata seruitus videbatur: cū quot præessent, tot nobis domini
essent futuri. Quòd si ij ex infimis essent; cōmunis lugebāt Reip. statū:
cū eo-

cū eorum mentes angustæ, & humiles pro dignitate nō possent ma-
gnitudinem imperij sustinēre. Nec consonum esset, vt qui superiori
nati essent ordine, inferiorē cogerētur subire fortunā. Si autē Opti-
mates; metuebant, ne immoderatè ij tradita sibi potestate abuterentur,
ipseq. dominatus, eorum animos insolenter efferret. Itaq. nostris tum
hoc, tum illud videbatur incommodum. Nonnullos pigebat, quòd se
passi fuissent ab ea Nauarrensiu communionē disiungi. Asserebant
enim distractos, pares Mauris esse non posse. Alios sollicitos nimis, &
anxios habebat tum publici officij cogitatio, tum verò magis pericu-
li. Regibus namq. è medio sublatis, videbantur sibi quasi ex flumine
emersi. Maximam, propterea solertiam agendi, & cogitandi adhibe-
bant: ne se imprudentes iterum in eandem immitterent seruitutem.
Quæ eò ipsis durior futura erat; quando quidem se solutos videbant,
atq. in dulcissimam libertatem vindicatos: quòd acriores sunt amissæ,
quā non obtentæ libertatis morsus. Omnia deniq. videbantur no-
stris ancipitè afferre curā cogitandi, beneq. prorsus de Rep. statuendi
viam obsep̄ire. Et verendum quidem ipsis erat, vt moderari se posset
futurus Rex; ne tanto elatus honore, intemperantiùs suis opibus vte-
retur. Neq. verò tunc nostris certa aliqua forma occurrebat, qua pos-
sent pari iure summos cum infimis retinere. Sed tamen ne dum tar-
di in cogitando essent, in struendo ab infidelibus dissiparentur: no-
uam curationem ad municipalem illam Remp. admouerunt, eam Duo-
decim delectis Viris ex Optimatibus cōmittentes. Qui ob nimiam æta-
tem, quòd senes essent, seniores sunt vocati: à quibus, vt mihi quidem
placet, qui postea apud nos *Rici homines de natura* appellati sunt, or-
tum habuere; eisq. aliquamdiu non iam propter ætatē, sed propter dig-
nitatē illa ipsa mansit Seniorum appellatio. Verum neq. ea Reip. gerē-
dæ ratio nostris placebat; nec erat nisi ad breue, exiguumq. tēporis spa-
tium duratura. Quamquā autem ea de re sæpius agebant: in deliberā-
do tamē in tā cōtrarias partes distrahebantur, vt expectatio incolumi-
tatis vix vlla crederetur, neq. retinēdæ libertatis spes. Tandē postquā
diu, multūq. tēporis in his deliberationibus cōsumpserunt (plus enim
quā triginta annos apparet, in hac fuisse ancipiti cōtētione versatos)
in hoc deniq. omnes cōuenere, Fortunij Eximini, vltimi Aragonensis
Comitis, vt proditur, impulsu: VT huiusmodi omnē cūctationē Ro-
mano Pōtifici, ac Lōgobardis (quibus nōnulli etiā, & Frācos addūt) dif-
cutiendā cōmitterent: idq. quod ipsi de summa Reip. faciēdum cense-
rent, vno omnes animo sequerentur. Eos autem & consuli, & scire
volute-

voluerunt, quorum sibi perutilem operam futuram sperarunt: Pontificis quidem; quod illum crederent, tamquam sanctissimum, atq. optimum Patrem, filiorum commodis consulturum: Longobardorum autem; quod eorum maiores in omni actione, atq. administratione Reip. floruissent, posterosq. ducerent maturiore, ac meliore cogitatione ea ipsa in re, quam ceteros omnes, futuros. Legatos ergo, publici istius consilij interpretes, ad eos miserunt. Ipsi verò haud neglexerunt, liberale quod nostri officium postularunt. Tunc enim præclarum illud responsum dedere, tantopere, & sermone omnium, & scriptis celebratum; in rebus namq. celebratissimis verborum:

Vti nostri, si cupiebant mederi in commodis omnium, patriæ periculis providere, pacisq. ac posteritatis otio prudenter consulere; Vni sese addicerent Regi: dummodò, præcautis prius consentaneis legibus, ac condicionibus, patriæ libertati contra potentissimam Regum, quam timebant, intolerandam potentiam, diligentissimè prouiderent. Ad eam verò extenuandam, de illarum omnium perpetua obseruatione eundem Regem arctissimè astringerent. Nihil enim tam laxatum, aut liberum dicebant esse, quod id ipsum nouis adhibitis modis, & formis non posset vinciri. Propterea cauerent; vt in ipsis legibus inesset, non foris peteretur remedium.

Cui demum sententiæ omnes nostri statim sunt assensi. Præstituta namq. condicione iuris, Vnum sibi Regem præfici oportere decreuerunt. Atq. eo tempore Tabulæ illæ antiqui illius Suprarbiensis Fori fuerunt prolatae: quarum Capita, quæ à scriptoribus perhibentur, perstrinximus supra, dum de primo Interregno verba fecimus. Decet enim nos referre ad ea, quæ tunc proposuimus, & Magistratus, & Regni fundamenta. Illis igitur se totum tradere debebat vinculis omnibus constringendum, quisquis Regale nostrorum imperium prendere cogitaret. Sunt autem tametsi compressione rerum breues: grandes tamen sententijs, expressiq. perpetuæ nostræ libertatis indices. Cùmq. in eis præclara multa præparata fuissent ad tranquillitatem, & stabilitatem Reip. accommodata; tum verò illud præcipuè, quod deniq. summum fuit, totaq. omnium nostrarum legum, ac libertatum summa: dum inter Regem, ac Populum, quorum vniuscuiusq. infensa nimis alteri solet esse, atq. inimica natura, Iudex quidam Medius interiectus fuit: qui & se ipsum, & eos, quibus interpositus esset, colligaret. Ad propulsandos enim Regum impetus, auersosq. populi motus prohibendos, in quo omnis erat cura, & cogitatio ponenda, ne ea, quæ oporteret, fortis, ac

fidelis

fidelis vtriq. parti opera deesset, præcauerunt:

Vti Forensis interesset grauissimi Iudicis Medij præfectura: cuius lenitate, Regum condiretur asperitas; auctoritate autem, populi excitaretur remissio.

Quæ tandem omnium rerum summa est temperatio; cùm ea, è quibus constât, congruunt inter se. Sicq. extremæ illæ, & tam contrariæ partes, vndiq. medium illud capeffentes, nitentur æqualiter. Atq. in hoc omnis sedatio perturbationum, & ille, quem nostri tantopere expetebant, diuturni imperij statuendi modus, cernitur esse constitutus. De ijs autem Tabulis, quæ manuscriptæ exstant, passimq. sub Fori Suprarbiensis nomine leguntur inscriptæ, si quis à me quærat, quod mihi videatur: nihil aliud affirmare possum, nisi sententiã, & opinionem meam. Valde enim suspicor fuisse; vt ea fragmenta sint earum legum, quæ ad nostros his temporibus, de quibus agimus, fuerunt missæ à Longobardis. Verum non longè retro à nostra, vel auorum memoria, in alicuius viri manus inciderunt, qui cùm expers esset totius veteris antiquitatis, & ignarus, dum ea ipse suscepit illustranda, obstruxit penitus, & obscurauit. Sed (ne longius labar) postquam leges illæ à nostris editæ fuerunt; præcautum etiam tunc expressè fuit:

Vt qui se nostrarum rerum cuperet potiri, sic instructus ad Regale munus capeffendū accederet; vt se sciret minimè à nostris admittendū fore, nisi prius ad propositas omnes condiciones de pactus fuisset.

Sciebant enim difficilè temperantiã postulari in eo, qui dum semel admissus esset, postea se coerceri, aut reprimi pateretur. Erant autem pleriq. nostrorum Innici Aristæ, à Nauarrésibus, vt diximus, iam pridem euecti Regis, studiosi. Hi ceteros omnes ad illum Regem cooptandum incitabant. Qui quidem eo tempore bellica virtute inter reliquos vnus eminebat. Eamq. dudum fuerant nostri satis opportuno in tempore experti. Etenim cùm Arahuesti in opidū, non longè à Diui Victoriani cœnobio, ad summa hæc vniuersarum rerum iura statuenda conuenissent, ibidemq. à Mauris vi, & ferro tenerentur obsessi; idē Innicus Arista Rex, militaribus suis copijs statim accersitis, sua sponte impetum hostium represserat, nostrosq. ab illo obsidionis periculo liberauerat. Ea ergo re præstita, nostri omnes hilariores in eum oculos cõiecerunt. Perspexerunt enim illius animum, atq. operam perutilem fuisse, & ad desperatam quasi totius Reip. salutem propensiorē. Itaq. ad eum omnia nostra retulerunt & facta, & consilia, publicasq. quas ipsi fecerant, legum Tabulas: expectantes siquidem, equid sibi de eis omnibus videretur. At illum

Bb perhibent,

perhibent, de ceteris mirificè congruisse: ea vna in re solùm initio discrepasse; qua de Intermedijs illius Iudicis officio cauebatur. Duriorem enim sibi condicionem illam fuisse visam tradunt: quòd is, ad cuius nutum omnes parati essent futuri, eo pacto fœdere premeretur, vt se totum ad alterius nutum fingeret, & accommodaret. Cùm verò secum ipse eam rem postea etiam, atq. etiam considerare cœpisset, cerneretq. interpositum illum Magistratum iuris æquabilis rationem tenere, cùm ea esset iusta nimis, & æqualis, vt Regum in subditos fides subditorum in Regem fidei pariter, & æqualiter responderet; Idq. temperamentum ob eam causam à nostris inuentum fuisse, vt in de pactarum legum obseruatione Reges cum populis æquarentur; Ius, fasq. duceret, quod nostris liberis potissimum propositum erat, vt iusta, & æqua, ab initio sibi constituta, vterentur viuendi libertate; Nec quidquam magis ad diurnitatem imperij conducere arbitraretur, quam vt Regum impetus extra leges factos aliqua vis media forensis, tamquam fluuium extra ripas diffluentem, coërceret; Sic enim talis Reip. forma inducebatur, qualem nec vis temporum, nec potentia Regum, nec populi seditiosi furoris labefactare posse viderentur, cùm is Magistratus futurus esset omnium harum commotionum moderator; Ita autem ipse iudicaret, ac prudenter quidem, eum, qui summo cum imperio sit, summo in amore esse, propter ipsum nomen imperij non posse: His ergò omnibus diligenter perpensis, omnes ad vnum scriptores testantur, non potuisse eundem Innicum Aristam Regem vehementer non probare præclaram illam, quietè viuendi, apertamq. simplicem, ac directam viam, à nostris omnibus constitutam, adhibitamq. ab ipsis horum omnium incommodorum cautionem. Neq. probasse solùm, sed sponte sua, nouam aliam adiunxisse huiusmodi:

Vt si præstitam nostris fidem vllò vniquam tempore à se, vel futuris Regibus violari contingeret; nostri in posterum essent habituri perpetuam, ac liberam facultatem ab ipsis Regibus desciscendi, aliumq. sibi, tametsi infidelem, cooptandi Regem.

Nimirum, quia præcipuum ducebat animorum nostrorum obsidem futurum, ipsam nostram solam, publicam, ac patriam libertatem: cùm Regem non tam oporteat legum seueritate septum esse, quam lenitate, amore, & beneuolentia suorū. Hisce deniq. rebus cautis, & prouisis, cœsorioq. illo Iudicis Medij de pacto, & cōstituto iudicio: Innicū ipsum Aristā, Pompelonēsem Regem, maiores illi Suprarbienses nostri auspiciatò Suprarbiensem etiam Regem, eodem illo, quo tunc caderant loco,

loco, salutarunt; ipsius mentem voluntate libera spoliata, & eo icto fœdere, & publica execratione, & sollempni, ac sacrosancta Iurisiurandi præstita fide deuincientes. Verùm hæc omnia iam fusiùs tradita sunt à nobis. Et hoc regnandi apud nos fuit Aristæ Regis initium, nostræq. seminarium libertatis. Ab illo namq. Iudice Medio Magistratus Iustitiæ Aragonum dimanauit; & verè vt dicam, idem ipse est Intermedius Iudex à Suprarbiensibus olim antiquo illo Foro constitutus: qui postea Iustitia Maior: quandoq. etiam, quòd ab ipso Rege crearetur, Iustitia domini Regis, aut per manum domini Regis vocari consuevit; quandoq. autem Iustitia in Cæsar Augusta, quòd in ea Vrbe iudicium exerceret; ac IVSTITIA ARAGONVM tandem, ipsius Regni præclarum nomen assumens, appellatus est. Sensim enim vna cum ipso Regno nostrorum humeris, quasi viriditas herbescens radicum fibris, nixus adoleuit. Semper tamen in eius nomine, siue prisco, siue nouo, non iam aliqua iuris, aut æquitatis vis, sed ipsa quasi prima iustitiæ, ac temperantiæ elementa videntur inesse. vsq. eò maiores semper nostri Regiam Maiestatem reuerendam, ac venerandam statuerunt, vt inter eos, ac Regem, non Tribunitiam potestatem, sed æquitatem, ac iustitiam ipsam ducerent esse interponendam; acerbiter muneris, si cui fortè acerbum videretur, lenitate nominis mitigantes. Iam verò de illius institutione præter ea, quæ feruntur, multorum scriptorum testimonia; adsunt & alia nonnulla, quæ minimè videntur explodenda. Ea hoc loco intexere decreui, ne qua abrogetur fides tantæ rei. Neq. verò omnia erunt ex occulto aliquo monumentorum genere quæ sita; sed sumpta interdum de medio, & rebus, quæ nostris patent. Verumtamen ne lateant peregrinos, minimè duxi omittenda; quamquam nostri ob hanc causam legere ea fortasse non curabunt. Et vt incipiam à nouissimis: Ioannes ille Eximini Cerdanus Iustitia Aragonum in sua epistola, quæ nostris Foris annexa continetur, ita de istius Magistratus institutione testatur. *El Officio del Justiciado de Aragon (segun la opinion de todos los antiguos) fue trobado en aquesta manera. Que como ciertas gētes houiesen cōquistado cierta partida del Regno de los Infieles, en las muntañas de Sobrarbe; è fuesen comunas, nõ hauietes Governador, ni Regidor, è houiesse entre si muytas questiones, è debates: fue mouido por algunos dellos; Que por euitar lo sobredito, è por q̄ biuiesse en paz, que esliesse Rey, que los regis, è gouernàs. Otros dixoron, que nõ lo deuians fazer: que confeser les hia como a los Iodios, qui haviã esleyda*

Rey contra voluntad de su Prophetas Samuel: El qualesleydo, se les prendia las mulleres, è las fillas, è los bienes: è querian se ne penedir, è non fueron a tiempo. E oydo aquesto, dixoron, los que demandauan Rey; que faremos, si non hauemos Rey, e qui nos gouierne, todo el dia vnos a otros nos mataremos, è robaremos? Porque hauida grand altercacion, è deliberacion entre ellos, mouidos por gracia de nuestro Señor Dios, è por exemplo de Valerio Maximo, en el titol De moderacion: Que vn Rey clamado Theopompo, Rex Spartanorum, tanto queria fazer iusticia, que entendia, que por si mateix no hi era bastant. E yatsia que houiesse su Regno libero, è absoluto: esliò dos prohombres, con consello de los quales el, è sus successores houiesse de fazer la iusticia, è non sin ellos. E sabido aquesto por su muller, è su fillo: viniaron muy ayrados a el, è reptonlo muy fuerment, de lo que hauia feyto. A los quales respufo: que yatsia que de alli auant el, ni los suyos non hauiesse el Regno tan libre, è absoluto, como hauian de primero: pero que lo haurian mas durable, è mas perpetuo. Que aquel Regno era de mayor dura, è mas firme: que por mayor iusticia, è razon se regia. Car los que se rigen contra razon, è violentment, no son durables: quia nullum violentum perpetuum. E por aquella razon los sobreditos Conquistadores del Regno de Aragon acordaron de esleyr Rey: pero que huiesse vn Iudge entre el, y ellos, que houiesse nombre Justicia de Aragon. Es opinion de algunos, que antes eslioron al Justicia, que non al Rey: è que de aquella condicion lo esleyoron. De alli auant toda vegada ha hauido Justicia de Aragon en el Regno: è conofce de todos los feytos tocantes al Señor Rey, assi en demandando, como en defendiendo. Cetera, quæ in eadem epistola peruulgata nimis continentur, ad nonnullorum Iustitiarum nomina, & res gestas explicandas proposita fuere. Et ea certè clariora sunt, ex omnibus quæ exstant, huiusmodi argumenti monumenta. Quamquam autem in nonnullis visus est errare; sed non quidem tota re. Atqui videtur istius Magistratus institutionem ad prima illa Suprarbiensis Regni initia, de quibus separatim disputauimus, reuocare: quasi statim post miseram Hispaniæ cladem in primi illius Garfiæ Eximini, Suprarbiensis Regis cooptatione, (si non iam ante eam) institutus fuisset. In quo vno mirandum est valde, quantum maiores nostri variarint, neq. scriptores solùm, sed & prisca ipsi legum obseruatores, & periti. Qui dum ea, quæ in vsu erant, animaduertere curarunt, nonnullaq. tametsi exiliter notare de tanta, ac tam diffusa ipsarum legum scriptura: in earum, ac Regni, & Magistratus initijs

ieiuniores

ieiuniores omnes, quàm deceret, videmus existisse. Quorum planè illa sunt verba, quæ Molinus in Repertorio profert, dum ait: *In antiquis Aragonensium scripturis sequens Capitulum reperitur.* Nam vt doceret, quænam fuerit (vt ibi continetur) *Libertatum Aragonensium origo*; quæ post sequuntur, subiunxit. Ea verò ita accipienda: non quasi ab ipso Molino, sed à Salanoua, Segarra, aut vetustiore alio iuris magis, quàm nostræ antiquitatis perito (ex horum namq. scriptis suum opus contexuit) prolata fuerint. Sunt autem hæc. *In prima conquista ab antiquis didici: Quòd Aragonenses, de se ipsis paribus, & socijs in armis perditibus, elegerunt in Regem suum Ennecum de Arista; alias secundum Chronicam Aragonum vocabatur don Garci Ximenez, qui fuit de genere Gothorum. Et in eadem electione, siue die, elegerunt vnum de se ipsis in Iustitiam Aragoniæ: qui esset Iudex inter Regem, & subditos suos super omnibus ijs, quæ Rex faceret, vel peteret contra eos, vel è contra. Et conditionarunt potestatem Regis: Quòd nisi ipse, & sui successores regerent iuxta Foros datos, & dados: quòd possent sibi eligere Regem, etiam paganum. Et de hoc concessit Priuilegium Aragonensibus, quòd tempore Vnitatis vltima renuntiatum existit, & cancellatum præhabito tractatu: aliàs nolebant Aragonenses renuntiare. Item quòd dictus Iustitia ad querellam partis dicentis se esse desafortam, in omni casu Ciuili, & Criminali posset (præsertim firmando de directo coram eo contra desafortantem, & partem contrariam) inhibere, nedum inferioribus iudicibus, siue officialibus, sed etiam domino Regi, & Gubernatori, seu Primogenito; ne procederent in processu, vel executione aliqua reali, vel personali contra querellantem, dicentem se desafortatum: & taliter processum impedire, quòd si opus esset, Alguazirium caperet, vel quoslibet executores, donec Iustitia Aragoniæ declarasset, posse procedi, vel debere supersederi, & sic fore processum afforamentum, vel desafortamentum. Rursus; & quòd posset cognoscere, & punire officiales, & Iudices transgressores Fororum, appellatione non admissa, iuxta Foros decim. lib. Vt in For. 3. tit. Quòd in dubijs non crassis. fol. 58. lib. X. & in Foro primo, De Officio Iustitia Aragonum. fol. 81. libr. XI. Et hoc sublata domino Regi potestate de non procedendo. Et hæc facta sunt: vt tuti essent Aragonenses, quòd Fori, & libertates, & bona Regni consuetudines seruariètur: quæ furantur, & debent furari per dominum Regem, & alios iurisdictioni, & officijs publicis Aragonum presidentes: ex quo tantum Priuilegium renuntiabant. In cuius locum prædicti Fori successerunt. Et sic ordinauit dominus Rex Rubricam. De ijs quæ Dominus Rex, & de Iuramento prestando. in For. prim. fol. 57. Ibi circa medium, dum dicitur, nisi in casu*

Bb 3 quo super

quo super eo prius: & qua sequuntur. Et sic practicatur: Quod Iustitia Aragonum, cognitione, & declaratione aliqua non precedentibus, licet non fuerit supplicatum domino Regi, vel Primogenito de reuocando desaforamentum, quod ipse Iustitia Aragonum aditus per viam appellitus, vel Firma, facit provisionem: & inhibet statim, ne procedatur. Et si processum est; impedit executionem, & recipit ad manus suas bona, de quibus fit executio, & personam, si forte in captione detinetur, vel ducitur ad mortem: & ponit rem sic in securo: & postea cognoscit, si processus est desaforatus, vel afforatus. Et hac est una de maioribus libertatibus, quam Aragonenses habent, à data fidantia de directo: & quod Pesquisas, nec Tormenta non habent locum in Aragonia regulariter. Verumtamen Martinus Segarra Iustitia Aragonum, cuius in Fastis meminimus, de eodem Magistratu sermonem orsus, ut in vetustissimis manuscriptis suorum monumentorum fragmentis legens annotauit: planius, & apertius illius institutionem, quo supra retulimus Innici Aristæ Regis tempore, fuisse factam his verbis testatur. Hoc fuit adquisitum Regno per Regnicolas tempore electionis Ennici, Arista vulgariter dicti; Regis Subrarbij, Ribagurtia, & Pompelona. Quem Aragonenses Iurauerunt, & creauerunt ad conditionem: Quod ipse, & sui tenerentur creare, & sic fecit tunc incontinenti Vnum de ipsis, in Iudicem: qui iudicaret, & esset Iudex inter ipsum, & eius Vassallos: & ille cognosceret, & iudicaret de quibuscumq. causis, & questionibus, quæ essent inter Regem, & eos, tam in agendo, quam in defendendo. Et quod ille Rex seruaret ipse, & sui successores in perpetuum Foros datos: & si non seruaret, quod ipsum possent priuare, & alium sibi eligere in Regem, etiam paganum. Existat etiam de eodem Magistratu testimonium clarissimi Vitalis Canelis Oscensis Episcopi, de quo supra in narratione rerum à Iacobo I. Rege gestarum mentionem fecimus: quamquam tempus institutionis illius silentio prætermisit. Potestatem autem, quæ ipsius Vitalis temporibus vigeat, his verbis est persequutus. Sed magna postea & rerum, & iudiciorum mutatio facta est. *V T Diadema in capite Aharon, & splendor in medio firmamenti illuminans totam machinam mundanalem; sic splendet iurisdictio in Regia Maiestate. In qua est sic totaliter constituta, ut quasi à fonte in riuos, oportet ab ipso in omnes alios, ipsam Iurisditionem, & eius exercitium derivari. Et qui ab eo iurisditionem non suscipit; ut riuus, fontis subtracto fomento, aret necessario, & siccatur: sic à iurisditione, & eius exercitio remanet alienus. Sic viget ergo iurisdictio in eius plenitudine potestatis; quod institutio, & destitutio omnium, iurisditionum præsentium, ab eius*
semper

semper dependeat voluntate: exceptis ijs, quibus ab ipso, vel prædecessoribus suis, speciali privilegio, duraturo perpetuo, aliqua iurisdictio est concessa; & eis, quibus ex eius, vel antecessorum suorum pacto, vel conuenientia est permessa. Regis est ergo Iudices, & Iustitias ordinare, & quando sibi placuerit, reuocare, & eos perpetuo ponere, vel ad tempus. Inter quos Iudices, *IUSTITIA* semper est Vnus principalis in Aragonia constitutus: qui ex quo semel à domino Rege fuit constitutus, non consuevit nisi ex causa iusta, & culpa condemnabili remoueri. Cuius est officium: Ut quamdiu Rex infra fines Aragonum fuerit constitutus; in Regis Curia commoretur, subministrandis sibi ab ipsa Curia alimentis. Ibiq. in presentia domini Regis, vel de eius imperio sine eo, causas examinet, & auscultet. Et quotiescumq. interloquutoria, vel diffinitiva sit sententia proferenda; dominus Rex, & Barones, hoc est Episcopi, & Duces Militum, qui Rici homines appellantur, qui in Curia fuerint tunc presentes, super illa deliberent in communi. Et quod dominus Rex, & maior pars Baronum; vel, si dominus Rex noluerit interesse consilio, maior pars Baronum, in Iustitia os posuerit proferendum: ipse Iustitia id pronuntiet sententialiter, & declaret, nullam pœnam ex pronuntiatione huiusmodi metuendo. Nam non ipse, sed ipsi, quibus in hac parte eum oportet necessario obedire, ipsius sententia sunt latores. Tanta usus fuit auctor ille exilitate sermonis in istius Magistratus amplissimis rebus explicandis: cum in alijs, quæ ad nostras leges, ac mores pertinebant, maximam adhibuisse visus sit vbertatem, ac copiam in scribendo. Atque eundem morem seruasse videmus, qui post eum sequuti sunt, omnes nostrarum legum Obseruatores. Vnusquisq. enim præfinitum sibi de argumento hoc sermonem parçè, & restrictè nimis complexus est. Neque pleniores, aut vberiores fuere ad prodenda ea, quæ de priscis Regibus, aut Regni initijs acceperunt: quasi ea omnia optimè nosse, non multum ad ipsarum legum, ac iuris intelligentiam prodesset. Vnde factum est: ut quæ dubia non erant; à nonnullis iudicentur incerta: & quæ vera, ac certissima sunt; nonnullam in dubitationem videantur adducta. quò magis vituperanda est ipsorum tanta in rebus tam illustribus, & magnis incuria. Sed de ea satis in præfatione conquesti sumus. Propterea constitueramus non amplius renouare eundem commemorando dolorem. Acerba tamen recordatio non finit, quin easdem denuo querelas deploremus. Etenim cum ex Annalium vetustate omnis hæc eruenda esset totius nostræ antiquitatis memoria, ea autem penitus lateat obscuritate inuoluta: paucioribus iccirco agere

cogimur; neq. etiam (quoniam quidem ita visum fuit) pluribus licet hac de re. Verum enim verò quod eidem maiorem fidem, auctoritatē, ac firmamentum adiungit; & quæ mihi videtur esse grauior illius confirmatio, præter ea, varia, ac multa, quæ de istius Magistratus potestate in publicis legibus continentur: id demum fuit, quod Ioannes II. noster Aragonum Rex per paucis hisce verbis indicauit. Etenim postulantibus nostris, vt Inquisitionis, quem supra retulimus, Forum, in Comitibus à Ioanna vxore Cæsaraugustæ habitis An. ∞ CDLXVII. editum, approbaret, quo ad eiusdem Magistratus temperandum imperium cautum fuit, Vt supremo, ac censorio, quod nunc viget, Septemdecim Virorum iudicio, ex quatuor Regni Ordinibus conflato, subiaceret, Regis ab eo penitus explosa sententia; cumq. id Regi in officio sum videretur: ita eundem respondisse ex rebus palam per Regem actis obseruauit. *Al Fuero del officio del Justicia de Aragon dize el dito señor Rey: Que vn Officio assi grande, en el qual se tratat an las libertades del dito Regno, & otras cosas muy arduas; ser sugeto, iudgado, e punido à e por via de fauas, no parece, ser cosa condeciente, ni razonable. Empero en caso que la dita Cort persista en la dita forma de iudgar el dito Officio; dize el dito señor Rey: Que su Magestad sera contenta condescender a la voluntad de la dita Cort en iudgar el dito Officio por las ditas fauas. Con que la porcion, segun los Fueros del dito Regno, vsos, e practicas de aquel, pertenescent al dito señor en el processo, iudicatura, punicion, e execucion de aquel; no le sia tirada, ni en alguna cosa periudicada. Car no està en razon: QVE el Officio del Justicia de Aragon, que principalmente fue creado para iudgar entre el señor Rey, e los subditos suyos; sea iudgado, e punido por los subditos tan solamente. Car assi como iudga entre mas las partes; deue ser iudgado por aquellas. E si el dito Officio se iudgaua, e punia por la vna part; la otra quedaria muy debilitada en su justicia. Nihilominus tamen integrum mansit illo Foro constitutum ius; censoriamq. tantummodò huiusmodi Septemdecim Virorum notationem Magistratus iste quotannis experitur. Atq. hoc firmius est de illius institutione omnibus, quæ adhuc inueni, testimonium. In eo enim, nisi me fortè fallo, publicis, pulcherrimisq. monumentis, ac Regali ipsa auctoritate, omnis eius testata, & consignata est antiquitas. Nam si creatus, & institutus fuit, vt inter Regem, ac subditos Medius interfuit, quemadmodum Rex ipse testatur: istius cautionis, ac diligentiae initium non aliunde ducendum videtur, neq. etiam duci potest, nisi ab ipsius Regni initijs; ijs nempe, à quibus omnes nostræ*

nostræ libertates (vt ita dicam) ortæ, ac generatæ fuerunt. Itaq. iam apparet, non cæco aliquo fortunæ casu, aut fortis beneficio, Regum ve inscientia, aut segnitie introductum fuisse; sed ex pacto, & conuentu fundatū, ac institutum, post diligentem, ac magnam habitam illius rationem, & postquam diu, multumq. ante res ea fuisset à Regno, & Rege considerata, & perpenfa: tametsi adhuc lateat in occulto, nec extet eadem illa institutio, quæ tunc fuit (neq. enim quin fuerit, dubitandum est) publicis literis, ac testimonijs ad posterorum memoriam consecrata. Non enim Magistratus hic tam diu in publicis iudicijs florente nostra Rep. florisset tāta amplitudine potestatis, nisi altissimis de pactarum legum radicibus niteretur. Maximum verò argumentum est, quod de illo asserimus, id esse verissimum; quòd & tantus tot sæculorum consensus, veritatis vox esse videatur, & quòd illius initijs, quæ alium verè congruentem locum tribuere possimus, non inueniamus. Et nimirum illius præsidio factum videmus, vt nobis fuerit, ac sit quædam simplex, ac quieta viuendi ratio comparata, quamquàm ex dissimilibus rebus permitta; quod antiquis illis Philosophis esse non posse, visum fuit. Ac de ea quidem videtur loquutus Iacobus I. noster Rex, dum Nauarrenses ad manendum in fide sibi præstita alliciebat. Nam cum ipse, ac Thibaldus Nauarræ Rex, aliquando de eorumdē Nauarrorum consensu, vicissim se adoptantes, tædus fecissent inter se, vt superstes præmortui Regnum occuparet; ab eaq. institutione Nauarrenses desciscerent, ac desciscerunt tandem: Iacobus Rex eosdem ad seruandam fidem his verbis incitabat, quæ me legisse memini in Hieronymi Suritæ monumentis. Est autem epistolæ ea de re ad Nauarrenses missæ fragmentum huiusmodi. *Vt velitis potius sub franca, & quasi sociata libertate dominationis nostræ subesse; quam alijs Regibus subijci, quorum tyrannidem, & iniusta grauamina multiplicia, si rectè consideratis, potestis, ac debetis nõ immeritò formidare.* Quod cum ita Iacobus Rex animo sentiret; tunc calamo promptum habuit, & lingua, id volens ostendere, Aragonum Regibus nullam cum tyrannis societatem, sed summam potius distractionem esse. Ceterum illius, qui primus huic muneri præpositus fuit, nomen non proditur. Credibile tamen est, aliquem ex Optimatibus, aut ex ipsis illis Senioribus fuisse. Tametsi haud valde opus erat, eo ipso tempore, nobilitate, aut potentia illius, qui eum gereret, illustrari. Maiores enim nostri, vt in antiquis illis Suprarbiensis Fori Tabulis continetur, quamquàm Iudicis Medij præfecturam stabilierunt: penes se tamen semper voluerūt esse omne de dignitate iudiciū, ac potesta-

ac potestatem. Nam dum in eo Foro statutum fuit, quo quemq. iure uti liceret: sic videmus fuisse publica omnium munia, & Regibus, & Regno constituta. Primùm:

Vt quæq. vendicarentur à Mauris; diuiderentur ordinatim inter Ricoshomines, Milites, ac Infantiones.

Quia ex histota bellicæ rei administrandæ ratio pendebat. Deinde:

Ne describere iussa populis, componere, aut sancire leges, Regi ex sola sua auctoritate liceret, nisi de totius Regni conuenientia, & consilio.

Quod summum vinculum, ac patriæ libertatis fundamentum est. Præterea:

Ne pacis constituendæ rationem, aut belligerendi potestatem ipse Rex solus haberet; ne ve arduum aliquod conaretur opus, aut magnum; quin ad has omnes deliberationes faciendas, Duodecim Seniores, sibi in consiliarios, atq. ministros datos adhiberet.

Neq. id solam rem bellicam, sed ciuilem, ac domesticam attingebat. Ad hæc autem proximè accedebat Forensis illa Media Præfectura. Ea enim sola, nequaquam duxerunt, Regiæ potestatis vim satis debilitari, aut infringi: nisi eidem delecti aliqui viri adhiberentur, qui futuri essent publicarum omnium rerum transactores. Obeamq. causam Duodecim illos Seniores designarunt. In quorum locum suffecti fuere, quin & ab ipsis originem duxisse existimo eos, qui *Rici homines de natura* postea sunt vocati. Tum & ad ea omnia firmanda, publicæ Vnionis accessionem maiores ipsi adiunxerunt: statuentes, licere sibi, ac fas esse; Simul omnes conuenire, ac Regi obistere armis, & vi, quotiescumq. oporteret aliquem eius, vel suorum impetum contra leges factum propulsare. Quam pro communi causa libertatis coeundi formam, Vnionem nuncuparunt. Neq. ea minus antiquitus duxerunt libertates omnes, quàm neruis, & ossibus humana ipsa corpora contineri. Quamquàm autem illo Suprarbiensi Foro perscripta non esset: semper tamen ab ipsis rerum primordijs ductam, & in omnium sensu penitus affixam, & insitam censuerunt, communiq. nostro iure, quasi altera naturæ lege, sancitam fuisse; ac illius vim vsu, & ratione satis, superq. cognitam, & perspectam. Parum enim profuturum dicebant, consentaneas leges habere constitutas, ipsamq. Forensis Iudicis Medij Præfecturam: si, dum opus esset, ad earum defensionem arma capere non liceret; cum iam tunc satis non esset pugnare consilijs. Nec id quidem alienum prorsus videbatur abs re. Nam si ita se haberet:

se haberet; omnia iam in ipsorum Regum potestate fuissent. Vnde nostri, quæ postea duo Vnionis Priuilegia ab Alfonso III. rogata fuere, quorum supra meminimus; non quasi nouæ gratiæ, aut beneficij, sed debiti officij loco numerabant: cum ea sola esset in illis gratia, ac de Regio iure concessum; pristinæ nempe auctoramentum libertatis. cuius pretium dicebant fuisse antiquis Regibus multo maiorum sanguine persolutum. Id solum prædicabant pro singulari beneficio habendū esse; quod cum legū, ac libertatū summa iam ipsis illis Priuilegijs esset, tamquàm publicis tabulis, descripta, & notata: arctioribus deinceps vinculis futuri Reges censerentur constricti; à quibus se videbāt in dies singulos maioribus, ac diuturnioribus molestijs conflictari. In illis namq. Priuilegijs, si non omnino expressa, saltē adumbrata nimis statuebatur antiqui illius Fori Suprarbiensis series. A maioribus igitur nostris, vetustis ijs, de quibus agimus, temporibus, patriæ libertas tribus fortissimis præsidijs septa fuit: nempe, istius Iudicis Medij Præfectura: amplissima Ricorum hominum potestate: acerrimaq. illa Vnionis vi. Quorum primum; forense videbatur, ac ciuile: alterum; domesticum, & grauissimum: bellicum verò, ac populare; postremum. Nec minori sepimento eam tunc vallari oportuit, vt possemus nos nunc saluam, & incolumem ad nos venisse gaudere. Sed ex his præsidijs antiqui illi eorum inuentores, ac principes, & qui eis propius successerunt; plus opis, ac operæ in posteriora duo; domesticum scilicet, ac populare; quàm in forensis illam Præfecturam contulerunt. Penes se enim semper, quemadmodum demostrauimus, voluerunt esse laxissimas illas habenas regendi, ac moderandi Regiam dignitatem: quas vel adducere, vel remittere possent, dum opus esset. Propterea eidem duodecim illos Seniores adhibuerunt, ex Optimatibus viris delectos: quorum cōsilijs Reges penitus circūclusos esse oportebat. Ipsorum autem Seniorum locum Rici homines postea occuparunt. Qui fuere nostrorum Optimatum principes. Secundum autem Reges olim ita erant; vt viderentur illis penè pares, ac focij. Hi ad libertatis subsidium publicam illam Vnionem aduocabant: ex eisq. deligebantur semper, qui primi, ac præcipui illius futuri erant Conseruatores. Ita enim Vnionis præfectos appellabant. Deniq. suis ceruicibus omnia pacis, & belli munia sustinebant, si non eadem, qua Reges, potestate, propè dicam certè non minori. Verùm infra suo loco, vt se res habuerit, demostrabitur. Et maiorem hanc, quæ viguit olim, Ricorum hominum dignitatem annuisse visus est idem ipse D. Petrus Luna, Benedictus

nedictus XIII. in sua obedientia appellatus, quemadmodum Ioannes Cerdanus, & Michaël *de* Molino testantur: dum Iustitiam Aragonum in publico conuiuio post Comites, & Vicecomites accumbere iussit. Hi enim verè redolere videntur apud nos veterem illam Ricorum hominum, quam dicimus, dignitatem. Itaq. priscis illis temporibus non æquè necessarium fuit ad Magistratus potestatem ornandam illius, qui ei præponeretur, potestatem accedere: quasi alieno ornatu ornari oporteret. Rici homines enim quamdiu vixerunt, Vnionis viribus nixi, Regali imperio semper imminebant: integraq. suorum munerum potestate, Regum impetus, si erant iniusti, ex inordinato adducebant in ordinem, tamquam in gyrum iuris. ac iustitiæ. In qua quidè re grauis eorum censoria, ac domestica auctoritas satis apud antiquos nostros benè moratos Reges ponderis habebat, ac momenti. Quòd si fortè priuatis suis idoneis consilijs, exultantes Regum furores frenare non poterant; eos à suis ceruicibus concitata Vnionis vi constanter repellabant. Ipsi verò Reges, ne, quò non liceret, progredierentur; diligentissimè circumspiciebant omnia legum membra, ac libertatum; & quid ad dextram iuris, quid autem esset ad sinistram. Quò enim propius aberant ab ortu; eò melius cuncta cernebant. Atq. hoc retinendæ libertatis genus satis diu viguit. Vnde credimus euenisse, vt ante captam Cæsaraugustam Vrbem, si quæ fortasse fuerunt istius Magistratus ornamenta, inclusa lateant; vel, quod magis placet, vt modica fuerint, præter antiquam illius institutionem solam. vt re vera affirmare possimus hunc Magistratum, omni eo superiori tempore, in antiquis illis legum Tabulis inclusum, tamquam in vagina reconditum, existisse. Neq. id mirum videri debet. Nam tempora illa difficillima, ac dura fuère; nimisq. turbulenta, & perturbata: cum ita omnia assiduis bellis arderent, vt nulla relinqueretur hora aut periculo asperrimo, aut simillimi periculi vacua expectatione. Bellico autem tempore, iure gentium, omnia ciuilia iura conticescunt. Si quæ autem illius post captam vrbem ornamenta eminebant; ea quamdiu Ricorum hominum, ac Vnionis viguit potestas, haud multa fuère. Quæ autem fuerint, quæq. hætenus inueniri potuerunt, iam satis supra in cuiusq. Regis narratione indicauimus. At uerò postquam antiqua ea Vnionis vis cum ipsorum Ricorum hominum vestigio imperij non solum ex literis, verum etiam è nostrorum mentibus, & animis à Petro Rege IIII. de totius Regni cōsensu deleta fuit, quemadmodum exposuimus: tunc noster quasi florere cœpit Magistratus, & pubescere exclusus è vagina:

gina: ita vt magna illa habita eo tempore altercatio hac de re, non in delenda, sed in augenda potius libertate videatur consumpta. Etenim cum duo illa præsidia plurimum roboris habuissent, illudq. eo vno ictu amississent totum: factum fuit, vt tertium hoc præstaret ambobus; ex alijsq. sibi tantum assumeret, quantum esset, & ad tuendum publicum ius, & ad retinendam licitam, ac moderatam libertatem satis. A quo tandem tempore de communi Regum, ac Regni consensione ipsæ nostræ libertates omnes, quasi à periculosa illa aliorum præsidiorum amicitia transfugiètes, ad gratam, firmam, & præstantem istius Magistratus societatem transuolarunt; ad eamq. tamquam ad firmissimum saxum adhæserunt. Ob has deniq. causas, vt conijcimus, neq. nomen illius, qui primus præpositus fuit tanto muneri, nec quidquam de eo proditur memoria dignum ante Mauros Cæsaraugusta pullos. Postea verò cum iam in pace, & otio iudicia fierent: ea ciuitas & istius Magistratus, & ceterorum omnium iudiciorum sedes constituta fuit. Vnde nonnulli Iustitiæ Aragonum, Iustitiæ in Cæsaraugusta, vt retulimus, nominati inueniuntur. Quem autem cursum ab eo tempore Magistratus habuerit, ac nostræ etiam patriæ libertates; inferiùs perstringam: dum priùs hoc loco de ampla illa Ricorum hominum dignitate proferantur nonnulla. Neq. verò polliceor, vt quæ hætenus in diuturna obscuritate latuerunt, sic modò aperiam, vt ea cerni iam oculis videantur. Nec fuisse is nobis iniucundus labor. Sed istius rei tam difficilis, & obscuræ facultatem me secutum esse præmefero; minimè tamen profiteor consequutum. Quoniam autem in populari, ac forensi ratione omnis nostra versari debet oratio; populariter passim loqui necesse erit, & plurimas res appellare, vt maiorum nostrorum vulgus appellarit. Multa enim frequèter incident, in quibus non facile est, posse quemquam Latini sermonis elegantiam tueri. Neq. tam duras mihi leges imponendas statui, quin melius existimem animi sensus clarè, tametsi forsan impolitè, potius quam obscurè, & elegantè exponere. Nec verebor ipse, si quod verbum barbarum, aut vulgare posuero, quin ea res mihi apud æquos iudices fraudi nequaquam sit futura. Id enim plurimos doctos probasse video; tum verò præcipuè sapientissimum illum, & eloquentissimum, Hieronymum Osorium Lusitanum: cui videntur in cunis dormienti, tamquam alteri Platoni, in labellis apes confedisse. Itaq. hac spe fretus ingenij mei vires experiar. In primis autem, cur ita appellati fuerint, quæ à scriptoribus afferuntur, causas explicabo.

De Optimatibus, & Palatinis; Ricis hominibus, ac Mesnadarijs, vocatis.

NONNULLIS ergò, nec indoctis, placet, qui sequuti videntur Beutherium Valentinum, Ricos homines vocatos fuisse, eos, qui Gothorum Regum satu orti erant: quasi vsitatorum apud eos nominum extremarum syllabarum aucupes. Quemadmodum enim, (vt diligenter, & peritè Ambrosius Morales obseruauit) apud Sueuos olim, quorum plures Reges Theodomiri, Ariamiri, Fanimiri, aliaq. his similia nomina habuere; illud ipsum Mironis nomen, ab extremis duabus syllabis tractum, & ipsis Regibus, & aliquamdiu ipsorum Regum familijs, fuit commune; atq. illud idem apud Indos hodie in Iaponensi Insula seruari proditur, apud quos Donorum nomen Potentioribus est vsitatum, quòd eorum Reges, Arimandono, Murandono, Vbarandono, & his similibus nominibus nuncupentur: sic prorsus perhibent in Hispania Gothicis Regum familijs contigisse. Etenim cum ex Gothorum Regibus complures appellarentur, Amalarici, Eurici, Theodorici, alijsq. id genus nominibus; eos, qui se gloriabantur ab illorum stirpe profecti, postea aiunt, simili modo, paululum conciso nomine, ab extremis illis duabus syllabis Ricos homines fuisse vocatos: veteremq. huiusmodi consuetudinem ad eos sensim Optimates defluxisse, qui aliquamdiu emerita fortitudinis stipendia sub Gothicis Regibus meruere, aut summis Magistratibus fuerunt præpositi; tamen si minime ab ipsis duxissent genus suum, quasi quæ prius tantum familiaris, ac Regia fuisset; postea militaris consuetudo fieret, ac domestica. Quicumq. enim aut in pace, aut in bello bene de Repub. merebantur; illustri hoc Ricorum nomine, quasi summo aliquo honoris gradu, Gothorum Regum temporibus, affici consueuerunt: vt ad aliorum similitudinem suam quoq. dirigerent speciem. Gothicis autem Regibus exactis, eandem consuetudinem in Hispania tradunt introductam fuisse, & voluntate omnium à prisca ipsa vetustate comprobata: vt Rici homines vocarentur; Regnorum regendorum Duces, qui genere, & nobilitate ceteros omnes anteirent. Atq. inde perhibent, Ricorum hominum nomen dimanasse. Alij volunt ipsius vocabuli vim apertè fatis illo ipso nomine declarari: neq. opus esse alia explicatione, cum inde facilius, cuius causâ quæ-

situm

situm fuerit, eruatur. His ergò placet; Ricos homines fuisse nominatos, qui olim fuere pecunia principes ciuitatum, quiq. præter ceteros magis opibus, ac copijs affluxere. quasi & priscis sæculis, ac etiam præsentibus omnium rerum delectum, atq. discrimen pecunia sustulerit, eaq. sola semper omnes omnium dignitatum gradus exæquarit. Sed mihi non displicet prior illa nominis etymologia. Non enim vlllo modo adduci possum, vt credam, maiores nostros, cordatos illos, ac sapientes viros, tantum hunc honorem, qui virtuti solus, ac generis splendori deberetur; inanibus diuitijs decreuisse: quas qui studiose, ac auidè consecretantur, semper ferè honesta omnia negligere consueuerunt. Et nimirum Alfonsus ille Castellæ Rex, Sapiens vocitatus, nostri Iacobi I. gener, apertè indicauit isto nomine nihil de virtute, aut nobilitate detractum, sed de ambabus illis significatum fuisse. Ita enim leg. 6. tit. 9. part. 2. testatum reliquit. *Los Nobles son llamados en dos maneras; o por linage, o por bondad. E como quier que el linage es noble cosa; la bondad passa, è vence. Mas quien las ha ambas; este puede ser dicho en verdad, Rico Ome: pues que es Rico por linage, è Ome cumplido por bondad. E ellos han aconsejar al Rey en los grandes fechos: è son puestas para fermosear su Corte, è su Reyno.* Itaq. non à diuitijs, sed à nobilitate Ricos homines credimus appellatos: quinimmo inde falsò diuites, nobilitatis expertes, Ricorum sibi vulgare nomen, aptum suis auribus, adsciuisse. Quos tamen ceteri id vsurpare facile sunt passi; euolare altius non sinebant. Non enim apud antiquos ex opibus, sed ex virtutibus, quæq. omnis dignitas, vt infra demonstrabimus, pendebatur. Sed æquum hoc æstimationis habendæ genus, nostris his temporibus, vitiosa, & corrupta consuetudo vitæ iam communis explofit. Quoquomodo verò se res habuerit; Rici homines olim nominabantur, qui ex Optimatibus genere, ac nobilitate erant primi, principemq. in Repub. tenebant auctoritatem, & locum. Quorum virtus cum in bellis eniteret egregia; ijs, quæ à Mauris vindicabantur, opidis, pro illorum temporum condicione, donabantur effusè. Has autem multorum opidoru coagmètationes, quæ ipsis fiebant; *Baronias* nominabant. Vnde & ipsi etiam Rici homines, *Barones* sunt vocati. Atq. hoc Baronum nomen sæpius apud antiquos Foros vsurpatum est, quàm vetus illud, quod diximus, Ricorum. Id autem etiam si verbo differat, re tamen alicubi fuisse vnum, apertè Alfonsus idem Castellæ Rex, leg. 10. tit. 25. part. 4. testatur; dum ait, *Ricos Omes segund costumbre*

Cc 2 de España

de España son llamados, los que en las otras tierras dizen Condes, o Barones. Verùmenimuerò, vt ad nostrates deueniamus, illud idem Michaël del Molino in suo Repertorio, in verbo, *Ricus homo*, exponit. *Ricus homo secundum Foros Aragonum dicitur ille, qui est dominus alicuius Baronie*. Et idem paulò post. *Non tamen intelligas, quòd dicitur Ricus homo secundum Foros ille, qui plures habet pecunias: sed vt de super dictum est. Et adde: quòd omnes Magnates, puta Comites, Duces, Marchiones, & Vicecomites, dicuntur Rici homines secundum Foristas: quia isti communiter habent plures Baronias, & sunt plus, quàm Barones*. Atqui hunc codicem quotiescumq. recito alicuius rei confirmandæ causâ; non tam auctoris illius auctoritatem requiro, tametsi magna ea sit, & imprimis grauissima in forensium rerum tractatione, quarum ille locupletissimus est testis: quàm quòd in eo plurima sit antiquitatis effigies. Cùm enim multa nostrorum, quos vocant, Foristarũ monumenta dispersa, ac dissipata vagarentur; ratione, & distributione in eo codice, quasi sub vno aspectu, constituit. Cuius ea in re non possumus non vehementer factum, consiliumq. laudare. Sed in proposita explicatione videtur mihi errasse, dum innuit, omnes Magnates, aut Barones; fuisse Ricos homines. Non enim omnes Barones, Rici homines fuere: nec è contra, omnes Rici homines Baronias semper possederunt. Propterea veteres tantùm obseruabo nostrarum legum interpretes: à quorum fontibus iudicio, arbitrioq. nostro quantum, quo quomodo videbitur, hauriemus. Minimè namq. in hoc argumento videtur mihi satis apertè cogitationes suas ijs, quæ eorũ exstãt, literis explicasse. Nec posteriores explèda curarunt, quæ superioribus defuissent. Quamobrem quæ ipsi coarctarũt, & per angustè retulerũt, à nobis erunt nonnumquàm, aut diuinationibus, aut coniecturis adhibitis explanãda. Sic enim facere cogit ipsa res: cùm omnia crassis tenebris lateant circumfusa. Imprimis igitur in texam hoc loco, quæ de Ricorũ hominum dignitate ab eodem, quem nominavi, Vitali Episcopo in scriptis sunt relicta. Is enim & communium legum, & antiquitatis hominibus nostris documentum fuit. Hanc autem quæstionem ita est persequutus. *Aragonensium condicio talis est, & existit ab antiquo, vt eorum sit singulorum, & omnium condicio discernenda. Sunt enim quidam, Infanciones: quidam, homines seruitij, siue signi. Infancionum autè alij Ermunij; alij Franchi de Carta vulgariter appellantur. Ermuniorum autem Infancionũ alij Barones, vel Rici homines: alij Mesnadarij; alij simplices Milites: alij Infanciones simpliciter nominantur. Hominiũ autem seruitij,*
siue

siue signi; alij Ciues, vel Burgenses: alij Villani, vel Pagenses: alij Villani de parada iuxta Fori consuetudinem appellantur. Infanciones Ermunij, hoc est, immunes ab omni munere seu onere, ita quòd nemini dare ex necessitate, vel seruitute teneantur; sunt tali nomine redimiti, quibus sunt libertas, & condicionis decor à tempore, quo non exstat memoria adquisita, immo innata, vt proprius, & naturalius eloquamur. Quorum origo supra de condicione Infancionatus elucidius declaratur. Separatim enim de eis egerat supra, quæ nos infra fortasse persequemur. Infancio autem de Carta, est is; cui immunitatem, quam genus, vel natura negauit, liberalitas eius, cuius erat astrictus seruitio, concessit cum auctentico Instrumento. In talibus enim nomen hypocritum, sonans aliud, quàm prædat; per id, quod de Carta sequitur, temperatur. Hi tales licet immunitatem præstandi, vel seruiendi ex donatione huiusmodi consequantur: ab alijs tamen Infancionum priuilegijs penitus sunt expertes: vt supra De Iure dotium, planè patet. Vbi circa dotes suas, mulieres francha de carta, non Infanzonarum Priuilegium consequuntur. Hac autem immunitatis præstatio, etiam à Rege concessa cum publico, vel auctentico Instrumento, non nisi quantum ad concedentem, & eius prosapiam, vel successorum suorum eximit à seruitio tali Priuilegio decoratum. Nam is, cui dominus Rex, vel quilibet alius dominus immunitatem concessit; nec concedenti, nec successoribus eius tenebitur deseruire. Alijs autem ita deseruiet ipse, & genus eius, ac si immunitatis Priuilegium non haberent. Barones autem, quasi boni homines, à Bar, quod idem est, quod beatus, & ones, quod idem est, quod homines, per sermonis abreuiationem, & supputationem media syllaba, scilicet, mi, iuxta proprietatem idiomatis appellantur. Qui etiam Rici, id est, diuites sunt vocati. In hoc enim est vulgarem nominis interpretationem sequutus. Horum talis est condicio. Quod quamcitò aliquis Mesnadarius à domino Rege Honorem fuerit consequutus, ad numerũ Militum sustentandum; Ricus homo sit postea, siue Baro. Nam si vnũ Militum, siue duas, vel etiã tres ei dominus Rex concederet; propter has Ricus homo, vel Baro nullatenus haberet hoc nomẽ, Ricus homo, vel Baro. Pluralitate enim debet Vassallorum Militum decorari. Hos autem Ricos homines creare, vel assumere dominus Rex de Mesnadarijs naturalibus de Aragonia suis debet. Nam aliunde homines venientes, nisi sint habitatores Aragonum, & ibidem hereditates habentes, & naturam habeant in Aragonia ex patre, & matre, vel eorum altero; nisi ex magna causa, & euidenti, in Barones dominus Rex vix, vel numquàm assumere consuevit, nec facere de illis: ita tamen quòd ea, qua debent Rici hominibus assignari; talibus
Cc 3 scilicet

scilicet extraneis assignavit. Nam si certam summam denariorum annuatim percipiendam, vel quantitatem reddituum Regalium, quae non debent, vel consueverunt Ricis hominibus pro stipendijs applicari; quantumcumque extraneis pro sustentando certo numero Militum in eius seruitium assignaret: nec Ricis hominibus, nec Mesnadarijs faceret iniuriam, vel gravamen. Quinimmo, et si dominus Rex tales extraneos inter Ricos homines numerat, et honorem Ricis hominibus debitum eis exhibet; iniuriam nullam facit. Interest enim tam Regis, quam Ricorum hominum, et omnium Aragonensium, Regem multos habere Ricos homines, vel Barones: dummodo naturales Aragoniae stipendijs sibi debitis non fraudetur. Expedi igitur, ut talibus debita stipendia declarem. Debent enim omnes ciuitates, et villa domini Regis tam maiores, quam minores Ricis hominibus pro suis stipendijs assignari. Et ipsi Rici homines in sibi ciuitatibus assignatis, Zauamedinas; et in villis, Baiulos, quos sibi placuerint, debent ponere. Qui Zauamedinae, et Baiuliteneant, et regant Curias ipsorum locorum pro Ricis hominibus praebitis; et respondeant eis de calonijs, hoc est, de poenis pecuniarijs, et alijs iuribus, quae ipsorum locorum Curia sunt recipere assuetae. Pecuniaria enim poena, usque ad mediam mortificationem, et fractionem cultelli inclusiue, et similia, vel minora, ad ipsum Ricum hominem, vel eius Curiam dignoscuntur sine dubio pertinere. Ita quod dominus Rex, vel Maiordomus eius in eis partem nullam capere debet, nisi in casibus; scilicet cum dominus Rex praesens personaliter sit in loco, ubi est poena huiusmodi exigenda. Tunc enim (quia eo praesente omnia minora officia conquiescunt, et omnia debent per suam Excellentiam pertractari) poena per compulsionem domini Regis exacta visibus Regis cedunt: Saluis tamen suis partibus conquerentibus, et priuatis; ac si per minorem Curiam, propter sui debilitatem, oporteret, ad exigendam poenam Baiulum inuocare. Nam quotiescumque Rex ad instantiam ipsius minoris Curia per se, vel per literas, vel per nuntium, vel quemlibet alium ad hoc specialiter assignatum, poenam huiusmodi duxerit exigendam; visibus eius concedet. Debet tamen ipsam Curiam clementer respicere: ne sibi aliquam faciat inde partem, nisi in suis ciuitatibus, atque villis. Nam in villis Infancionum, vel Ecclesiarum, si propter debilitatem Curia, brachium domini Regis, vel Maiordomus eius, vel cuiuscumque. Officialis ad exigendas poenas huiusmodi inuocetur: ipse cuius est brachium inuocatum, tenetur compulsionem, et auxilium impartiri. Nec aliquid debet capere de ipsa poena, nisi is, ad quem pertinet, vellet ei ultro eum, quantum sibi placuerit, largiri. Domino autem Rege non praesente; ubicumque eius fuerit Maiordomus, minora officia similiter conquiescunt.

Et sicut

Et sicut de Rege diximus; poenas eius compulsionis exactas, siue in praesentia eius, siue in absentia, eo modo quo supra de Rege dictum est, applicabit suis visibus Maiordomus. Poena vero homicidij, flagitiorum equalium, vel maiorum, nec impartitiones, quae intercisiones, vel incurrimenta vulgariter appellantur, et similia, ubicumque, et quomodocumque, siue in praesentia, siue in absentia domini Regis, ipsius Regis esse omni tempore dignoscuntur: Infancionibus, et Ecclesijs partibus suis saluis, iuxta ea, quae infra De homicidio, declarantur. Alia autem iura, et omnes redditus, et proventus, praeter dictas poenas, siue Calonias, sunt penitus semper Regis; praeter Precarias Villarum domini Regis: quae ipsis Ricis hominibus similiter sunt pro suis stipendijs assignatae. Quae Precariae in quibusdam locis in grano, et in quibusdam in denarijs, sed quoquomodo a domino Rege disponitur, exiguntur. Quin etiam dominus Rex secundum meliorationem, et deteriorationem loci auget, vel minuit quantitatem. Vbi autem sunt Nouennarij, Precariae non exiguntur: Sed ipsa metuet Nouennaria percipit Ricus homo. Item percipit Ricus homo Deueria, hoc est, quaedam personalia tributa, ut est panis, et pullus: et quaedam alia, quae secundum diuersas consuetudines praestantur a singulis domibus annuatim. Quae Deueria sunt reliquia illius pestilentis, et miserabilis conditionis, Villanorum de parada: quae in usu iam per dissuetudinem non habentur. Condicio autem Regis circa dictos Ricos homines dignoscitur esse talis: Ut quomodocumque sibi placuerit, et quotiescumque eos destituat. Quae destitutio fit, quancumque ipse Rex verbotenus, vel per suas literas Honorem, quem pro ipso tenet Ricus homo, restitui sibi petat. Quae destitutione facta, Ricus homo, quantumcumque diues, vel nobilis, etiam si plures Milites secum trahat, inter Mesnadarios computatur. Ricus homo autem tenetur, Honorem sibi datum distribuere suis Militibus, et Vassallis pro suo arbitrio voluntatis, dummodo pro singulis Quingentis solidis rendualibus singulos Milites in seruitio domini Regis habeat, conuenienter paratos, quae documque Rex ab eo seruitium exegerit iuxta Forum. Potest enim dominus Rex semel in anno Ricum hominem cum numero Militum, pro quibus stipendia possidet, ad suum seruitium euocare. Qui Ricus homo vocatus statim debet cum dictis Militibus ad locum, quem Rex iusserit, accedere: et ibi per duos menses cum expensis proprijs deservire. Post duos autem menses potest a seruitio discedere: nisi Rex de victualibus sibi, et suis Militibus provideat competenter. Rege autem sibi providente, tenetur in seruitio persistere, quamdiu Regi placuerit, etiam si per totum annum vellet eum in seruitio suo retinere. Item tenetur Ricus homo terram domini Regis defendere; et specialiter loca, quae sibi pro stipendijs sunt concessa; et

Cc 4 Ecclesias;

Ecclesias; & Religiones; & alios quoscumq. infra fines sui Honoris commorantes; & bona omnia eorundem. Tenetur etiam vocatus ad Regis Curiam accedere, quotiescumq. ab ipso Rege fuerit euocatus: & sibi dare consilium secundum discretionem sibi a Deo datam, quotiescumq. ab ipso fuerit requisitus. Et semper dum in Curia fuerit, debet arduorum negotiorum iudicijs interesse. *¶ VSTITIA* autem Regis numquam debet sine consilio Baronum, & ipsorum, qui pro tempore in Curia, vel praesentes fuerint; aliquid in arduo negotio iudicare. Et si pro colloquio alterius Regis, vel Principis, vel pro alia ardua causa Barones ad Curiam sunt vocati, & propter excellentiam, vel necessitatem negotiorum Barones expensarum gravamine molestantur: debet dominus Rex, & sua liberalitate, & clementia sua munificentia eorum angustiam subleuare. Expedi enim Reipub. & Regia utilitati, ne Barones depresti pauperie in inferioribus deseruire, & in seruitio domini Regis deficere compellantur. Filius autem Regis numquam debet aliquid, de his, quae debentur Ricis hominibus pro stipendijs assignari, aliquatenus retinere. Et hoc tribus de causis. Prima; quia ipsis Ricis hominibus posset nimium deperire; eo quod Rex propter dilectionem filij, siue fratris de stipendijs Ricorum hominum sine modo, vel mensura in eum frequentius dispensaret. Secunda; quia ne tale cum terra insurgeret, sicut iam factum existit, merito formidatur. Tertia; quia aequus est, ut qui de Rege est natus, de ijs viuere debeat, de quibus Rex viuere consuevit: quam de ijs, quae pro defensione terra consueuerunt Baronibus, & Militibus assignari. Potest ergo Rex, & debet filijs, vel fratribus suis, tantum de suis redditibus assignare; quod honor prolis, & sanguinis Regijs non vilescat. *Mesnadarus* est, qui est de genere Ricorum hominum, saltem ex patris linea oriundus: in cuius patris genere non exstat memoria, quod fuerit alicuius Vassallus, nisi Regis; vel Regis filij; vel Comitum, à Regis genere descendens; vel Episcopi; vel alterius Praelati: quorum consideratur reuerentia, propter Deum; cuius locum dignoscuntur specialiter retinere. Qui non descendit ex parte patris ab aliquo, qui ab alio, quam à praedictis personis; existit Miles factus. Hi enim *Mesnadarij*, etiam si in *Mesnada*, siue familia domini Regis personaliter non morentur; tamen *Mesnadarij* sunt censendi. Quia dominus Rex non debet eis Militiam, cum eam ab eo recipere voluerint, nec quod sint de sua familia, cum esse voluerint; nisi ex causa probabili denegare. Hi autem *Mesnadarij* morari cum Ricis hominibus, vel cum alijs, & expensas ab eis accipere, atq. dona, non tamquam Vassalli, sed tamquam amici sine nota aliqua bene possunt. Miles simplex, est qui sui scuti, siue vnus scuti vulgariter appellatur, Vassallus alicuius praeter Regem, vel Regis filium, vel Comitem

vel Comitem ex Regis genere descendente, vel Praelatum Ecclesiae: vel qui ab alio, quam à dictis personis Militari cingulo fuerit redimitus. Sed & omnes descendentes à tali per lineam masculinam inter simplices Milites computantur. Infancio simplex est, qui licet non sit Miles; ius habet tamen accipiendi Militiam, si possibilitas, voluntas, & opportunitas se offerrent. Ciues autem sunt omnes, qui in ciuitatibus commorantur, vel in villis equipollentibus ciuitati. Ex quibus illi dicuntur *Burgenses*, qui licet Capitalarios habeant, & ministros, per quos ducunt sua officia exercenda: tamen ipsa manibus suis non exercent. Sunt tamen quadam officia, quae etsi proprijs manibus exercentur; à *Burgensium* ordine non depelluntur: ut est pretiosorum pannorum venditio; & crepektorum officium, quod *Cambium* appellatur. Necnon *Aduocatia*; & *Medicina*; & *Cirurgia*; & ijs aequalia, vel maiora. *Villani* autem sunt dicti à *Villa*: eo quod in *Villis* commorantur: qui & *Rustici*, à ruribus, quae excolunt: & *Pagenses*, à *Pagos*, quod est fons: eo quod *Villa*, siue *Pagi* iuxta fontes consueuerint constitui. Quis autem sit *Villanus* de *Parada*, supra, De fideiussoribus, est expressum. Libet autem ea superioribus annectere hoc loco. Fuerunt etiam quandoq. *Villani*, qui *Collaterij* vocabantur. Qui tam crudeli erant subditi seruituti, ut etiam inter filios dominorum suorum ducerentur gladio diuidendi. Qui quondam, temporum condicione cogente pestifera eorundem, contra suos dominos insurgentes, tandem composuerunt cum eis communitate, & vltro ea voluntate certa tributa, & conditiones supra se, & suis filijs assignantes. Qui post compositionem huiusmodi, *Villani* de *Parada* taliter nunc cupati, hoc cum suis dominis inter cetera pepigerunt: ut quotiescumq. domini eorum fideiussione indigeant huiusmodi; soluere sint compulsi: nec si dominus pro quo fideiussit, indemnitate eius voluerit prouidere; numquam postea pro ipso domino fideiussione casu aliquo teneatur. At vero *Eximius Petri Salanoua Iustitia Aragonum*, cuius supra meminimus in narratione rerum à *Iacobo II.* Rege gestarum, sexaginta ferme annis post *Vitalem*, eorundem rerum cursum, euentorumq. consequentiam his verbis notauit; quamquam in multis dictata iam decantare visus est. In indice autem istius quaestionis omnia reuocare videtur ad dubia, ac incerta: quasi iam tunc ad eum illa omnis antiquitas peruenisset, vel vsu, vel vetustate immutata, vel praecipis. Sic enim cum *De Priuilegijs Baronum, & Ricorum hominum Aragonum*, se fore dicturum profiteatur; initiū suae disputationis orditur. Multi contradicunt in istis, quae sequuntur: & sic multa hic contenta non seruantur. Notandum est: Quod in *Aragonia* omnis Homo descendens de genere Militari

litari per lineam planam, est Infancio; siue sit legitimus, siue illegitimus; siue masculus, siue femina. Tamen quamuis autem ex parte matris veniat, ex linea Militari; non est Infancio, nisi habeat patrem Infancionem, in C. Videlicet. De proclam. in seruit. lib. 6. Et hoc seruatur. Et per Foros habetur: Quod quilibet Infancio potest esse Miles in Aragonia: alij uero non. Et si forte non Infancio promoueat per Ricum hominem ad Militiam; perdit Honorem, quem tenebat, Ricus homo: uel si non tenebat, nunquam tenere debet. Et ille promotus semper remanet Villanus, sublato sibi equo, et armis. Ut De remilitari. C. fin. in lib. Exea. Et quia multa sunt species in Aragonia istorum Infancionum: sciendum est: Quod Infanciones, alij sunt Rici homines, et non Milites; alij Rici homines, et Milites; alij Mesnadarij Milites; alij non Milites; alij sunt Milites simplices; alij filij Militum, uel nepotes: alij nec Barones; nec Mesnadarij; nec Milites; nec Militum filij; uel nepotes. Ricus homo Miles habet omnia Priuilegia, quae habent Infanciones; et omnia quae habent Milites, et ultra; quia terra pro Honore non debet dare dominus Rex, nisi illi, qui ex natura debet esse Ricus homo; et quod non sit de alieno Regno. Quare dicunt quidam, quod filio Rici hominis non debet dari terra pro Honore, nisi illi tantum, qui succedat in Baronia. Attamen per Forum Exea, per quem praedicta statuuntur; talem filium, licet in Baronia non succedat, posse tenere terram pro Honore. Quia Forus non requirit, nisi quod ex natura debeat esse Ricus homo. Unde licet illi desit Baronia, non tamen deest ei natura: maxime quia in Foro nouo continetur; Quod Rici homines debent assignare Militibus dictos Honores, et terras eis concessas; alias Rex propria auctoritate potest emparare, et alij assignare Rico homini, uel filio Rici hominis, qui tenere debeat terram in Aragonia, qui faciat seruitium. Ut in foro nouo. Quod Barones Aragonum. Cap. i. Per quem patet, quod filio Rici hominis, adhuc Rico homine non existente, potest dari: licet ignoretur, nec sciatur, an sit Ricus homo. Habent etiam aliud Priuilegium contra dictum Foru: Quod ille Ricus homo, qui habet Quadraginta Cauallerias; potest sibi retinere quatuor: et qui triginta; tres: et qui xx. duas, et qui decem usque ad xx. unam, et non plures retinebit. Ut in For. nouiss. Cur. Casar. tit. De Baronibus. Cap. i. Alijs uero Militibus, non Baronibus, non uideo necessarium esse: quin sibi possint retinere quoscumque denarios eis datos. Item habent aliud Priuilegium: Quod filijs Regis, et Reginae non potest assignari terra pro Honore. Ut in For. Exea. Item sine iusta causa cognita, et determinata per Iustitiam Aragonum in generali Curia de consilio Ricorum hominum, et aliorum honorabilium Militum, Infancionum, Ciuium, et aliorum.

et aliorum hominum Villarum Aragonum; non debet tolli, uel emparari terra pro Honore assignata eisdem. Item in Mesnaderijs eis assignatis est statutum, ut in Priuilegio generali domini Regis Petri. Quae omnia sane intelligatis, prout uisitantur. Nam pro crimine, uel delicto, uel inobedientia non debent dicti Rici homines, uel Mesnadarij priuari praedictis, sine praedicta causa cognitione. Sed tamen si ipsi deficerent in seruitio, uel forte ex alia causa Reges essent obligati; Rex posset emparare, et emparat, quantum amittere debent pro fallito seruitio. Et etiam Magister Rationalis in compoto potest deducere, et deducit ea, quae ipsi debent, uel receperunt de ijs, quae ipsi ratione praedictorum recipere debent. Et de usanza non tantum est, quod Ricus homo, decedens antequam integre perceperit illius anni solutionem de suis Cauallerijs, non habet quidquam, nisi in quantum ei fuerit persolutum: sed tamen de annis praeteritis habebit, quidquid ei debetur. Item de usanza Ricus homo, uel Miles deficiens in seruitio per unam diem anni ultimam, ut tenetur; perdit totam solidatam illius anni. Idem seruatur, licet pro seruitio non fuerit requisitus, si in casu tali se posuerit, quod Regi seruire contra cunctos non posset: Ut quia se Vassallum alterius fecerit. Et in istis casibus procedit Rex sine iudicio alterius. Casus autem amissionis Honorum, et Caualleriarum sunt hi: Unus ponitur supra in Priuilegio. Item si non deferat domino Regi, et suis substitutis honorem, et reuerentiam, sicut debet domino naturali; et Foros bonos, et consuetudines per totum Regnum teneat, et obseruet, et faciat obseruari, sicut boni Vassalli, et homines fideles, ut in Carta pacis; Item statuimus. Item in casu supra dicto si non assignarent terram Militibus. Idem credo, si faceret falsam Iuramentum super Infancionia, cum debeat remanere peijterius. Et idem in alijs excessibus, uel criminibus, de quibus Iustitia Aragonum cum Curia iudicat: ut supra dictum est. Quod autem dixi supra, Ricum hominem decedentem ante finem anni non debere habere quidquam de Cauallerijs; nisi ei fuerint persoluta, intelligendum est. Quod si ei persoluta fuerint; habebit pro rata temporis, sed non pro alio tempore. Item habent Priuilegium: Quod si Rex fecerit gratiam hominibus locorum pro Cauallerijs assignatorum pro prima peijta, subsidio, uel alijs quibusuis exactionibus, quas Rex primo exigat ab hominibus illius loci: debet primo satis fieri Rico homini tenenti Honorem, antequam aliud alicui persoluatur. Ut in Foro nouo. Ut Barones Aragonum. C. i. Sed tamen intelligatis; Quod nisi Rex imponeret praedicta subsidia, uel exactiones: non tenetur dominus Rex eis quidquam soluere, uel in compoto recipere ratione eorum, quae non potuerunt habere propter gratiam, quam dominus Rex fecit hominibus supra dictis; nisi forte fecisset Ricus homo

homo seruitium pro omnibus Cauallerijs assignatis eidem. Tunc enim tenetur dominus Rex eis incomptum recipere, & solutiones fieri facere de predictis. Filij Rici hominis patre uiuente Priuilegia habent, qua parentes eorum, saluis his, qua sunt propria Militum. Item Rici homines dum sunt presentes in Curia; habent Cartas Regias de iustitia, pro suis proprijs negotijs à Curia sine pretio. Sed non pro suis hominibus, cum causis tangentibus eos, & suos homines. Item seruatur de Vssancia, quælibet Ricum hominem debere seruire in anno suis expensis per Mensatam: qua durat, siue computatur à die, qua incipit ire ad Regem, usq. ad reuersionem: Juxta generale Priuilegium domini Regis Perri. Item Honores assignati tempore mortis Regis Iacobi pro Cauallerijs debent semper esse de Cauallerijs. Et in solutionibus, calonijs, & az-emilis debent fieri, ut tempore domini Regis Iacobi: ut in dicto Priuilegio continetur. Item extra dominationem Regis non tenentur ei seruire pro terra, vel Honore, nec mare transfruari: Ut in ipso Priuilegio continetur. Et ex hoc dicunt quidam, quod extra Aragoniam non tenentur seruire. Sed male dicunt. Quia ubiq. tenentur seruire; saluo in mari: dum sit extra dominationem Regis. Alias in uanum excepisset mare: cum in Aragonia non sit mare, sed in dominatione Regis. Quandoquidem autem idem Salanoua tradit, Ricum hominem Militem eadem habere, quæ Milites, ac Infanciones, ut ipse loquitur, Priuilegia: non abs re arbitror me facturum, si nonnulla ex ijs apponam, quæ ab eodem de Militibus, ac Infancionibus testata, ac notata sunt. Nam illud ex hoc genere profluit: propterea q. æquum erit, ut ea cum ijs, quæ ante diximus, connectamus; præsertim cum hæc Salanouæ monumenta sint à vulgari nostrorum hominum notitia remotiora. Quamquam autem in Obseruantijs sub tit. De conditione Infancionatus, eadem legantur iisdem ferè verbis descripta; nonnulla immutata sunt: quæ ut possint conferri; operæpretium duxi intexere hoc loco: ne quidquam horum, ut initio dixi, fugiat peregrinos. Hæc igitur, ut ipsemet inscribit, De Militum Priuilegijs, & de filijs, & nepotibus Militum, produntur ab eo. Ultra communia Priuilegia Infancionum, habent Milites ista. Nam non tenentur Milites, nec eorum filij, aut nepotes facere saluam. Item nullus potest aliquem saluare pro Infancione, nisi duo Milites. Item Equus Militis, quo ipse equitat; non pignoratur. De satis. Cap. 1. Quamuis quidam dicant idem de omni Infancione. Sed hoc non credo verum. Quia ubi posuit Forus de Milite, posuisset de Infancione. Item in Aragonia nullus filius Militis in mensa Militis sedet, donec fuerit factus Miles. Hac namq.

namq. educatione, & doctrina maiores ipsi filios suos liberaliter instituebant, postquam eos è ludis, ac pueritiæ disciplina profectos, apud se in exercitu, militiaq. diutius fecerant commorari. Qua in re videntur fuisse elegantem illam Romanorum consuetudinem imitati: quorum more, nec cum parentibus puberes filij, nec cum forceris generi lauabantur. Et illud idem antiquos Gothos, Longobardosq. seruasse proditur: apud quos, ut Paulus Diaconus auctor est, filijs Regum, etiam ex iusto matrimonio natis, interdictum erat, ut nequis eorum simul cum patre in publica, aut priuata mensa cibum caperet, priusquam ad arma assumenda à peregrino aliquo Rege habitus fuisset idoneus. Item si quis acceperit Militem de equi habentis, soluet de colonia quingentos Solidos. Quæ quidem pœna acerba nimis, & grauis censeretur nostris temporibus; sed acerbiorē effecit iam vetustas. Item Miles, vel aliquis de genere eius non tenetur facere pro denarijs, quos tenet, mensatam suis expensis. Sed Rex tenetur ei providere iuxta numerum bestiarum, quas duxerit. Quæ mensata per Ricos homines non fit, nisi propter Calonias, quæ sunt eis concessa. Et non intrant in compoto Caualleriarum Calonia. Tamen intellige, infra sexaginta Solidos: Ultra autem; Regi. Atq. hæc ipse de Militibus obseruauit. Et verò, De omnium Infancionum Priuilegijs per Foros, vel Obseruancias eis datis, ut idem prodit; quæ sequuntur. Nihil Infancionibus Regni magis proprium est, quam recipere, & non dare pro aliqua Villania, hoc est, pro aliqua seruitute. Non enim contribuunt cum peyterijs in exactionibus Regalibus, vel vicinalibus, nisi tempore guerra. Tamen ad constructionem, refactionem, sustentationem, & reparationem portarum Villa, Vallatum, sue Valuartium, & Murorum, tenentur. Quilibet enim Infancio infra wallatam, vel muratam villam habens domum, ad predicta, ut alij vicini, tenetur de constructione, sustentatione, & reparatione Portarum, & Murorum, & ceterorū similium, de Obseruancia, ut Cequiarum, Fontium, & aliorum. Non tamen tenentur Regi facere Exercitum, vel Caualcata: nisi fortè Rex iret ad Campale præliū, vel ad obsidionem Castri sui, quod infra terram suam aliquis cōtra Regis detineret voluntatē. Tunc enim tenentur Regē suis expensis per triduum sequi. Et postea redeunt, vel remanent, pro ut eis placuerit. Vi de condic. Infant. cap. 1. lib. 6. Itē de Vssancia cōputatur illi tres dies, postquam domos proprias exiuerunt secundū quosdam. Sed contrarium est verū. Quinimmo postquam fuerint cum Rege. Et sic iuerunt omnes apud Tirasonā. Aliàs nihil, vel parū valeret domino Regi ille Forus. Item

habent Privilegium: quòd possunt emere à pcyterijs, & Villanis, & non tenebuntur pcytare, si etiam emerint Caput mansum: Vt in Foro Exea dicitur. Et licet in dicto Foro dicatur tantum de emptione: idem tamen servatur, quoquo titulo adquirant. Quare servatur: quòd Villana nupta Infancioni pro bonis suis teneatur pcytare, dum vixerint, ut Villani. Mortua tamen ea, filij eius, qui erunt Infanciones, amplius non pcytabunt, per dictum Forum Exea, quamvis sit contra Forum. De proclamantibus in servitutem, cap. si Villanus, in fine lib. xi. Item domus Infancionis commodata Villano, non signatur pro debito Villani. Secus esset, si teneret obligatas, vel locatas eas. In cap. ult. de condicione Infancio. lib. 6. Item licet hereditates Infancionum pro debitis possint capi, & fieri in possessionem missio iuxta Forum, de Foro Competenti, cap. i. non possunt aliquatenus vendi, nisi specialiter fuerint obligata. Item si pcyterius Regis in domibus Infancionis steterit commodatus; non pcytabit pro domibus, vel mobilibus inibi existentibus, nec Hostem, aut Cavalcatam faciet: sed pro hereditatibus Signi Regis pcytabit. Item si aliquis pcyterius, fuerit Exarichus Infancionis; (idest agrorum colonus, & arator. Is enim vocabatur Exarichus) pcytabit, ut alij, & de omnibus bonis suis. Si vero in domibus Infancionis commodatis steterit; servatur ut supra, ut dicunt quidam. Attamen sic est rei veritas, & servatur: Quòd si pcyterius Regis in Villa Regis voluerit stare in domibus Infancionis, ut Exarichus, vel aliter: pro omnibus, tam mobilibus, quam immobilibus, & se mouentibus pcytabit Regi; salvo pro hereditatibus Infancionis. Et in Cavalcatam, & exercitum ibit, si hereditates possideat Signi Regis. Si vero persona dicti Exarichi, esset ipsius Infancionis, & non Regis; servatur, quod supra dixi. Item sunt quidam, qui dicuntur Villani de parada, idest de conuentione; scilicet illi, qui nihil habent, nisi de bonis Infancionum; & in domibus Infancionum populati sunt cum conuentione, ut semper ibi sint. Et tales non pcytant in aliquo cum hominibus Signi Regis, nec pro ganatis, neq. aquis, ut quidam dixerunt. Item domos Infancionum nemo debet violare, neq. aliquem inde extrahere, nisi sit latro manifestus, vel raptor, aut traditor. Et qui contra fecerit, est pœna sexaginta Solidos in terra noua, & ultra viginti quinq. Quod intelligitur, & servatur, si non ad iniuriam, vel damnum Infancionis inuadantur domus eorum. Aliàs pœna Cartæ pacis. Hic consultò multa prætereo, quæ parum ad rem. Postea verò hæc idem subiunxit. Habent & aliud Privilegium Infanciones, quòd iuxta

Regni

Regni vassanciam in Criminalibus non possunt puniri, nisi per Regem, vel Regis officiales. Et sic dominus Villa in criminalibus causis non habet iurisdictionem in Infancionem; licet aliàs habeat iurisdictionem, & merum imperium. Item circa aduerandam Infancioniam, & auctorizandã subsunt tantum domino Regi: Vt de probationibus, cap. Omnis homo. Item de omnibus causis, quas Rex habeat contra eos, est tantum iudex Iustitia Aragonum. Idem de omnibus causis; quas ipsi habent contra Regem iuxta Foros antiquos, & Forum Exea. Appellari tamen potest ad Regem de Vssancia à sententia Iustitia, pro parte Regis, vel Infancionum. Et Rex delegabit iudicem. Item habent Privilegium, quòd nunquam dant Boalage, vel Herbage: Vt in Foro Exea. Item pro Carta Saluæ communis non soluuntur Curia Regis, nisi triginta Solidi iuxta Forum. Quam saluam debent hodie facere secundum Forum nouum editum in Casar Augusta. Item in omnibus causis, quæ sunt inter Ricos homines, Milites, & Infanciones debet iudicare Iustitia Aragonum: Vt in dicto Foro Exea dicitur. Item tantum servatur hoc: Quòd si Infancio, vel Miles non subest alicui domino Villa, vel Iudici Locali; habet locum dictus Forus. Aliàs coram domino Villa, vel Iustitia, seu Iudice loci tenetur respondere. Pro quo est de Foro Compet. cap. i. & cap. quicumq. homo. Hoc tamen intelligo in Civilibus, non autem in Criminalibus. Vt supradixi. Item semper Iustitia Aragonum debet esse Miles: Vt in dicto Foro Exea. Item possunt etiam escaliare in villis Regalibus, ubi sunt vicini tantum: aliter non possunt, licet possint ibi emere: Vt in Foro. Item Infancio. Per quem Forum habes, qualiter potest Infancio se expedire à domino Rege, dimittendo beneficia Regi, si qua tenet ab eo, & commendando uxorem, filios, & bona sua fidei Regis. Quam expeditionem, & Comandam debet Rex recipere, & custodire fideliter, sicut dominus naturalis. Qua expeditione facta potest cum alio, vel alijs guerram Regi facere: Saluo quòd non potest ignem in terram Regis apponere: & si ad Campale bellum cum aliquibus venerit contra Regem, debet transire in adiutorium Regis cum equo, & armis: Vt in dicto Foro. Item tenetur Rex per Forum nouum, nedum bona illius, qui se expediuit, recipere in Comanda: immo etiam bona uxoris, filiorum, & vassallorum, qui cum ipso ibunt: & quamuis fuerint expediti, non debent esse ad pugnandum, vel ad faciendum perdere Castrum Regi. Et si contra tria prædicta fecerint, sint cant pro talibus, quales esse debent secundum consuetudinem Hispania. Et non valet eis a securamentum: Vt in Foro nouo. De Baronibus, & Mesnadarijs. Sed quales debent esse secundum consuetudinem Hispania: dic, quòd Traditores. Et hoc etiam videtur per Cartam pacis. Nam si sine diffida-

Dd 2 mento

mento talia fierent; esset proditionis pœna. Sic idem debet esse hic: cum defassidamentum, vel expedire; in his non possit habere locum. Item hoc etiam scias: quod expeditus, de Vssancia non remanet in Regno, nec in Senioria Regis. Et quacumq. parte anni se expediat; amittit beneficium Regis pro toto illo anno, & sequentibus. Sciendum est etiam, quod dicitur in For. De satisfando: Quod si Infancio super hereditate moueat questionem Infancioni, seu demandam: debet dari fidantia Infancioni, quæ habeat casam propriam in villa, ubi est hereditas. Et quadam alia, quæ dicuntur ibi; non seruantur. Nam sufficit dare quemcumq. idoneum vicinum fideiussorem, qui habeat hereditatem in dicta villa. Vel si non potest habere vicinum fideiussorem dicta villa, iurando, quod non potest habere; det de prima Cruce; vel in defectum primæ Crucis, det de secunda; & deinde per ordinem, id est, propinquioris alterius loci. Nam si fideiussorem, ipsius loci vicinum dare non poterat: alium tenebatur è duobus opidis proximioribus dare. Quod si neq. id; tunc se tradere debebat custodiæ creditoris. Et hanc veteres, fidantiã de prima, secunda, & tertia Cruce appellabãt; vt in For. Corr. nepe à lapideis, vel ligneis Crucibus, quæ ad locorum portas, seu ad biuia poni solent. Idem de fidantia de Riedra inter Infanciones. Ita tamen prædicta intelligas, & sic seruantur: quod ille, qui de prima, secunda, vel tertia Cruce datur; habeat hereditatem sufficientem in villa, ubi petitur, & est hereditas, ad quam agitur. Item Infancio in propria persona non tenetur iurare prima vice in quantitate, quæ sit, vsq. ad Centum Solidos; sed dabit iuratorem, qui iuret. Quia ipse Infancio non debet iurare: Vt de Iureiurando cap. Infancio. Item vsq. ad decem Solidos statur verbo Infancionis, & in sua bona fide: Vt de Iureiurando. Item Infancio, mortua eius uxore Infanciona, stantibus liberis, si secundo contrahat; potest, nisi aliam hereditatem habeat, vnã de tribus, quas dederit primæ uxori, pro dotibus secunda assignare, meliorem tantum. Et illam hereditatem habebunt filij secundi matrimonij. Et si tertio contrahat; potest idem facere de tertia hereditate: vt in For. De Iure Dotium, cap. filij. lib. 6. Item habent Infanciones medietatem coloniarum homicidij, si homo Infancionis per hominem Regis, vel è contra fuerit interfectus. Vt in For. De homicidio. cap. si aliquis. Item percutiens Infancionem Ermunium, vsq. ad sanguinis effusionem, ac sine sanguinis effusione cum ad terram prostaue- rit; est colonia Ducentorum Solidorum. Sed si Ciuis, vel Villanus nedum percuferit Infancionem, sed eum occiderit: non est ibi colonia. Sed caueat sibi ab interfecti consanguineis, & amicis: De iniurijs. cap. prim. Prædicta tamen sanè intelligas: quia si ex proposito prædicta cõmitterentur contra non diffidatum,

diffidatum, & non inimicum: esset ibi pœna corporalis iuxta cartam pacis: Vt in tit. De proditorib. cap. unico. lib. 8. Item quod dicitur, caueat sibi ab inimicis, & consanguineis interfecti: sic intelligatis, quando manifestum est homicidium. Alias si negaretur ante probationem; esset asscurandus per consanguineos, & amicos interfecti. Et sic vsitatur. Item obseruatur etiam argumento dicti For. De iniurijs. & alterius, quod est. De homicidio. si Infancio. Vbi dicitur, quod si Infancio occiderit hominem Signi Regis, soluat coloniam, & caueat sibi à consanguineis interfecti. Et argumento For. qui dicit: Quod omnis homicida per annum, & diem debet fugam arripere: & infra annum, & diem consanguinei interfecti non tenentur ius recipere ab eodem, etiam si obtulerint iuris fidantias, nisi voluerint. Sed post annum, & diem tenentur recipere ius ab eo, quod tale est, iuram dare, vel homicidium: Vt dicitur. De homicidio. Item omnis. Item nota: Quod licet iuxta cartam pacis nullus sine diffidamento debeat alteri damnum dare: attamen nec Villanus Infancionem, nec è contra, tenentur se diffidare, si alter alterius interfecerit consanguineum. Quia dicti Fori videntur eum habere pro diffidato: dum tamen homicidium manifestum existat. Aliter si esset dubium; essent diffidamenta necessaria. Et si alius ius offerret; reciperetur eius Firma: & etiam pendente hoc dubio, esset asscurandus iuxta Regni Vssanciam. Sed tamen si sine diffidamento, in dictis casibus Infancio Villanum, vel è contra interficeret; non puniretur pœna Cartæ pacis, si posset probari dictum homicidium. Infanciones autem inter se semper tenentur se defassidare, nisi pro morte patris, vel exheredatione: De Obseruantia. Item homo Regis, mansionarius in Palatio Infancionis, excusatur ab Hoste, & Caualcata. Sed alia seruitia tenetur præstare domino Regi, si hereditatem tenet Regis: nisi in casu, cap. vlt. De muneribus agnoscendis: scilicet, si Rex concessisset ei franchitatem pro illa hereditate. Item habent alia Priuilegia Infanciones: Quod Rici homines non possunt tollere Honorem, vel terram datam Militibus; nisi committerent, propter quæ deberent amittere, & cum causa cognitione per vassallos ipsius eiusdem Rici hominis. Prædicta reperi, & inueni tam per Foros antiquos, & novos, & Vssantias Regni esse Priuilegia Infancionum; licet in alio gradu, vel dignitate non sint, nisi tantum in Infancionatu. Licet autem generaliter dixerim, Infanciones non habentes Iudices Locales subesse in criminalibus causis, & ciuilibus Iustitia Aragonum: attamen si talis fuerit Infancio, quod de eo non debeat fieri iustitia corporalis, vt fortè quia Nobilis, Ricus homo, vel omnis Miles, vt quidam dicunt; Iustitia Aragonum debet

iudicare, eum tali commisisse, sed non condemnare. Quia Rex debet eum capi facere. & captum detinere, dum voluerit; ut in Carta pacis continetur. Item si Miles, aut Infancio aliquem occiderit, qui non sit Miles, nec Infancio sine diffidamento, & concorditer: non debet iudicari Traditor secundum cartam pacis secundum quosdam. Sed si Villanus, vel Ciuis interfecerit Militem, vel Infancionem, aut Villanus Villanum, vel Ciuem sine diffidamento concorditer; esset Traditor: ut quidam dicunt iuxta cartam pacis. Quamuis videatur innui hoc in cap. De proditionibus, lib. 6. quod omnis quicumq. cuiuscumq. conditionis sit, qui concorditer (id est, data opera, ut ego intelligendum arbitror) non suum inimicum interfecerit; sit traditor: licet non dicat hoc textus. Sed licet dictus Forus sit positus in cap. De proditionibus: attamen non ponitur in Foro pœna proditionis. Tituli enim Fori non faciunt ius, ut est videre in presentibus Capitulis. Item habent aliud Priuilegium Infanciones: quod si ducunt Villanam in uxorem, debetur ei honor, ut Infancia, dum vir eius vixerit, vel viduitatem seruabit: Saluo quod peytabit pro bonis, quæ habet ipsa Villana. Idem autem Salanoua alio in loco de Mesnadarijs hæc etiam subiunxit. Licet sic generaliter supra loquutus fuerim; sic tamen tenetur secundum antiquam Obseruantiam: quod Mesnadarij proprie sunt illi, qui filij, vel nepotes, vel ex recta linea nobilium descendunt. Isti talibus debet dari Mesnaderia: alijs verò dantur aliquoties Denarij pro seruitio, & non pro Mesnaderia. Nam secundum veram veritatem filius Rici hominis, nisi succedens in Baronia, non debet tenere Honorem: sed debet tenere Mesnaderiam. Et talis Mesnadarius non debet esse Vassallus, nisi Regis. Hæc itaq. in veteribus Salanouæ monumentis, quæ manuscripta exstant, vulgòq. Obseruantia illius appellantur, de Ricis hominibus, Militibus, ac Infancionibus tradita reperiuntur. A quibus nequaquam dissentire visus est Iacobus Hospitalis, præclarus nostri iuris interpret in ijs, quos sexaginta ferme annis post Salanouam, de nostris legibus edidit Commentarios, Ioannis Lupi Sesselij Iustitiæ Aragonum temporibus; cuius locum tenuisse proditur. Quos omnes sequutus est Bages: qui auorum memoria eandem quæstionem ipsdem omnino verbis pertractauit. Verum tamen hæc omnia ab illo fonte, & capite fluxerunt, Vitali nempe Episcopo: è cuius scriptis ceteri, quæ digna iudicantur, selegerunt. Atq. nos id ipsum facere necesse erit; nouosq. interdum locos scrutari: ut quæ à scriptoribus concisa hæctenus breuitate de huiusmodi argumēto tradita feruntur, in Annaliumq. monumentis adstricta illa continentur verborum,

ac rerum

ac rerum comprehensione; nostra modò interpretatione si non ornatius, planius saltem, & apertius exprimantur. Ut igitur antiquam Ricorum hominum dignitatem ipsius nominis magnificentia metiamur; Rici homines, quemadmodum explicauimus, Barones etiam apud nos olim vocati fuere ab illis opidorum assignationibus, quæ fiebant ipsis, ex ijs, quæ nostri è Maurorum manibus vi extorquebāt. Eas enim nō vnus, sed plurium opidorum coaceruationes, dum vni Ricohomini assignabantur, Baronias nominabant. Ipsum verò Ricum hominem, qui eis potiebatur, Baronem: quasi beatum hominem: ne nominis interpretationem à Vitali traditam respuamus. Iuxta veteres enim illius Suprarbiensis Fori, quas supra intexuimus, Tabulas, quæcumq. à Mauris vindicabantur opida, inter Ricos homines, Milites, ac Infanciones distribui ius erat. Neq. verò ea perinde Ricis ipsis hominibus tribuebantur, ac si Regibus ibidem nulla pars reliqua esset. Id enim videretur absurdum. Quamquàm autem contrarium decreuisse visus est Vitalis, dum ait: *Omnes ciuitates, ac villa tam maiores, quam minores debent Ricis hominibus pro suis stipendijs assignari*: illud ita intelligendum arbitror, ut omnes Ciuitates, ac Villæ stipendiaria vectigalia ex certa parte, ac rebus sibi imposta, Ricis hominibus pro alendis Militibus pensitarent. Nihilominus tamen Reges in eisdem locis, & multa alia vectigalia exigebant, quorum censibus domesticos suos Milites sustentabant. Quæ autem ea essent, quæ verò Ricorum hominū, non proditur. Nonnulli tertiam locorum partem Ricis hominibus dari solitam opinantur. Ut colligitur autem ex varia prisorum monumentorum obseruatione, alijs sic, ut Vitalis perhibet, alijs secus, nec iisdem vno semper, ac eodem modo videntur attributa. Quin & quandoq. integra opida comperio in Ricos homines fuisse collata: quandoq. etiam ipsos Reges alia sibi integra reseruasse. Omnia autem existimo vnicuiq. pro sua rata portione, perinde ut dari iuxta de pactas leges debuerant, obuennisse. Neq. tamen dubito, quin si quæ exstant alienigenis factæ locorum largitiones; ab ipsis Regibus è sua illa Regali parte factæ fuerint: alioquin maximè hominibus nostris fraudi fuissent. Sed interdum confusè acta res est. Hæc autem olim vulgaria fuisse ipsorum vectigalium nomina obseruauimus: *pechas: questias: pedidos: exercito: caualgada: mone dage: gofras; calonias; az emilas: sonfaderas*. Ac dum liberabantur ab eis; *redemptiones*, eas liberationes vocabant; singula nempe à singulis rebus, quibus imponebantur, vel liberabantur, deprompta. Et quod summum est, nonnulla opida Ricis hominibus, quas

Dd 4 bus, quas

bus, quas vocabant, *Cenas*, ipsorum Regū more persoluebant. Quæq; verò ea essent, perinde vt Ricis hominibus assignabātur, quasi in feudum honoratū dabantur eisdem. Vnde Honores, quòd in honorē darentur, sunt vocata. Atqui dum nos ea varijs in locis honoraria iura nominamus; non ita accipi volumus, ac si Edicta, leges ve Prætorias fuisse, vel ad earum similitudinem efficta, existimemus. Sed quòd, licet in honorem; non tamen doni, aut muneris, sed debiti loco, ex patrio definito iure Ricis ipsis hominibus tribuenda essent. Et verò apud nos Villarum nomine (ne eius amphibologia quemquam decipiat) lauta quæq; opida comprehenduntur. Militum autem vox, & Infancionum id sonat; vt priori, Equestris Ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone, *Caualleros*: posteriori verò, quos vocare solemus, *Hijos dalgo*. Sed quia, vt ad Ricos homines redeamus, magnæ eorum res agebantur in istis vectigalibus exercendis, quò eorum exactio faciliùs fieret, in eisdem opidis Rici homines iura dicebant: ad eamq; rem Zauametinas in ciuitatibus; in opidis autem Baiulos creabāt: qui ordinariam iurisdictionem habebant, omniaq; prætorio quasi iure liberabant. Id enim est, quod Vitalis testatur, *Curias eorumdem locorum pro Ricis hominibus regere, & tenere*. Et inde factum est, vt qui Rici homines, passim in antiquis Priuilegijs nominati inspiciuntur, *Senior in Zaragoza*, *Senior in Alagone*, *Senior in Tirafona*, *Senior in Barbastro*, alijsq; his similibus nominibus designati; eos in singulis illis opidis huiusmodi iurisdictionem habere, ipsa illa Seniorum voce declaratur. Qua de re ex nostra antiquitate exempli causa proferam nonnulla, in quibus magnæ, & illustres reliquæ apparent pristinæ istius Ricorum hominum dignitatis. Sunt autem, quæ in extrema parte veterum monumentorum apponi consueuerunt huiusmodi. *Regnante Comite Raimundo in Ciuitate Casar Augusta, & mandante eandē Ciuitatē per illius manus Senior Lopiz*. Siquidē Seniorē hūc Lupū Raimūdo Berégario Barcinonēsi Comiti, Petronillæ Reginæ marito, acceptissimū fuisse constat: & ipsi itidē Ranimiro Regi. Alibi enim, sic de eodem: *Dominus Ranimirus regnabat in Aragō, & sub eius imperio mādabat hāc urbē Lop Senior*. Et de quodā Palazino: *Regnāte Comes de Barcelona in Aragō, & in Zaragoza per manū eius Palaz in Principe*. Iā vt Rici homines hoc quoq; Principū nomine honestarētur. Istius autē Palazini hanc etiam alio in loco mentionem inueni. *Palaz in Senior dominabat Zaragoza sub iussione Comit is*. Quinimmo & ipsi Reges quandoq; ad ipsorum Ricorum hominum instar vocabantur Seniores; vt pote:

vt pote: *Imperator Senior de Zaragoza, & Petro Atares per illo*. Tum etiam: *Hoc tempore Rex de Leon Senior in Zaragoza, & Lop lopiz per sua mane*. Siquidem dum, Alfonso Imperatore, qui Cæsaraugustā cepit, interempto, eandem Urbem Legionensis Rex, Alfonso etiam vocatus, vt diximus, occupauit. Quod apertiùs est expressum his verbis. *Regnante in hac ciuitas Rex Alfonso; Ranimirus in Aragon, & in Suprabbe; Lop Lopez Senior in Zaragoza per manum de Rege de Castilla*. Vnde etiam Suprabbij vocem non recentem, aut nouam, sed illustrem, ac veterem apparet existisse. Quin & in vno, eodemq; opido diuersis Ricis hominibus diuersi Honores dari consueuerunt: qui singulis solent definitionibus designari. Quale illud est, quod nuper in vetusto Priuilegio perlegi. *Viccomes Gasto Senior in Zaragoza: & Rothbro Senior in illa parte, qua dicitur Sancti Saluatoris: & Lop Senior in Quartonde Zaragoza*. Hæc enim, aliaq; id genus in priscis monumentis reperiuntur vno, atq; eodem loco, & tempore annotata. Et Testiū, quos vocabant, Confirmatorum, in veteribus Priuilegijs nominandorum antiqua formula hæc erat: de qua in Præfatione disputauimus. At *Quarton*, vocabulo, quartam Urbis partem designatam opinor: nisi *Quarte* opidum intelligamus, ita à quarto lapide, quo ab vrbe distat, appellatum. Deniq; cum ex huiusmodi vectigalibus alia in grano, vt loquitur Vitalis, id est, in fructibus imponerentur; alia autem in pecunia: quæ in fructibus exigebantur; præclara ducebantur, & maiora, quòd in maiorem possent illius, cui pendebantur, quæstum conuerti. Ex his autem, quæ in pecunia; non tantum illi commodi redundaret. At quibus vectigalia in grano imposita assignabantur huiusmodi; ijs frequentius ea, quam retulimus, iurisdicundi potestas attribui consueuit; ne opportuna, quæ oporteret, ad ea faciliùs exigenda deesset auctoritas. Quò enim illa erant incerta magis, cum ex quota fructuum parte soluerentur: eò magis prompto, & expedito, ne corriperentur occultè, iuris indigebant remedio. Itaq; vt conijcimus, ea Seniorum vox, quæ priùs senectutem, atq; extremam ætatem præ se tulit: hanc postea indicabat Ricorum hominum in ipsis opidis potestatem: vt qui se in eis Seniores vocarentur, demonstrarent, se habere in singulos eos, sibi contributos locos, huiusmodi dicundi iuris facultatem. Seniorum autem vocabulo olim Iudices significatos fuisse, vel ex ea Fori illius apertè colligitur inscriptione: quæ cum hodie Latinè reddita, *De iurisdictione omnium Judicum*, inspiciatur; in antiquis Foris manuscriptis, Hispanis hisce verbis posita reperitur. *De la Senioria de los Seniores*. Nostræ enim

enim veteres leges, quæ modò Latinè exstant conscriptæ, priùs vernacula lingua editæ fuerunt: postea per Salanouam de Regis, ac Regni consensione ex Hispano in Latinum sermonem commutatæ. Iam verò vectigalia huiusmodi tam quæ in fructibus, quàm quæ in pecunia exigebantur; ita erant Ricis ipsis hominibus assignata, vt ex eis tenerentur decreta iam Militibus stipendia numerare. Pro pecuniarum enim summa, Militum numerus describatur eisdem, ad eam scilicet rationem, vt pro singulis Quingentis Solidis annui redditus, qui summam conficiunt quinq. & viginti, vt loquimur, Scutorum, singulos Milites alerent, & sustinerent. Ipsis autem Militibus plerumq. solebant singulæ eorum stipendiariæ portiones in agris, domibus, ac vacuis tandem possessionibus assignari, quibus Rici homines donabantur à Regibus. Quò autem illæ firmæ, ac stabiles ipsis Militibus, ac posteris remanerent; sollempnes adhibebantur interdum contractuum, & instrumentorum, vt loquimur, stipulationes: quarum hodie nonnulla reperiuntur exempla. Quale illud est, quod in Tabulario Ecclesiæ de *Pilari* continetur: quod idem ille Vicecomes Gasto, Senior, vt inscribitur, in *Zaragoza*, subdititium sibi Militem, quòd strenuè in expugnatione illius vrbs dimicasset, afficiebat quibusdam domibus, & agris, quos quondam possedisset Arabs præcipuus, Alchayde Aben Alimen, vt idem perhibet, vocitatus. In extrema autem ipsius Donationis parte hæc verba subiunxit. *Do tibi omnia supradicta bona, salua mea fidelitate, & de meo domino Iudeonso Rege, qui nobis ea dedit.* Alia etiam similia exstant nonnulla, quæ Militibus irrogabantur, quòd se in medios hostes, vt in eis commemoratur, ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecissent. Quæ omnes huiusmodi stipulationum formulæ nõ loqui solummodò, sed personare etiam videntur pristinam illam, & Ricorum hominum in Reges, & Militum in Ricos homines fidelitatem præstandam, quasi non fat ducerent futurum, vt eorum omnium integra, ac fidelis mens in factis, & commissis, si non in iisdem ipsis scriptis spiraret. Hi igitur Milites illius Rici hominis cogebantur accitui, cuius stipendia merebantur. A quo, si deficiebant; poterant statim iisdem omnibus stipendijs mulctari. Propterea vulgari sermone, *Caualleros vassallos de los Ricos hombres*, vocabantur. Ipsæ verò singulæ eorum stipendiariæ portiones, *Cauallerias de Honor*. Ceterum Reges ipsi pro rata eorum portione tenebantur de subsidijs Regij patrimonij alios quoq. Milites sustentare. Verum hi, quia Palatini, idest de Regis domo erant, quam veteres *Mesnadam* appellabant; *Mesnadarij* Mi-

rij Milites sunt vocati: vt diuersis hisce nominibus, diuersi ipsorum Militum notarentur status. Quamquam enim omnes genere idem erant, parte tamen, & specie differabant multum. Ricorum namq. hominum dignitati proximus erat *Mesnaderiorum* iste Militaris, seu *Equester Ordo*. Quibus quæ dabatur à Regibus stipendia, vt à prioribus etiã nomine differrent, *Cauallerias de Mesnada*, seu *Mesnaderias*, vocari consueuerunt. Sed paulò post de his. Rici homines ergò suis Militibus stipendiati tanta auctoritate incedebant, vt Regibus penè viderentur æquales. Signiferos enim ante se, ipsorum Regum more, gestabant, singulos quos vocabant *Pendones*, aut, *Señeras*, amplissima summæ eorum dignitatis Insignia, præferentes. Vnde & ipsos Ricos homines videmus in antiquis monumentis passim *Ricos hombres de Señera*, vulgari nostra lingua nuncupatos. Regibus a sidebant frequentes in consilijs. Ex communi namq. illorum præscripto Remp. administrari ius erat. Ipsi præterea, Principes quandoq. vt demonstraui, vocabantur. Eorum autem filij, *Infantes* interdum, quemadmodum & filij Regum, appellati cernuntur. Atq. inde credimus ipsorum Infancionum nomē dimanasse. Nam quo pacto ab homine hominibus, quasi pusillus homo, deriuatur: eodem prorsus ab Infantibus Infanciones, quasi Infantes inferiores, dicti fuerunt, ipsorum Militum filij. Hi enim, eorumq. posterij propriè apud nos vocantur Infanciones. Milites enim, cuiuscumq. Ordinis sint siue Ricorum hominum, siue etiam *Mesnaderiorum*, ij dicuntur tantum, qui sunt Militiæ auctoramento honestati, atq. vt vulgò loquimur, *Los que actualmente son armados Caualleros*. Vnde illud Molini in Verbo, *Infancio*. *Infanciones nascuntur apud nos; Milites verò fiunt, seu creantur. Quia sine creatione actuali, seu promotione ad Militiam, nullus potest esse Miles. Vt in For. De creatione Militum.* Itaq. Infancionum nomen inde tractum conijcio. Non enim placet, quæ ab eodem Molino traditur nominis, & generis Etymologia huiusmodi. *Descendunt Infanciones à filijs Regum, qui dum sunt in infancia constituti; non Reges, sed Infantes consueuerunt in Hispania nuncupari. Ex quibus Infantibus paulatim postea descendentes, quasi corrupto vocabulo Infanciones consuetudo Hispania appellauit.* Sed ea in re Molinus eodem, quo Vitalis, captus est errore. Vitalis enim sub tit. *De condicionem Infancionatus*. eadem quæ me paulò ante dixi prolaturum, his verbis testatur. *Regum filij dñi sunt in infancia, vel pueritia constituti, non Reges, sed Infantes consueuerunt, & præcipuè in Hispania appellari. Ex quo contingit, quod qui ex Rege genitus ad talem statum, deficiente*

ciente sibi Regno, non valcat peruenire, quod Rex dici valeat cum effectu: in ea nuncupatione remaneat, quantumcumq; processerit in aetate, quam à principio est sortitus. Unde contingit, quod tales, qui Regnum ratione originis promerentur, Regnum tamen nequeunt adipisci: Infantes, quamdiu Reges non fuerint, appellantur. Ex talibus ergò postea paulatim, Infanciones, quasi ab Infantibus genitos cōsuetudo Hispania appellauit. Qui quasi corrupto vocabulo sunt dicti Ermunij, idest immunes ab omni genere seruitutis. Haud namq; illa videtur ratio probabilis, vt æquè possit ea nostrorum Infancionum nominatio, quorum numero, ac multitudine Aragonum semper Regnum redundauit; ad Regalis prolis angustias tantum, filiorumq; Regum exiguos angulos reuocari. Non enim solius Regiæ prolis cultu tam secunda potuisset stirps seminari, quam ipsa existit Infancionum. Neq; in Hispania olim tot Regnorum stemmata viguere, ex quibus tam magna eorum oriri posset caterua: nisi fortè in vniuersas ciuitates, opida, ac domos multitudinem Regum, qui Infancionum sobolem à se gigni, & propagari curarent, inducamus. At verò Ricorum hominum filios, Infantes, antiquitus appellari solitos, præterquam quod in veteribus monumentis obseruauimus: illud existat præclarum Petri Portugalensis Comitum, quod Surita in suis Indicibus refert, testimonium. Adhæc Ricis hominibus ipsis maiorum more, institutisq; concedebatur, vt sese possent, dum ipsi vellent, à nostrorum Regum iure, & potestate, quasi nodum aliquem, expedire: neq; expedire solum, sed dimisso prius, quo potirentur, Honore, bellum ipsis inferre; modò ne contra Regis personam decertarent, ne ve eidem periculum capitis, inflammationem, aut excisionem castri molirètur. Quodcumq; enim huiusmodi oppugnationis genus inferretur; debebant penitus propulsare. Reges verò Rici hominis sic expediti uxorem, filios, familiam, res, bona, & fortunas omnes in suam recipere fidem tenebantur. Neq; vlla erat eorum vtilitatis faciendæ iactura: quinimmo, quod summum erat, & largitionis recipiendæ promissio. Poterant quoq; Rici homines, si Rex non indigeret eorum adiumento; peregrino alteri cuicumq; Regi, cum suorum Militum copijs, subsidio proficisci. Quod ipsis nullo pacto impediri poterat, nec perturbari. Porro colonos suos, quos vocabant, *Inueiros*, ab eo, quod vulgò ferebatur, *De hueste, y Caualgada*, seruitio liberabant. Erant autem hæc, vt ita dicam, duo proclamationum genera: quæ omnes ad arma confestim capienda, Regemq; stipandum compellabant. Ac posteriori quidem, vnius diei, ac intra illius regionis fines, quibus

quibus Rex adesset: priori verò, plurium dierum, & extra fines eos, pendebatur seruitium. Ad reprimendos siquidem repentinos, ac vehementes hostium impetus, si qui immittebantur in patriam; is illis temporibus parandi quamcitò nostrorum equitum, ac peditum copias melior inuentus, ac constitutus est modus. A quo cum vix vlli exempti, aut liberi censerentur: Rici homines, magni æstimabant, immunes suos habere colonos; ne arationibus agrorum desertis, solita ab ipsis exigere vectigalia nequirent. Ad bellum ire cogi non poterant, nisi id ipso Rege duce gereretur. Is enim solus ipsis præponi debebat imperator. Deniq; ita latè apud nos olim Ricorum hominum patuit potestas; vt Regibus vix subditij, sed pares viderentur, ac socij. Quod præclare, tametsi breuiter, Alfonso III. his verbis expressit, tamq; veteris illius Reipub. nostræ, ac temporum formam; dum graui-ter de subito quorundam Ricorum hominū à se discessu, præcipitiq; profectioe questus, Priorem Dominicanum, fratrem Valerium, misit, vt eos, quibus rebus posset, sibi conciliaret. Dolebat enim à se illos quorundam, vt assererat, perfidia esse distractos. Ita autè ea de re conquirebatur: quemadmodum Surita in Annalibus annotauit. *Que lo haurian desamparado los Ricos hombres, que con el estauan: creyendo boluer a lo antiguo, quando hauria en el Regno tantos Reyes, como Ricos hombres.* Tam magnum quondam Ricorum hominum nomen fuit, tam magna species, tantaq; apud nos dignitas, & amplitudo, vt ab ipsis Regibus Reges censerentur. Verum enim verò eorum duplex ratio fuit. Alteri enim Rici homines de natura dicti sunt; quorum certæ fuerunt descriptæ, ac designatæ familiæ: Rici homines autem de Mesnada alteri; quorum longior numerus fuit, & incertus. Et hi omnes quamuis postea non multum genere differre visi sunt; sed in eo ipso minimè censebantur pares. Nam Rici homines de natura habiti sunt semper antiquiores. Eosq; persuadeo mihi à duodecim illis Senioribus, qui in primo Interregno Reipub. nostræ moderatores fuerunt, originem potiùs duxisse, quam ab alienigenis, externis ve populis: tametsi video posteros nonnullos ex ipsis, in eo se potissimum gloriari, quòd nobilitatis suæ peregrinos, aut aduenas, multos post annos, habuerint auctores: cum antiquum illud, cuius initio intexuimus Tabulas, Suprarbiense Ius vetaret plenissimè, ne qui perhibentur ab eis gentiles sui, possent, si aduentitij fuissent, lautissimis patrimonijs, quæ ipsi nunc possident, impertiri. Nec caussa est vlla, meo quidè iudicio,

Ee cur ve.


cur velint, generis sui antiquitatem portentosis, aut fabulosis initijs illustrare; neq. cur etiam externam nobilitatem domesticæ nobilitati anteponant. Iam verò vt missa hæc faciamus, vtrorumq. familias, & Armorum, quæ hætenus inueniri potuerunt, Insignia statui, honestatis, & amplitudinis gratia, æquam esse annotare: vt quæ illarum laus quondam floruerit, eam, qui nunc ipsius stirpis sint, cupidius persequantur; ac quò se inspiciant ceteris familijs excellentiores, eò etiam clariora dent naturæ, atq. humanitatis indicia. Non autem ex sermone hominum recenti, sed ex Annalium vetustate eruenda hæc esset vniuscuiusq. illarum nobilitatis memoria. Sed ne ea ex meo deprompta sensu videatur, Indices sequar Suritæ: qui se eadem deprompsisse affirmabat ex priuatis cuiusdam Martini Alpartilij, egregij antiquarij, de huiusmodi argumento conscriptis monumentis. Quibuscum etiam alia vetustissimi illius D. Petri Garfiæ Cariniensæ, de quo supra feci mentionem, quæ apud nostrum D. Rudericum Zapatam, cum omnibus bonis artibus excultum virum, tum nostræ antiquitatis diligentissimum inuestigatorem, manuscripta exstant, videntur consentire. Quamquam autem à Cariniena ipso feruntur scripta: neq. enim id dubito: arbitror tamen in ea nostros ipsos Benedictum Papam, ac Martinum Regem, quod quisq. illorum potuit, contulisse in sermonibus illis, quos constat ab amobus habitos fuisse hac de re. Etenim Ann. Chr. MCCCXCVII. cum ad Auinionem conuenissent, & quadam die post cenam in præclarum hunc de antiquis nostris familijs sermonem, D. Vgone Anglesola, alijsq. sciscitantibus, incidissent: memoriæ proditur, eos veteris istius Historici volumen poposcisse tunc, illudq. diligenter euoluisse totum, & vniuersa, quæ in eo scripta fuerant, comprobasse. Atq. eo tempore ab ipsis suspicor notatiunculas, quæ exstant, fuisse ad illustrandam veritatem adhibitas: quòd vterq. eorum plurimum istius rei scientia polleret; ac quò longè ceteros ætate anteibant, eò essent ab ipsa quoq. vetustate facti peritiores. Istius verò Cariniensæ licet nobis incerta sunt tempora; tamen annis multis fuit ante ipsum Martinum Regem: atq. vt ex illius scriptis colligitur, Alfonsi Sapientis Castellani Regis ætate coniunctus. Vnde fit, vt argumentum hoc, tot grauissimorum virorum auctoritatibus illustratum, nullo egeat testimonio grauiori. Et facile credam, Carinienam hunc illius Cariniensæ gentilem fuisse, qui ipsius Benedicti Papæ cubicularius fuit. Sed præter nominis similitudinem certi nihil habeo.

Rici homi-


Rici homines igitur *de natura*, quorum certas designatas fuisse familias memorauimus; quasi maiorum gentium patricij fuere. Hi autem à scriptoribus ipsis perhibentur.

RICI HOMINES DE NATURA.


Cornelij:




Lunæ:




Lunæ:




Lunæ:




Azagræ:



Vrreæ:




Alagonij:




Romæi:




Focij:



Entenzæ:



Lizanæ.




Nobilissimæ enim Lunarum gentis, in hoc ipso Ricorum hominū *de natura* gradu, tres olim fuisse familias obseruauimus; totidè Armorū Insignibus, quæ annotantur, ac patronymicis quoq. nominibus hisce distinctas. Priores siquidè, *Martinez de Luna*; alteri, *Fernandez*, seu, *Ferrench de Luna*; posteriores autè, *Lopez de Luna*, dicti sunt. Omnes tamen ab vna, & eadè stirpe, vt mihi quidè persuadeo, profecti. At verò Azagræ singularè modestiā nefas esset silètio præterire, quam in suis inscriptionibus adhibebant. Nā cum Sanctæ Mariæ de Albarrazin, clari, & nobilis, ita vocati, opidi dominarètur; verborū pia notatione traducta, profitebātur se esse, *Vassallos de Santa Maria*, y *Señores de Albarraçin*: debitā humilitatē etiā cū amplitudine denotātes. Et in Vrrearum illu-

Ee 2 strissima


strisima gente illud idem, quod in Lunis, factitatum video. Neque enim plures, et si eiusdem gentis, familiae ab hoc Ricorum hominum *de natura* cœtu arcebantur. Siquidem cum ipsorum Vrrearum duæ quoque fuissent olim familiae præstantes, singulis ditionibus honestatæ, altera trans Iberum, & cis Iberum altera constitutis, quæ nunc sub vnus amplissimi Arandensis Comitatus titulo, & imperio comprehenduntur; tametsi ambæ ipsæ genere, & nobilitate censebantur pares: nihilominus in eodem hoc ipso Ricorum hominum *de natura* gradu, habitæ fuerunt diuersæ. vt quemadmodum Lunarum, quas diximus, tres, sic & Vrrearum duas fuisse olim præcipuas familias certum sit. Alteram autem ab altera nequaquam secreui: quod in Armorum Insignibus nulla profus in re eas inuenerim, neque etiam in Eximini illo vltimissimo ipsius gentis patronymico nomine discrepasse. Sed fit inde, vt hæc Vrrearum adhibita distinctione, quæ re veratuit; cum Ricorum hominum *de natura* duodecim fuisse familias eruamus; probabilius fit, quod paulò ante diximus: nempe Ricos homines hocce *de natura* à duodecim illis Senioribus, quibus nostræ in primo illo Interregno constitutæ Reipub. commissa fuit cura, proficisci: quandoquidem in eis adeundem etiam illum ipsum duodecim numerum species permanfit. Itaque affirmare possumus, eos non casu habitos, sed magna illa ex causa fuisse, & dignitate, & numero, iam ab ipsis Regni primordijs, definitos. At verò Rici homines, qui superioribus pæne æquales & potentia, & nobilitate ab iisdem scriptoribus memorantur; mihi quidem videntur quali minorum gentium patricijs: atque vt à prioribus distinguerentur, Rici homines *de Mesnada* appellati. Quos placet hoc loco nominare. Sunt autem hi.

RICI HOMINES DE MESNADA.

Verguæ:




Mazæ:



Tramacetij:




Atrogillij:




Antillionij:


Antillionij:



Ortizij:




Atorellia:




Ataresij:




Tizonij:




Caxalij:




Sanctacruz:




Pardi:




Castellizuelij:




Huertæ:




Podij:




Peralta:




Vidaurij:




Penia:




Sellesij:




Ahonesij:




Naja:




Benauentij:



Ayeruij:




Stadæ:



Ee 3

Calafanzij:


Calafanzij:




Espesij:



Alcalæ:



Artufellix.



Ac posteriorum huiusmodi Ricorum hominum *de Mesnada* longior, quam illorum *de natura*, ac numerus etiam tam certus non fuit. Alias enim plures ipsorum *de Mesnada* illustres, ac veteres familias obseruavi. Neq. ausus essem omnes, ex posterioribus his, Ricos homines fuisse affirmare, nisi id viderem ab eorum, quos supra dixi, auctoritate approbatum. Me enim in hanc mentem sola impulit illorum fides: quorum testimonijs, non sensu meo, quemadmodum initio sum præfatus, vniuscuiusq. familiæ gradum metiendum constitui. Sed mihi nequaquam propositum est modò de singulis earum originibus disputare. Eam enim rem arbitror ex Annaliũ monumentis, ac nostrorũ Regũ Cõmõtarijs exquirendam. Placuit autem adhiberi hunc à me perpoliendi solùm, & ornãdi huiusce operis causa laborem; ac veteres tantum Ricorũ hominum familias recẽsere, earumq. nobilitatis, quæ hætenus inuenire potui, Insignia annotare: non autem de illarũ antiquitate differere. Ea enim in re, tamquam ratis in mari immenso, nostra veheretur oratio: neq. tã explorata ea ratio est, quam videtur. Quamobrem emergam me ex his vadis: cum ceteros videã lubricã hæc quæstionẽ silẽtio præteruectos. Ricis hominibus igitur ius antiquũ erat in omnibus ciuitatibus, atq. opidis Aragonũ, maxima vectigalia pro Militibus alẽdis assignari. Quæ vocabantur Honores: quia in honorẽ, vt sæpe dictũ est, cõtẽrebantur. Hi ergò nequaquam poterãt ab vnus Rici hominis imperio abdicari, quin statim alteri Rico homini addici oporteret. Neq. verò quis eorũ poterat ad folijs Regis nutũ ab eo circulo perpetuò subduci, tametsi id Vitalis videatur attestari. Cõtrariũ enim elicitur ex antiquis legibus, ipsius tẽpore, promulgatis, quib⁹, id Regi facere, est nefas decretũ Abiudicari autẽ poterãt, si aliquis ex infra scriptis septẽ casibus incidisset: quos in hũc locũ cõferẽdos statui, quia diffusi in ipsis legibus cõtinentur. Sũt autẽ hi:

Siquis non Infancionem, aut ciuitatis immunis non ciuẽ Militiæ authoramẽto honestabat. Tũc enim Honorarijs illis iuribus, quæ alijs sui Ordinis patebant, exclusus perpetuò cẽsẽbatur. Vt in For. 1. & 2.

De crea-

De creatione Militum.

Tum:

Qui Honorem sibi commissum faciebat deteriore, seu à vectigalibus suis opidis insolita stipendia cogebat; Regis prorsus subiacebat nutui: nec deinceps vnuquam, Rege nõ libente, in circulari illo Ricorũ hominũ cõetu admittebatur, si requisitus differret, illata huiusmodi dãna resarcire. Vt in For. vnic. *De stipẽdijs, ac stipẽdiarijs.*

Tum etiam:

Si stipẽdiarias illas Militares portiones, in singulis sibi cõtributis opidis designatas, aut numero exhaustas, aut extenuatas cẽsibus sustineret; supremo illo munere spoliabatur perpetuò. Vt in For. sub. tit.

Quòd Barones Aragonũ teneantur.

Nimirum, vt fraudãdi spe omni sublata, eorum numerus integer esset, quos neruos esse Reip. statuebant. Porro autem:

Qui Regis mandata malitiosius gereret sui quæstus, aut commodi gratia, vel fortẽ negligentius, summum admisisse dedecus statuebatur, Honoremq. amittebat: dummodò id in maximi ponderis, ac momenti re esset. Si verò in vnus ad quinq. dierum seruitio defecisset à Rege; stipendiorum vnus anni mulctabatur poena. Vt in Obl. 5. 6. 7. *De condicione Infancionatus.*

Præterea:

Qui se alterius Principis fœdere obstringebat; priuabatur Honore: nisi à Rege prius veniam petiisset. Vt in Obl. 8. eod. tit.

Tunc autẽ illi venia erat necessariò danda, omnesq. illius fortunæ in Regiã fidẽ, quemadmodum exposuimus, recipiendæ. Ad hæc etiã:

Qui aduersus Regem, illiusq. ministros non eam, quæ debetur, cui subiecti sumus lege naturæ, reuerentiam adhiberet, ab omnibusq. adhibendam curaret: amissi Honoris damnabatur iudicio. Vt in Obl. 9. eod. tit.

Vsq. eò maiores nostri Regibus obtemperandum duxerunt. Solummodò enim eorum acerbitatem mitigandam; potestatem verò perpetuandam, reuerendam, ac obseruandam curarunt. Deniq.

Qui iuratus, aliquem Infancionem esse, falsò retulisset; nedum Honoris expers fiebat, sed in perpetuum seruire vectigalibus premebatur. Vt in Obl. 10. sub eod. tit.

His de causis ergò antiquo iure poterant, qui dicebantur Honores, Ricis hominibus nostris abrogari. Verum id non sat erat de solius Regis sententia decerni. Nam vniuersi Senatus oportebat, publiciq.

Ee 4 consilij

consilij decretum accedere: vt in Salanouæ scriptis apertè continetur. Qui verò ita priuabatur Honore, in Mesnaderiorū Ordinē descēdebat, nisi forsā fuisset fedissimo illo crimine falsi notatus. Tūc enim ipsi infima perpetuò plebeiorum hominū condicio impēdebat. Atqui Rex inter Ricos homines iure poterat solus, Honores illos vertere, ac mutare. Non enim eorū perennes erāt in singulis familijs cursus, nec perpetui. Et de hac Honorum inter ipsos Ricos homines mutatione Vitalis illa intelligenda sunt verba, dum ait. *Conditio autem Regis circa Ricos homines dignoscitur esse talis, vt quomodocumq. sibi placuerit, & quotiescumq. eos destituat. Qua destitutio fit, quamcitò ipse Rex verbotenus, vel per suas literas Honorem, quem pro ipso tenet Ricus homo, restitui sibi petat.* Ea enim ad id tendere videntur, vt Rex Honoraria illa iura inter Ricos homines liberè commutaret, non vt vnus priuaretur Honore, sed vt nouo alter beneficio afficeretur. Aliter enim iniqua res esset, & absurda, eū, qui summū illū fuisset amplitudinis gradū assequutus, dispoliari eodē sine caussa posse. Ad perpetuā autē illius abrogationē referri debēt Vitalis verba, quæ superioribus cōnexa sunt huiusmodi. *Qua destitutione facta, Ricus homo quātumcumq. diues, vel nobilis, etiā si plures Milites secum trahat, inter Mesnadarios computatur.* Nempe, vt qui à Ricis hominibus agitaretur, perpetuò in Mesnaderiorū cooptaretur Collegiū, ne omnibus exturbaretur fortunis, nisi in pœnam criminis falsi incidisset. Neq. aliter Vitalis sibi ipsi cōstaret: cū Ricis hominibus sua iura statuat, à Regibus auferri non licēre, nec dū filijs, nec fratribus Regū irrogari. Itaq. sic erant singulorū Ordinū munia distributa, vt nulla pars illorū excederet extra, nec quidquā de vno in aliū Ordinē posset transferri. Quinimmo statutū erat, Vt ex Honorarijs illis iuribus plus æquo nequaquam congereretur in vnū: ne ceteri, qui quondā felices, ab amicis postea circumuēti, egerent indignè. Quo pacto fiebat, vt Honores hi inter Ricos homines semper versarentur in gyrum. Iure autē poterant à suis creditoribus pro debitione pecuniæ, vt vulgò loquimur, emparari. Neq. id Regi facere nefas erat. Publicæ namq. fidei cōducit maximè, quod quisq. debeat, quamprimūm retribuere. Tunc autē Regis, qui vocabatur, Merinus ad singula quæq. mittebatur, quæ ipsi Rico homini pensitabant, opida; edicens, ne in eum paterentur quidquam ex suis illis vectigalibus redū dare, quovsque prius creditori debitū persoluisset. Ære tamen alieno liberatus, solita vectigalia exigebat. Quòd si ex crimine caussa cōstaret, eorū solutio nō poterat à Regibus impediri. Pro crimine enim, vt nostri loquebātur,

Honores

Honores emparari non poterant, nisi de publici consilij sententia: quemadmodum Salanoua interpretatur: qui totam hanc quæstionem ad commune magis iudicium, popularemq. intelligentiā accommodauit: tametsi in illius scriptis plurima desunt, ex intima monumentorum haurienda obseruatione. Ceterum summa hæc Ricorum hominum dignitas, quæ *Rica bombria* vocabatur, hereditario iure ad Ricorum hominum filios, quem quisq. optaret, perueniebat. Soluta enim ipsis erat eligendi optio: dummodò vnus tantum in alterius locum vocaretur. Plures enim institui heredes nō poterant. Sed nec optari quidem filium licebat, qui non esset ex iusto matrimonio procreatus. In nothis enim tantam hæere dignitatem noluerunt. Alij autem filij in Mesnaderiorū Ordinem adscribebātur. Atq. illos arbitror aliquādo Mesnadarios nobiles nominatos fuisse. Quorum mentio fit in declaratione Priuilegij Generalis, sub his verbis. *Item que a los Mesnadarios nobles, no sea emparada la Mesnada.* quasi eos ab alijs Mesnadarijs ea ratione distingui fas esset. Nobiles enim postea vocati sunt, qui à Ricis hominibus ducebāt genus suū. Modò tamē id Nobiliū nomē latius patet. Si verò Ricus homo decederet filijs orbatus; tunc illius Ricahombria ad eū pertinebat consanguineū, qui esset cū illo proximioribus vinculis propinquitatis cōiunctus, vel quem quisq. eorū dignitatis suæ superstite reliquisset. Quòd si quis præter Ricahombriā, obtineret Baroniam: poterat alterum ex Ricahombria, alterum ex Baroniam facere heredem: vt elicitor ex Obser. sub tit. *De conditione Infancionatus.* Ideò Molinum diximus errasse, dum omnes Barones, Ricos homines fuisse annotauit. Diuersa namq. eorum ratio fuit. Quo autem pacto distinguerentur, haud scio. Non enim tam facilè vera inueniri possunt, quàm falsa conuinci. Atqui cū Ricos homines videam in Vitali, & Salanoua, atq. adeò in nonnullis ex nostris ipsis legibus, Barones sæpius appellatos, quasi nihil distulerint inter se, contrarium autem ex his, quæ diximus, & aliunde etiam eruatur: persuadeo mihi, aliquamdiu apud nos eas nominationes nec nimis diuersas, nec vllō modo fuisse coniunctas. Ac nunc quidem Baronum nomen latius patet, ad multosq. pertinet, qui neq. sunt patricij, neq. à patricijs profecti. Mihi verò maius quiddam sonuisse videtur Ricorū hominū nomē, quā Baronū: sicq. statuo, vt natura finxerit Ricos homines, Barones postea à Regibus facti sint. Ricos homines enim vna cū Regno, & Regibus ortos esse, nō dubito: quinimmo, & ab ipsis Ricis hominibus, & verò præcipuè ab his, qui de natura sunt dicti, eorumve maioribus,

Regnum,

Regnum ac Reges olim constitutos. Neq. verò, quòd natura finxerit Ricos homines, omnino leui pēdet coniectura. Hinc namq. vetus illa, atq. vsitata exceptio processit, quam notauimus, dum ad distinguendos ipsorum inter ipsos Ricorum hominum ordines, ac status, quibus aliquamdiu redundare cœperat Regnum nostrum; patricos illos maiorum gentium, vulgaris, & corrupta nostrorum hominum loquendi consuetudo, *Ricos hombres de Natura*, appellabat: quòd eos ad tantum honorem natura ipsa, non autem vlla Regum beneficentia extulisset. Quorum tamen certæ erant, ac debebant esse, superiores illæ à nobis supra descriptæ, ac designatæ familiæ, quibus tantummodò, nec alijs prorsus, Honores omnes assignari ius erat: sed tamen in eum locū Reges ipsi paulatim alias nouas familias immiserunt, ex Palatinis, & Mesnadarijs adscitas: quæ veteribus inculcatæ, nonmodò illas antiquo suo nomine amplissimo, ac proprio, sed Honoraria ea societate fraudabant: quippe quia, & Rici homines vocabantur, & plerumq. ipsis illis amplissimis Honorum à Regibus afficiebantur muneribus. Verùm hi ad priorum dissimilitudinem, quòd ex Mesnadarijs adscirentur; *Ricos hombres de Mesnada*, vt diximus, dicti sunt. Propter eà priores contendebant, neq. à Regibus inferi potuisse posteriores, nec eo nomine afficiendos, quo affecissent. Negabant enim quidquam vlli extra eorum Ordinem, ac numerum decerni licere. Qua de re vetus illa Honoraria, vt ita dicam, lex lata fuit, quæ nunc existat, sub tit. *De cauallerijs*. Ea enim, id à Rege fieri, his verbis vetabat. *In primis: Quòd ipse, vel successores eiusdem de cetero non donent terram, siue Honorem alicui homini, nisi illi tantum, qui ex natura debet esse Ricus homo, & quòd non sit de alieno Regno*. Vnde etiam expugnato postea Valentino Regno, Ricis hominibus nostris de suo iure multæ, & magnæ fuerunt cum Iacobo Rege contentiones. Instabant enim, atq. vrgebant, vniuersum illud Valentinum Regnum, eorum ope in Regis ditionem, imperiumq. redactum, singulis suarum patribus familiarū solito illo apud nos Honorario iure distribui debere. Rex autem è contrario contendebat; longissimè diuersam habendam esse rationem. Quæ controuersia tunc demum sedata fuit, cum Ricis hominibus ijs ex nostris, qui ea de re vehementiùs disceptabant; lauta nonnulla illius Regni opida contributa fuere: plurimæq. in eo stipendiariæ portiones ad nostrarum instar pro Militibus sustinendis designatæ. Eas tamen non *Cauallerias de Honor*, sed paululùm mutato nomine, *Cauallerias de Conquista* nuncuparunt. De his autem plura à nobis in Iacobi Regis I. rerum narratione.


narratione: De hoc igitur nouorum Ricorum hominum creando- rum more, qui à Regibus induci consueuerat, Vitalis illa intelligenda sunt verba. *Quinimmo etsi dominus Rex tales extraneos inter Ricos homines numeret, & Honorem Ricis hominibus debitum eis exhibet; iniuriam nullam facit*. Quæ non ad vtilitatem, sed ad dignitatem referenda esse apertè colligitur ex his, quæ statim subiunguntur. *Interest enim tam Regis, quàm Ricorum hominum, & omnium Aragonensium, Regem multos habere Ricos homines, vel Barones: dummodo naturales Aragonia stipendijs sibi debitis non fraudentur*. Ac si maiorum gētium patricij illi, Rici homines de natura, factam eam aliorum hominum in Ordinem suum inductionem eo pacto, ac lege sustinerent; modò ipsi solitis commodis spoliarentur nequaquam, tamen posteriores nominis, ac dignitatis suæ participes fierent. Cùm verò postea acerrimæ quoq. controuersiæ orirentur de huiusmodi Ricis hominibus cooptandis, quòd interdum ex inferiori Ordine adscirentur; decretum fuit: vt ex Mesnadarijs tantum eos cooptari liceret; neve quis aliunde assumeretur extrinsecus. Quod apertè declarat Vitalis, dum ait. *Hos autem Ricos homines creare, vel assumere Rex de Mesnadarijs naturalibus de Aragonia debet*. Vnde ea Ricorum hominum de natura, & de Mesnada adhiberi solita est in quotidianis sermonibus crebrior distinctio: vt vniuscuiusq. illorum generis antiquitatem apertè idem ipse quotidianus loquendi sermo indicaret. Verumtamen omnia ista iuraplerumq. Reges peruertebant, Honores illos non solum nouis, sed peregrinis etiam hominibus deferentes. Iam verò Honores hi comuni Militum commodo inseruiebant. Quorum singulas eas stipendiarias portiones, *Cauallerias*, appellabant. Hæ autem olim, genere quatuor fuere; vt elicitur ex For. *A la multiplicacion tit. De Cauallerijs*. Quasdam enim, *Cauallerias de Honor*, vocabant: alias, *Cauallerias de Mesnada*: *Cauallerias acostubradas dar como de Honor*, nonnullas: postremas verò, *Cauallerias acostubradas dar como de Mesnada*. Eadè namq. officia, diuersa adiuncta ratione, disparibus Ordinibus tribuebantur. Res autem cogit, vt efferantur vulgari sermone. Latine namq. redita subagreste quiddam sonaret, ac subrusticum; nec eam, quam quærimus, nostrarum rerum antiquitatem olèrent. *Cauallerias* quidem de Honor, (vt sigillatim vnamquamq. rem attingamus) stipendia illa nominabant, quibus Rici homines Milites suos, vel Militum filios, Infanciones vocatos, afficiebant. Eis enim dari poterant, ac debebant: dabanturq. vel in pecunia, vel in fructibus, aut vacuis possessionibus, vt cuiq.

cuiq. Rico homini libitum erat. Ab eo autem, quod vectigalia Ricorum hominum, Honores, sunt vocata: & ipsa etiam alimentaria Militum, ac Infancionum stipendia, quia in eisdem illis Honoribus decernebantur; *Cauallerias de Honor*, vocari consueuerunt. Atverò earum ratio duplex fuit. Quædam enim vocabantur antiquæ; aliæ recentiores: quibus nominibus suum unicuiq. designabatur Regibus munus feruendi. Recentioribus quidem, qui ex nostris potiebantur; trimestre quotannis seruitium ad arma vocati dependebant. Antiquis autem, menstrui tantum spatij erat ipsis actio constituta. Quam maiores nostri Latinè etiam loquentes, *Mensatam* appellabant: & facere *Mensatam*, illud vnus mensis, quod pendere cogebantur, seruitium. De quo verba illa accipienda sunt Priuilegij generalis. col. 1. *Item, que los Ricos hombres de la Mesada* (Ita enim in manuscriptis codicibus continetur) *que han a seruir al Señor Rey, que sean contados en aquel mes los dias de la yda, è de la tornada: daqui aqui sean tornados en lures casis. Y aquello misino sia de los Caualleros, que ternan Honores de los Ricos hombres.* In excusis enim deprauatè legitur *de la Mesnada*. Sed *Mesada* legendum esse, ex ipsius orationis sensu percipitur. Nam vt omnia cohæreant inter se, postrema ex eis duci oportet, quæ priùs dicta fuère. Dum igitur ait, *que han a seruir al Señor Rey*, & paulò post, *que sean contados en aquel mes*, apertè colligitur, mensis antea fuisse, non *Mesnatae* factam mentionem: vt tametsi manuscripti codices mendum hoc nequaquàm corrigerent; ipsa eadem spinosa, & exilis vulgaris oratio ansas daret, quibus reconditum hunc sensum teneremus. Itaq. maiores nostri varijs his nominibus, quasi iuris norma, ac præscripto, dilucidè, & seuerè officiorum omnium momenta distinguebant. Sic enim erant Militares huiusmodi portiones designatæ non solùm numero, sed etiam ratione; vt quid quemq. Ricum hominem Regibus, & quid quemq. Militem, aut Infancionem Ricis hominibus præstare oporteret, notum esset maximè, & vulgatum. Eas autem in nostrates Milites, ac Infanciones cõferri ius erat. Vetus enim illa præcipua Suprarbiensis lex alienigenas hisce Honoribus frui vebat plenissimè. Neq. verò hi Milites, ac Infanciones poterant, nisi pro vadimonio deserto à Ricis hominibus exauthorari. Nam, vt veteres nostri loquebantur, non ad Ricorum hominum nutum, sed simpliciter, Militaria illa stipendia eis assignari licebat: vt quo iure Rici homines cum Regibus ipsis, eodem etiam & Milites, ac Infanciones cum Ricis hominibus vterentur. Atq. hac vna in re *Caualleriæ de Honor* à *Caualle-*


à *Cauallerijs de Mesnada* differebāt: præterquàm quòd erant dignitate, & gradibus inferiores. *Cauallerias* enim *de Mesnada* vocabant, singulas eas stipendiarias portiones, quas Reges de Regalis patrimonij subsidijs, domesticis suis, ac Palatinis hominibus impartiebant: siue ij essent Nobiles, siue etiam Milites, siue etiam Infanciones. Triplex enim ea *Mesnaderiorum* quondam ratio fuit. Nequaquàm autem illorum certæ erant, aut designatæ familiæ. Liberè enim poterant Reges, quem quisq. vellet, in eo dignitatis gradu collocare; modò ex tribus his ordinibus adsciretur. Nihilominus tamen in eo ipso gradu fuère *Mesnaderij* nonnulli, ceteris sui Ordinis genere, ac dignitate illustriores. Hi autem ab eodem *Surita*, & *Alpartilio*, ceterisq. alijs antiquarijs, describuntur.

MESNADERII.


Fontouæ:




Pinæ:




Alberij:




Cudales:




Pomarij:



Lirij:




Vallimanæ:




Curreæ:




Valtorresij:



Abarcæ:




Embunij:




Ff

Azlorij:


Azlorij:




Touia:




Rueda:




Vrrozij:




Funefij:




Lihorrij:



Zapata:




Vrriesij:



Lanuza:



Veræ.



Et mihi quidem non valde placet adhibitus iste ordo in his enumerandis nostrorum Mesnaderiorum familijs. Nonnullas enim præteritas video; alias retropositas, & locatas: quas ego prioribus libenter anteferrem. Nec me fugit Hieronymum Suritam in priuatis monumentis suis testatum reliquisse, Valtorresios, eisdem prorsus cum Zapatis esse. Ego verò cum ex ipsis Zapatis alios videam, Zapatas de Thous; de Calahorra; de Alfaro; de Valtorrés; de Cintruenygo; de Alcolea; & alios etiam de Cadret; his siquidem varijs cognominibus appellatos: potiùs dicerem, Zapatarum gentem, quòd in plures esset familias diffusa, ad internoscendam vnamquamq. earum, singulas hæc cognominum notas, à singulis hæc opidis sumptas, adiunxisse. Idedq. qui ex eis Valtorresij opido, à Bil-

bili non

bili non longè, sunt potiti (eos namq. fuisse illo diu potitos constat) Zapatas de Valtorres fuisse dictos: & quandoq. Valtorresios simpliciter appellatos, ad illorum similitudinem prorsus, qui apud Valentinus, cum ex eadem Zapatarum gente sint, gentilitium ipsum supprimentes nomen, *Perez de Calatayud*, tantummodò dicuntur. Neq. etiam dubito, quin Zapatae ipsi eadem omnino Armorum Insignia non omnes gestarint; sed aut numero, aut qualitate diuersa: nempe vt qui cognominibus inter se, Insignibus quoq. voluerint differre. Ac Valtorresios quidem ea, quæ eisdem tribuimus, Insignia gestasse, ex veteribus sepulchris colligitur. Et verò Zapatae de Cadret quæ Insignia gestarint, dicam, quod sentio, dum infra illius Ioannis Zapatae, qui Iustitia Aragonum fuit, vitam attingam. Eum namq. ex eadem hac ipsa Zapatarum gente fuisse, perspicua res est: tametsi interdum inuenio hæc omnia in dissimilem rationem mutata. Verumtamen iam initio scripsi, me hac in re Suritam, Alpartilium, & antiquarium illum Garfiã, sequitur. Nam etsi ego, quid ipsi in ea sint sequuti, non perspicio: iccirco minus existimo, quidquã eos nisi aliqua ratione non fecisse. Hæ igitur clarissimæ sunt, quæ ab hisce scriptoribus veterum Mesnadariorum, seu Mesnaderiorum (quod idè est) familiæ memorantur. Quibus quæ à Regibus assignabantur vectigalia, Cauallerias de Mesnada nuncupabant. Regio autè nutu pendebant prorsus. Quæ tandem magna, vt diximus, erat inter Cauallerias de Honor, & Cauallerias de Mesnada differentia: cum has ad libitum conferri fas esset, illas autem nequaquam. Postea tamen hæc omnis ratio plerumq. solita est traduci, & conuerti. Caualleriæ enim de Mesnada interdum in Honorem, idest, immutabiles, ac perennes conferri consueuerunt: & è conuerso Caualleriæ de Honor, ac si essent de Mesnada, ad nutum assignari. Et profectò totus ille ambitus verborum, *acostumbradas dar como de Honor*, seu, *acostumbradas dar como de Mesnada*, nihil aliud, nisi hanc vniuscuiusq. illarum mutabilitatem, vel immutabilitatem indicabat: vt quæ vnius generis erant, ad alterius generis rationem collatæ, adhibita illa verborum traductione, notarentur. Vnde hodiernis temporibus Mesnaderios Milites videmus nonnullos, qui præscam hanc istius differentiæ notationem in suis Inscriptionibus præseferunt; se cum alioquin ex Mesnaderiorum Ordine sint, Honoris lautorum opidorum dominos nuncupantes: quasi ea sibi, ac maioribus suis eo pacto declarent non ad Regum nutum, vt Mesnaderijs conferri ius erat; sed in Honorem fuisse, Ricorum hominum

more, contributa. Quæ enim re differebant, nomine etiam distare voluerunt. Nec tamen hæc ita stricta erant, ut ea Reges cum volebant, plerumq. non laxarent. Cumq. ob eam causam multis modis confusa versarentur: publica postea lege. *Ala confirmacion, tit. De Cavalierijs.* decretum fuit, ut in genus quodq. suum digererentur discretè. Quoniam autem sæpenumerò vectigalibus locis immunitas dabatur à Regibus Militarum huiusmodi stipendiorum; quibus ademptis, nihil aliud sperandum videbatur, nisi ut Resp. suis nervis incisus debilitata relinqueretur, & soluta lege vnica sub tit. *De diminutione Cavalieriarum.* edictum fuit, ne attenuari illa possent, neve imminui. Interdum enim necesse erat, bellicæ rei gerendæ rationem ciuiliū legum præceptis sustinere. Hinc autem fiebat, ut cum certissima hæc essent militibus nostris proposita præmia; non dubitarent quibusuis se offerre pro patria periculis: eratq. omnino, dum præliabantur, præclarum illud insitum in eis: *A V T* vincere, aut emori. Quod si belligerando necabantur; in meliori erant causa, & conditione, quam si domi locupletes senes remansissent. Eorum verò, qui imperatores, duces, arcium præfecti, nauarchi fuerant; sepelire corpora nequaquam licebat, quin prius declararet Rex, officio, ac muneri, quod quisq. illorum sustinisset, satis factum esse: præstitamq. sibi in eo ab vno quoq. fidem, sollemni decreto interposito, liberaret: nimirum ut qui fraudem, aut scelus commisisset, honore sepulturæ careret. Tot modis, institutisq. maiores nostri præclaram, qua nunc fruimur, libertatem stabilierunt, omnem rationem, assiduamq. & perpetuam curam, ac laborem in id potissimum adhibentes, ut omnes nostrorum hominum Ordines, ac status, & Reges ipsi, quasi membra suo quoq. loco locata, singulis sibi muneribus assignatis, sine vlla, si fieri posset, aliorum Ordinum iactura, æquabiliter fungerentur; sicq. libera esset, & non sollicita nimis, aut anxiosa sui cuiusq. custodia. In quo demum tota Reip. nostræ temperatio consistit. Sed iam, hæc omnia partim ipsa vetustate consenuerunt, partim nouis ritibus sunt sublata. Et verò prisca hæc tanta seueritas, desertaq. illa, & inculta vita, quando dies, noctesq. nostri armati concurrabant, ac in bello, & Maurorum sanguine assidui versabantur; verè quidem parsimoniam, fortitudinis, temperantiam, cæterarumq. virtutum omnium magistra fuit. In qua maleficia, ac scelera, quæ nunc in otiosa hac nostra, vmbatili, & delicata gignuntur; gigni non solebāt: quin immo ita tunc æqualiter omnes omni genere virtutum florere; ut egregia hæc laus videatur

non

nō hominum solum, verum illorum etiam temporum fuisse. Ceterum quæ de antiquis nostrorum hominum, atq. huiusmodi etiam familiarum nominibus dicenda constitui, postea explicabo, dum exponam prius, quænam sit Iustitiæ Aragonum Magistratus vis, ac potestas: de quibus, ut agatur hoc loco, ordo ipse postulat rationis. Eò enim spectat totus hic à me tam diffusè habitus sermo de Ricorum hominum dignitate; ut mirari desinamus, quod ea vigente, tamdiu Magistratus quasi diuturno somno consopitus exstiterit; cum Ricorum hominum seuerum imperium non Magistratus solum, sed vim quoq. ipsius Regiæ potestatis obsideret. Erant enim publici consilij principes, & bellicarum omnium rerum transactores, ardua quæq. alia negotia gerentes: quibus Regia semper Curia patebat: quorum commodis maximè seruibant opida, ac ciuitates: qui ad instituendum Regnum grauissimi auctores: ad comparandum fidelissimi socij: ad rem autem perficiendam adiutores fortissimi ab ipsis Regibus censebantur: quos deniq. non canis, non rugæ, non diuitiarum cumulus ad summam eam extulerant Seniorum, ac Ricorum hominum dignitatem, sed summus virtutis splendor, generisq. ac nobilitatis amplitudo; qua magis inter ceteros omnes eminebant. Sed iidem ipsi, qui constituti fuerant patriæ libertatis defensores; eandem plerumq. proterebant, & conculcabant, priuata potius ducentes officium dirigi, quam publica utilitate licere. Ex quo enim tempore, Regibus fas erat crebras illas facere inter ipsos Ricos homines Honorum mutationes: facillimè propter suum quisq. emolumentum violari alterius commodum patiebatur. At verò dum se simul omnes inspexerunt suis opibus, ac potentia, vno, & eodem tempore, à Petro II. Rege, quamprimùm regnare cœpit, quemadmodum retulimus, spoliatos; quamuis protinus fuerunt in pristinum statum restituti; nihilominus intimis sensibus angebantur, se eodem modo posse restitutos labefactari timentes, quo antea stantes acerrimus ille Regis impetus perculisset. Propterea statuerunt, communem eorum rem meliore in loco esse ponendam; optimèq. cum ipsis actum iri, si aliqua eisdem tribuerentur opida deinceps, quæ non Honorario illo, & communi, sed proprio vniuscuiusq. & priuato iure, sibi, ac posteris hereditaria manerent: tametsi de maxima eorum dignitate detraherentur nonnulla. Quod Reges libenter concesserunt. Sed cum nihil tunc de tumultuosa Vnionis potestate detractum fuisset; quin potius de-

Ff 3 cretum,

cretum, vt in subsidium libertatis suas esset integerrimas vires habitura: Rici homines ipsi, solito suo soluto, ac libero motu, intempestiuè plerumq. vniuersum Regnum ad experiundos ipsius Vnionis nervos incitabant: quippe quia, commota ea, videbantur sibi in pristinā dignitatem restituti. Hæc autem rei gerendæ ratio cùm bellicas passim propagaret de publico iure cum Regibus cōtentiones, obidq. quòd ipsam libertatem in præcipitem locum quandoq. ferebat, funditus tolleretur: sublata Vnione, Ricorum hominum in Rep. administranda concidit penitus, ac defecit auctoritas. A quo tempore noster iste florescere cœpit Magistratus, & antiquæ illius potestatis stirps nouis legibus, ac institutis firmari. Tunc enim plurima in eum præsidia, atq. ornamenta congesta fuere; quibus firmioribus opibus nixus fuit, ijs scilicet, quibus fas erat, vt æquè, & temperatè frequens Regum posset intempestiuis conatibus obuiam ire: neq. eos gladijs, aut ferro, sed legibus, ac iure prohiberet. Quo pacto commodius, ac decentius fuit omnibus Regum, ac Regni consultum fortunis. Atq. hoc est, quamobrem hæc omnia commemorarim hoc loco. Non enim minuunt, sed potiùs augent istius Magistratus dignitatem: cùm omnia quæq. fiunt, quæq. constituuntur grauisima, natura ipsa consueuerit lenioribus semper principijs prætexere. Propositum itaq. aggrediar de illius potestate sermonem, non vt legum peritus, sed vt nostrarum tantummodò rerum officiosus, & cupidus explicator. Hæc enim ad aurium voluptatem, non ad iudiciorum certamen scribenda suscepi.

De Magistratus Iustitiæ Aragonum potestate, & vi.

QVEMADMODVM igitur ex interuallis coniunctis imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, ipsorū orbium impulsus sonum efficit rectum, & æqualem: sic proprium istius nostri Magistratus est munus, ita acuta cum grauibus temperare, vt Regis, ac Regni æquabilis concentus efficiatur. Iam enim apud nos sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, singulaq. vnicuiq. iura definita vel legibus, vel consuetudine, vel concessis; quorū nec Regibus, nec Regno fas est vniquam egredi cancellos: nempe quia maiores nostri semper iudicarunt

dicarunt, in eò Regno, quod legibus teneatur, à legibus discedi nefas esse; quinimmo omnes scriptis legibus, ac Regnis deinctos esse oportere. Qua in re videntur nostræ Reip. formam ad præclaram illam, principem Gothorum legem, à Rege Flauio Recefuinto latam, direxisse; qua expressè cautū, & prouisum fuit, vt tam Regia potestas, quàm vniuersitas populorum reuerentiæ legum subiaceret. Sed ratio hæc apud nos ita temperata est, vt cùm ad id populum premat necessitas, Principem ipsum voluntas. Neq. verò visum fuit nostris, æquè in nostra Rep. sustinendum, quod in alijs prouincijs passim fit, vt Magistratus nos stantes circumscribant, iubeantq. præstare, priusquam ex illa circumscriptione excedamus. Fuit enim longè à nostrorum sensibus semper abhorrens extraordinarium eiusmodi, seuerumq. ac ventosum imperium: maiorum autem more comparatum, vt in Iudicijs æqua seueritas æqua cum humanitate iungatur: neq. solum, vt leges populo, verum vt ipsis etiam Magistratibus præfint. Vnde verè dici potest, leges nobis esse loquentes; mutos autem earum ministros Magistratus. Itaq. Iustitiæ Aragonum munus est, attentum animum ad legum conseruationem tenere, ne quid fortè discrepet: sed in quoq. genere, vt præscriptio, & téperatio ab ipsis legibus tradita teneatur. Atq. eò etiam id magis, quò maior, & melior est huiusmodi actionum concentus, quàm sonorum. Quod si vlla accidit de legibus ipsis dubitatio: Iustitiæ Aragonum partes sunt, an rei, de qua querimus, interdictum, actio ve in legis mentem venerit, vel non venerit, declarare. In eo autem, quod ab ipso fuerit definitum; stare omnes, ius est decretum. Dant enim leges eidem integram hanc earundem interpretandi potestatem. De qua Molinus in suo Repertorio hæc annotauit. Nam hoc loco non nisi res notas, ac peruulgatas proferendas constitui. *Fororū dubia potest decidere, & declarare Iustitia Aragonum: & eius declarationi est standum; & illa debet sequi.* Et idem paulo post. *Determinationes, quæ fiunt concorditer in Consilio Iustitiæ Aragonum super dubio Fori, sunt tamquam Fori sequenda in decisionibus causarum; & aliquando non solent esse minoris auctoritatis, quàm ipsi Fori. Et ista est vna de magnis præeminentijs, quam habet Iustitia Aragonum. Vnde omnes Officiales dubitantes de Foro, vsu, consuetudine, & libertatibus Regni, debent consulere Iustitiam Aragonum, & sequi eius responsum. Vt in For. prim. & secundo. Quod in dubijs non crasis. Quinimmo Reges Aragonum dubitantes aliquid, an possint facere de Foro, consueuerunt consulere Iustitiam Aragonum.*

De quo vide in Obser. finali. tit. Quod in assignationibus. fol. 12. & in Obser. 3. De Privilegio Generali. Et alibi idem Molinus hæc etiam subiunxit. Ad Iustitiam Aragonum pertinet declarare, an litera domini Regis, vel Primogeniti directæ suis Officialibus sint defasorata, vel contra libertates Regni, vel non; & an eis sit obediendum, vel non; & an earum virtute debeat procedi, vel supersederi: Ut in For. primo. tit. De Juramento prestando. Et ista est una de præminentijs Iustitiæ Aragoniæ: Quoniam autem Molinus perhibet à nostris Regibus olim Iustitias Aragonum consuli fuisse solitos de Regni legibus, & libertatibus; quò illius testimonium (etsi his de rebus graue per se est, ac grauissimum) adhibitis exemplis comprobetur: libet duo nunc annexere responsa, quæ ab ipso illo, quem toties nominauimus. Salanoua Iustitia Aragonum, reddita fuere Jacobo Regi II. per publicas, vt apparet, literas eundem de publico iure consulenti. Eo enim vtemur teste, & auctore, in cuius monumentis dilucidior, vt sæpe diximus, vetustæ nostræ disciplinæ ratio reperitur. Et libuisset ipsas illas prætexere modò eiusdem Regis consultationes, si exstarent. Sed eas inuenire non potui. Salanouæ autem responsa sunt huiusmodi.

Serenissimo, ac magnifico Domino, Domino Jacobo Dei gratia Regi Aragonum, Sardinia, & Corsica, Comiti Barcinona, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vexillario amictato, & Capitaneo Generali, Eximius Petri de Salanoua Iustitia Aragonum, manuum, & pedum oscula, se in eius gratiam commendando. Querit vestra Celsitudo me vestras literas recepisse super facto cuiusdam presbyteri, qui per custodes ciuitatis Jacca de nocte fuit captus, & per populum dictæ ciuitatis eadem nocte fuit in furca suspensus, iuris, & Fori ordine prætermisso, in contemptum Regiæ Maiestatis, & iniuriam Ecclesiasticæ libertatis. Et quòd intenditis, quòd tã enormis excessus nõ remaneat impunitus. Quibus quidẽ literis mihi mãdastis, vt viso transumpto litera Reuerendi domini Episcopi Oscensis super prædictis vobis missa, & habito tractatu, & collatione cū Procuratore ad caussas, & alijs quibus mihi videretur, vobis significare deberem, & consiliare: quæ liter secundum Forum sit in dicto negotio procedendum. Et ego omnibus præmissis visis, & intellectis, & habita collatione iuxta mandatũ vestrum prædictũ, vobis significo meum intentum. Et primo sciatis Domine: Quòd in Aragonia Inquisitionem non habemus, nisi cõtra vestros Officiales: & talis excessus, sicut alij excessus, secundum Forum, & etiam secundum ius debent ordine iudiciario puniri. Ut innuit Forus Aragonum in Carta Pacis. & in tit. De proditoribus. c. prim. in fin. & in multis alijs. Et concordant

concordant hic iura. Ex. De iniurijs. c. olim. & Extra. De pœnis. c. 2. & extra. De sententia excommuni. c. perpendimus: cum multis similibus, quæ iura de simili casu loquuntur. Et sic de prædicto excessu potest conqueri procurator vester nomine vestro. Possunt etiam conqueri consanguinei Presbyteri antedicti. Et si procurator vester voluerit conqueri, & negotium prosequi, possunt malefactores debita pœna puniri. Vel si Procurator Episcopi, vel consanguinei Presbyteri voluerint conqueri; illud idem. Nam bene recolat Dominatio Vestra, qualiter illi, qui fecerunt in Regno Valentia extemam, in Regno Aragonum secundum Forum Aragonia per vos fuerunt castigati. Quia iustitia corporalis, seu extema ad vos spectant: & non debent fieri nisi per Iustitias vestras, vel illos, qui merum imperium habent in locis suis. Potest etiam conqueri procurator Episcopi. Quia quilibet Prælatus potest conqueri de iniuria facta Ecclesiastico suo. Ut Extra. de pœnis. Cap. 2. Non tamen alij.

Cùmq. hæc ad ciuilium legum pertineant rationem: quæ sequuntur, ad ea, quæ de militum protulimus stipendijs. Sed nec ista omnia eiusmodi sunt, quin mihi confusiùs scripta videantur; siue quòd mutila existant, siue etiam mendosa: vt omittam barbariam forensẽ, quæ mirum in modum veteres nostros ipsarum legum interpretes infuscauit. Ita autem Salanouam respondisse apparet eidem Regi de stipendiarijs assignationibus sciscitanti.

Serenissimo, ac magnifico Domino, Domino Jacobo Dei gratia Regi Aragonum, Sardinia, & Corsica, Comiti Barcinona, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vexillario amictato, & Capitaneo Generali, Eximius Petri de Salanoua Iustitia Aragonum, manuum, & pedum oscula, se in eius gratiam commendando. Recepi Domine Vestras literas, quibus continebatur: Quòd sine Monetatico locorum Regni Aragonum sunt aliqua assignationes factæ in generali, alia super Merinatibus, alia verò in speciali super terris, & locis. Et mandastis mihi in eisdem literis, quòd in continenti per latorem ipsarum cum litera mea vos certificare curarem: vtrum assignationes in specialibus locis super Monetatico factæ, licet alia assignationes factæ in generali sint, prioribus tempore debeant anteferri, necne. Atq. Excellentia vestra respondeo; Quòd in assignationibus factis respicimus temporis prioritatem. Et hoc Forus nouus per vos editus in prima generali Curia Casarugustæ habita manifestè declarat: ex quo dicit: super Monetatico specialis assignatio censetur, ac si super certo loco esset facta assignatio. Hoc tamen attendendum est. Quòd qui habet assignationẽ super Monetatico in generali, vel super Merinatu in generali, non potest exigere,

exigere, nec petere Monetaticum vnius loci. Sed collectores omnes Regni debent soluere illi, qui habet assignationē generalem. Et similiter si multi sunt collectores Merinatus, omnes debent soluere in illa assignatione. Quibus assignationibus persolutis, si aliquid superficeret, debet solui illi, qui habet speciales assignationes in certis locis, ex quo sunt ultimi in assignationibus. Cetera desiderantur. Neq. verò aut Iustitiæ signum, aut dies appositus continetur. Et hæc eadem verbain Obl. ult. sub tit. *Quod in assignationibus*. suppressio tamen istius Iustitiæ nomine referuntur. Verum id ad nostrum institutum nihil pertinet; cum hoc loco nullius rei, nisi exempli causâ, sumantur, vt eorum appositione exploratum illud, quod diximus, de nostri Magistratus potestate Michaëlis del Molino testimonium comprobetur. At verò quæ à Salanoua de prohibita Inquisitione tradita sunt, nequaquam de ea intelligenda, quæ aduersus Christianæ Fidei hostes à Catholico Rege Ferdinando religiosissimè fuit, vt suo loco diximus, constituta; eodemq. ipso proprio, splendido, ac in toto orbe terrarum clarissimo Sancti Officij Inquisitionis nomine signata. Etenim ea, pro Dei benignitate, amplissimo in honore est apud nos; vt pote quæ fuit primi illius Sancti Inquisitoris sanguine, quasi firmissimo cœmento, stabilita. De illa autem loquutus est, quæ vulgari lingua, *Enquesta*, apud nos; Castellæ autem, *Pesquisa*, nuncupatur. Eam enim iura nostra plenissimè vetât: neq. vt quidquam fiat, nisi ad illius, cuius principaliter interest, vt loquimur, instantiam: nempe quia maiores nostri voluerunt, sui quemq. iuris, & dimittendi, & retinendi esse dominum: idq. nervos esse, atq. artus libertatis. Vt ad propositum igitur reuertamur, iuris nostri interpretatio ad Iustitiæ Aragonum Magistratum spectat. Quem antiqui Reges libentibus animis consulebant, vt quæq. fierent, eo auctore fierent, cuius auctoritatis neminem posset pœnitere. Vnde eidem optimè conuenire videtur, quod Pythium Apollinem apud Ennium dixisse proditur: *Eum se esse, à quo Reges, & populi, & omnes sui Ciues iudicium exquirant, suarum rerum dubij, atq. incerti*. Iam verò de magna illa iurisdicundi facultate, vt inter Regem, ac Regnum Magistratus hic, quasi murus quidam, interfit; hæc idem Molinus testata reliquit. *In factis domini Regis Iustitia Aragonum est Iudex peculiaris, & nullus alius se potest intromittere: In tantum, Quòd Iustitia Aragonum potest inhibere Primogenitum domini Regis, seu Governatorem, & eius vices gerentem, & omnes alios quoscumq. Iudices ordinarios, & delegatos, ne de dictis factis domini*

mini Regis se intromittant. A quibus dicta inhibitiones Iustitiæ Aragonum sunt obtemperanda. Alias si non obediunt illas, incurrunt in pœnis Officialium delinquentium contra Forum. Vide in For. Vnic. tit. *Quòd inhibitiones Iustitiæ Aragonum*. fol. 24. Nec est mirandum de hoc, *Quòd Iustitia Aragonum in factis domini Regis habeat iurisdictionem in dominum Regem: cum hoc sit specialiter, & expresse pactatum, & conuentum inter dominum Regem, & Aragonenses, tempore quo fuit creatus, assumptus, seu dictus Rex*. Atqui dum interdicit, ea semper vtitur moderatione, vt *Ex parte domini Regis* interdicit. Hæc enim suorum omnium interdictorum est formula: vt ad Regis, ministrorumq. cohibendam iram non alterius imperium videatur, præterquam ipsius tantummodò Regis edictum accessisse; sed quasi iratus Rex à semetipso solùm, sedato, & non irato, compescatur. Neq. verò Iudices nostri, quamtumuis erecti, perfractarum legum crimine accersiti, (hi enim sunt, qui Officiales delinquentes appellantur) effugere possunt vlllo modo animaduersionem istius Magistratus censoriam. Nam, vt eadem Molini verba subiungam: *Quando agitur contra Officiale delinquentem per viam accusationis directæ, accusando eum, tamquam Officiale delinquentem, non potest Officialis accusari, nisi coram Iustitia Aragonum. Quia cognoscere de causis Officialium delinquentium per viam accusationis directæ, tantum pertinet ad Iustitiam Aragonum. Et proceditur contra Officiales delinquentes per Iustitiam Aragonum breuiter, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Vt in For. 3. tit. Quòd in dubijs non crassis. Et in For. vnic. tit. De prohibitis auerijs*. Quòd si ea fuerit contracta culpa, vt pœna ipsa capitalis sit; capitis etiam iudicium esse potest. Est præterea Iustitia Aragonum, exemptorum, vt loquimur, Iudex: ne cui delinquendi illecebra sit, illa ipsa impunitatis spes. Est quoq. qui ad Regum stringendam Iureiurando fidem quasi quidam interponitur nodus, & vinculum. In eius enim certa iam verba, vsitata, & lectissima Reges, ac Primogeniti, & qui pro Rege munus perfunctur, tenentur iurare: quemadmodum publica lege sub tit. *Coram quibus*. cautum est his verbis. *DE voluntad de la Cort statuyamos: Que nuestros sucesores, & los Lugartenientes Generales (en caso que Lugarteniente se pueda fazer) non enim ea omnino libera est Regibus ipsis potestas: E Primogenitos, antes que pueda usar de alguna Jurisdiccion, sian tenidos Jurar en la Ciudad de Çaragoça en la Seu de San Salvador, dauant el Altar mayor publicament, present el Iusticia de Aragon, e en po-*

e en poder suyo, e presentes quatro Diputados del Regno, vno de cada braço, e tres Jurados de la Ciudad de Çaragoça. Et paulò post. *Empero en caso de ausencia del Justicia de Aragon del Regno de Aragon, o en caso de enfermedad, o muerte de aquel: hayan a jurar en poder del vno de los Lugartenientes del Justicia de Aragon, o Regentes el dito Officio, presentes los sobreditos. E de la dita jura aya a testificar carta publica vno de los Notarios principales Regentes la Escriuania del Justicia de Aragon.* Est quoq; Iustitia Aragonum, vt nostri loquuntur, iudex competens, & peculiaris inter Fiscum, & priuatù. Vt in Obl. *De cõmunibus Priuilegijs:* & Obl. *Itẽ in Aragonia.* tit. *Interpretationes qualiter, & in quilus.* Tum etiam est iudex peculiaris (vt profertur, vix enim audeo dicere: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur) *Contrafororum factorum.* Vt in For. *Quotiescumq.* tit. *De firmis iuris.* Cuius enim integrum est, vt coram eo illatam sibi iniuriam persequatur. Nec non etiam ipse solus, & nullus alius potest, interdicto suo, quæ timetur inferri, iniuriam propulsare. Et vt isdem vtar nostrorum Iurisperitorum verbis, Iustitia Aragonũ solus, & nullus alius potest prouidere *Firmas grauaminũ fiendorum.* Et à prouisione talis Firma non potest appellari, nec à reuocatione prouisionis ipsius. Vt in For. antepenult. *De Officio Iustitia Aragonum.* Cogimur namq; in his omnibus sermone vt forensi, & iudiciali. Est prætereà nostrorum Comitiorum Iudex. Et vt eadem apponã Molini verba hac de re; *In Curijs generalibus est Iudex Iustitia Aragonum; quia ipse iudicat causas, seu lites venientes ad Curias.* Cetera persequemur deinde: singulatim enim nostrorum Comitiorum rationem perstringemus. Porro autem in plurimis alijs suas quotidie vires exercet, quæ in Iurisconsultorum formulis includuntur. Iccirco hîc multa tacita nobis prætereunda erunt: quia de omnibus dicere longum esset. In hoc autem vno, quod deniq; caput est, assiduè versatur: in tuta nẽpe, atq; integra legitimæ, & vsitatae in rebus, causisq; omnium æqualitatis conseruatione. Verumenimverò præter ea, quæ supra diximus, sunt nobis quædam alia immunitatum Priuilegia irrogata, vno autem libertatum nomine comprehensa. Quorum præcipua Capita, operæpretium me facturum constitui, hoc loco annotare, vt mentis exercitationem interdum à reconditis, abstrusisq; rebus ad forenses, populares, & notas traducamus. Sunt autem huiusmodi. In primis:

Ne quis torqueri possit, nisi cui adulterini nummi crimen inferatur. Vt in Priuil. gener. *Item quæ turment.*

Tum:

Tum:

Ne vectigalia noua à Regibus imponi possint, nisi de totius Regni consensione. Vt in For. tit. *Quod sissa in Aragonia remoueantur.* Et sequenti. *De prohibitione sissarum.* Et For. 3. *De conseruatione patrimonij.*

Tum etiam:

Ne quis cogatur extra Regnum vadimonium promittere. Vt in Obl. 2. *Quod cuiusq; Vniuersitatis.* Et Obl. 4. tit. *De appellationibus.* Et in Priuilegio generali. *Item que ningun Iudge.*

Prætereà:

Ne quis deducatur ad populos externos comprehensus: Quod si fiat; capitis est pœna constituta. Vt in For. vnic. tit. *Vt nullus captus.*

Item:

Ne inuiti cogamur, vt domus nostræ pateat hospitibus. Vt in For. vnic. tit. *Vt familiares, & domestici.*

Adhæc:

Ne moueri possit nummus, nisi id prius publica lege rogatum sit. Vt in For. tit. *Quod aliqua moneta.*

Porro:

Ne alienigenæ Castellum intra Regnum constructum committatur. Vt in For. tit. *De Alçaydis.*

Necnon etiam:

Ne cuius Iudici occultè contra aliquem agere liceat criminose: & vt nostri loquuntur: *Nec contra aliquem Processus fiat de camera.* Vt in For. vnic. tit. *De Iudicijs.*

Vnde credimus, Manifestationis, grauissimi Priuilegij præclarum nobis nomen dimanasse. Atq; eadem quoq; ratione decretum est:

Ne quis possit in priuatis custodijs asseruari: sed simul ac primùm captus quisq; sit, vt in publicum carcerem duci debeat. Vt in For. 1. *De custodia reorum.*

Pariterq;

Ne Iustitiæ Aragonum potestas à Regibus possit impediri. Vt in For. vnic. tit. *Quod impetrans.*

Ac ne plura confectè, summum illud nobis constitutum est ius:

Ne cuius vnquam fas sit, ipsas violare libertates, aut leges. Vt in declarat. Priuil. gener. *A este Capitol.* Et *Item que*

Gg como,

como, eodem loco.

Quinimmo:

Vt per leges liceat, impunè ipsas leges, ac libertates defendere; absq. eo, quòd propterea turpis aliqua, vt passim effertur, resistentiæ nota nomini nostro inuratur. Vt in For. vnic. tit. *De immunitate Ecclesiarum*.

Atq. vt obsoleta quædam, illustria tamen, & præclara, annectam nostrorum hominum verba, quæ in publicis monumentis rerum gestarum in Comitij Ann. Chr. MCCCCCLI. inueni annotata: *Siempre hauiemos oydo dez ir antigament, è se troba por esperiencia: que attendida la grand sterilidad de aquesta tierra, è pobreza de aqueste Regno, si non fues por las libertades de aquel, se yrian a biuir, y habitar las gentes a otros Regnos, è tierras mas frutiferas*. Ac si oportuerit, ob eam ipsam causam, patriæ nostræ Solum his omnibus ornatum esse veterum immunitatum decretis. Verùm quia Regij ministri in iracundia procliuiores esse plerumq. solent; vt aliqua mora, & tarditate eorum frangeretur ira, imperiumq. moderari liceret, duo quædam fortissima sunt nostrarum omnium legum, ac libertatum, quasi defensionis, præsidia. Quorum alterum, *Jurisfirmam*; alterum, vt diximus, *Manifestationem*, vulgaribus nominibus appellamus. Vtriusq. tamen summa ea potestatis est vis: non vt Iudicibus Regijs dicundi iuris facultas impediatur; sed vt intempestiua, ac præceps eorum celeritas, Magistratus interdicto interposito, retardetur; ne quid perturbatum sit, aut à legibus discrepans, vel præposterum. Maiores namq. nostri nullum putarunt tam expeditum iudicium esse debere, quòd id ipsum habere nõ debeat aliquid iustæ iudicandi moræ, ac tarditatis. Ac Iurisfirma quidem (vt ipsius vocabuli vim definiendo aperiamus) siue ea sit, vt nostri loquuntur, grauaminum factorum, seu fiendorum: nihil aliud est, nisi tum in Regum, aliorumve Iudicum; tum etiam Regni, nostrorumq. omnium non rectos impetus, iuris, ac legum firma, & moderata dominatio. In ipso namq. nomine interpretando inest vis, ac sententia iuris, ac iustitiæ colendæ. Iurisfirmarum autem plures sunt species. Quædam enim sunt, quæ vocantur, *Communes*, & vt vulgò loquimur, *Bolanderas*: aliæ, *Casuales*. Earundem porrò, aliæ Priuilegiatæ; aliæ non Priuilegiatæ. Rursus aliæ contra Iudices Ecclesiasticos, aliæ verò contra Sæculares. His enim varijs nominibus designantur; & ad singulas vniuscuiusq. illarum formulas vniuersæ nostrorum hominum lites accommodantur frequenter. Earum autem omnium finis is est, vt

est, vt cum de stando, & parendo iuri coram ipso Iustitia Aragonum firmè, & grauitèr asseueremus: illius interdicto interposito, fortunæ nostræ ab iniusta, & non ferenda Regiorum Iudicum iniuria arceantur. Ab eo autem, quòd de stando iuri firmiter pollicemur; Iurisfirmæ sibi nomen inuenit. Neq. verò summo hoc illius præsidio nostra tantummodò, sed & ipsorum Regum iura, quasi aliquo scuto, proteguntur. Cuius tantæ rei præter varia, quæ in superioribus Regum narrationibus exempla protulimus, potuissimus hoc loco noua alia proferre, in quibus enitèret maxima Inuictissimi Regis nostri Philippi mansuetudo, & benignitas: quando quidem pari nobiscum iure ciuilitèr contendere dignatus est sæpe; neq. vim, quæ iuribus suis à nostris inscientibus inferebatur, Regiæ suæ potestatis vi, sed istius Magistratus interdictione interposita propulsare. Verùm ea recedere omittã, cum sint omnibus trita, & vulgata. Atq. hæc de amplissimo Iurisfirmæ præsidio. Manifestationis verò simillima vis est: quamquàm non tam ad res, quàm ad tuendas personas instituta. Quibus duobus præsidijs ita nostræ Reip. status cõtinetur, vt nulla pars communium fortunarum tutela vacua relinquatur. Ac ipsius Manifestationis potestas tam solida est, ac repentina, vt homini iam collum in laqueum inferenti subueniat. Illius enim præsidio, damnatus, dum per leges licet, quasi experiundi iuris gratia, de manibus Iudicum confestim extorquetur, & in carcerem ducitur ad id ædificatum, ibidemq. asseruatur tamdiu, quamdiu iure ne, an iniuriã, quid in ea causa factum fuerit, iudicetur. Propterea carcer hic, vulgari lingua, *la carcel de los Manifestados*, nuncupatur. A cuius ingressione supremi Iudices omnino prohibentur: vt eorū præcipiti iracundiæ eo pacto subtrahatur materia. Quòd si aliquid contra, ac per leges liceat, factum est; pro irrito habetur, & infecto. Si verò nihil fuit decretum contra ius; Manifestationis tollitur interdictum, Regiorumq. Iudicium retardata illa excitatur potestas, vt nocentium supplicio scelera, & fraudes constringantur. Id autem eò tandem spectat, ne vllus detur contra leges locus criminibus, quorum auctor non exstet, inferendis: ne ve temerè credatur oblatis. Atq. interdum quoq. ea Manifestationis vis ad res ipsas tuendas adhibetur. Nam si quid fraudationis causa in literarum monumentis latet in occulto, quod proferri, ac patefieri opus sit: efficitur id, illius ope implorata, mirabiliter. Siquidem adhibitis statim in exscribendo istius Magistratus ministris, literæ, lituræq. omnes assimilatè expressæ de ijs tabellis, in quibus ea fraudis suspicio inest, in publicos libros

transferuntur, & summa cura, ac diligentia recognita, & collata ab istius scripturæ magistris obsignantur: nimirum vt ipsa veritate illustrata, ius cuiq. semper integrum seruetur, ac incolume. Sed vberiorum istarum omnium rerum explanationem vaga, & quæstiosa ciuiliū legum scientia profitetur. Quapropter ab ijs ea petatur, qui in Foro ingenij laude florent apud nos. Iam verò Magistratum hunc à Regibus mandari ius est. Ad nutum autem, an, vt loquimur, ad vitam, aliquando ea de re magna habita altercatio fuit. Nunc verò ita lege sub tit. *De officio Iustitiæ Aragonum*. definita est. Libet enim in his eadem ipsas leges intexere, vt quæ dicenda sint, à fontibus potiùs hauriamus, quàm eorum riuulos consectemur. Neq. aliter possemus satis causam, & rationem ipsius iuris amplecti. *COMO segund la ment de los Fueros antigos, è loable costumbre del Regno de Aragon, el Señor Rey deua dar el Officio del Justiciado de Aragon a vida: porque aquesto no viene de aqui auant en disceptacion: statuyamos de voluntad de la Cort, que el Officio del Justiciado de Aragon no sia, ni pueda seyer nutuario. Ni al Justicia de Aragon pueda seyer tirado el dito Officio a sola voluntad del Señor Rey, aunque el que prestara en el Officio, hi consenta. Ni el dito Justicia pueda, ni siatenido renunciar el dito Officio por alguna obligacion: precedient la dita renunciacion. E si contecia por causa de obligacion precedient, seyer feyta renunciacion del dito Officio, o privacion de aquel a sola voluntad del Señor Rey: que aquella sia nulla ipso Foro, & de ninguna eficacia. E que el dito Justicia no obstantes la dita reuocacion, è renunciacion, o alguna dellas (caso que fecha fuesse, segun dicho es) pueda, è siatenido usar del dito Officio sin pena, è calonia alguna. E declaramos, que la persona del Justicia de Aragon, aun por causa ciuil no pueda seyer presa, ni presa detenida, sino por mandamiento del Señor Rey, è de la Cort. Iam enim alia lege decretum fuerat, ne cuiquam licitum sit, Iustitiā Aragonū, etiam iure priuati, apud alium, præterquàm apud Regem, & Regnum simul, criminari. Sed pari ratione fas erit hoc loco legem ipsam ea de re loquentem inducere. *TATSA* que por antiga, è loable costumbre del Regno, sia introduzido, que las personas del Justicia de Aragon, Lugartenientes, Notarios principales, è Vergueros suyos por alguna caussa, delicto, o razon no pueden, ni deuen seyer presos por official alguno del dito Regno; ni de los delictos de aquellos, como priuadas personas cometidos, puede seyer conosciado, sino por el Señor Rey, è por la Cort del dito Regno conjuntamente. Empero algunos officiales del dito Regno indenidamente han attentado el contrario fazer, en grand daño, è prejudicio del*

dito

dito Regno. Por aquesto de voluntad de la dita Cort statuyamos, è ordenamos: Que la persona del dito Justicia, que agora es, è por tiempo sera, por delictos algunos quantoquiere graues è enormes, que por el se cometran, o se pretendra seyer cometidos, como priuada persona, o en otra manera, no pueda por el Señor Rey, Lugartenient suyo, Primogenito Governador, Regient el Officio de la Governacion, ni por otro Iudge alguno, ni de mandamiento dellos, ni de alguno dellos, seyer preso, arrestado, ni preso tenido, ni por la dita razon personalmente citado, ni deuant ellos, ni de alguno dellos acusado, denunciado, ni en alguna otra manera vexado. Antes la conexença de los ditos delictos, crimens, è excessos que se cometran, o se pretendran seyer cometidos por el dito Justicia; se haya de fazer en la Cort general, o particular del dito Regno: è la Jurisdiction, è conexença de los ditos delictos como priuada persona, è no en otra manera cometidos, è cometaderos pertenezca, solum, & in solidum, al Señor Rey, è a la Cort conjuntamente. E que por otra via, forma, o manera no pueda seyer por el dito Señor Rey, ni por otra persona alguna conosciado, ni iudgado de los ditos delictos. E no res menos statuyamos: que la iurisdiction, è conexença de los ditos delictos feytos, concernientes las personas de los Lugartenientes, Notarios principales entro a numero de seys, è dos Vergueros del dito Justicia, como priuadas personas, è reos, a los ditos Señor Rey, è Cort; o, si no esperada celebracion de Cort seran acusados, se espere al Justicia de Aragon, qui agora es, o por tiempo sera, solum, & in solidum. E que el Señor Rey, Lugartenient suyo, Primogenito, Regient el Officio de la Governacion, ni otro Official, o Iudge alguno Ordinario, o Delegado no se pueda entrometer de la cognicion de los ditos delictos de las ditas personas de suso nombradas: ni puedan aquellos por delictos priuados, ni por otra caussa, manera, o razon prender, presos detener, ni mandar presos tomar, ni personalmente citar. Todos los Fueros sablantes del Officio del Justicia de Aragon en su firmeza, è valor quedantes. Quinimmo si quæ ipsi, vt priuatæ personæ, iniuria inferatur; eidem muneri censetur illata. Cuius rei exemplum non est necesse, vt ex ipsa antiquitate petamus. Nostra enim ætate factum videmus, vt cum nocentes quidam, tametsi priuatarum rerum occasione, contra ingenuam, ac illustrem Ioannis Lanuzæ IIII. Iustitiæ Aragonum vitam conspiciant; ab eodem Magistratu comprehensi fuere, eorumq. confilia, qua fuerant meriti, mulctata pœna. Istius autem vlciscendæ iniuriæ idoneum se auctorem constituit Ioannes Petri Nuerus, celeberrimus

Regalis Fiscus Aduocatus: qui exacta iam aetate nuper mortuus, & auctoritatis, & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquit. Usque eo autem nocentes ipsos persequutus fuit, dum pœnas tanto scelere dignas dependerunt. Haud decuisset tamen eius viri mentionem à me in hisce Commentarijs intermittere: tum quòd eos laudando, animū mihi sæpius addidisset: tum etiam quòd quamdiu vixit, tantū fuit apud nos honoris nomē adeptus, ut tamquàm alter Scœvola, Iurisperitorum eloquentissimus, & eloquentium Iurisperitissimus censeretur. Is ergò in oblata sua ea de re criminatione (sic enim libet, quem vulgò appellitum criminalem dicimus, nominare) de Iustitiæ Aragonum muneris dignitate multa protulit præclara tanti viri obseruatione dignissima. Ex quibus, quæ mihi videbuntur lectiora, tamquàm flosculos carpam; ne illius libelli formulam totam confectet. Sic autem scele-
ris ipsius detestationem est orsus.

*Horribile, & detestandum flagitium, scelus infandum, & abominabile crimen aduersus Regiam Maiestatem commissum, & perpetratum, seuerissima animaduersione dignum; gladio ultore, & exquisitis pœnis vindicari oportet. Omnium siquidem excessuum, flagitiorum, & scelerum illud detestabilius esse constat, quod aduersus corpus iustitiæ, & adeò magis si aduersus caput, & presidium iustitiæ perpetretur, & committatur. Quis enim locus regiminis poterit esse tutus, quis Rector, Iudex, vel Officialis Regius securitate gaudebit, si summus Magistratus, vindex iniuriæ, & violentiæ, presidium, & portus periclitantium à vilissimis, & scelestissimis hominibus offendatur? & eorum conspirationibus, & coniurationibus in ipsius necem, & excidium, immo verius Reip. totiusque Regni perniciem, & damnum, machinatio importetur? Quem iustitiæ zelatorem contumelia tanta non tangeret? & confusio tam aspera non moueret? Hinc est: Quòd coram vobis multum magnifico, & prouido viro Domino Francisco Daroca, Iurisperito, Locumtenente multum Illustri domini Ioannis de Lanuzæ Militis, Serenissimi domini Regis Consiliarij, ac Iustitiæ Aragonum comparuit, & comparet Martinus de Agreda Notarius, ut Procurator Fiscalis Sacræ, Catholicæ, & Regiæ Maiestatis potentissimi domini nostri Regis. Qui nomine procuratorio predicto illis melioribus via, modo, & forma, quibus melius, utiliùs, & efficacius de Foro, & aliàs facere potest, & debet, grauissima cum querella magnas appellitorum voces emittendo, & dicendo, *Avi, Avi, fuerza, fuerza*, easque continuando, & insequendo; Dicit, & proponit dictus procurator: Quòd Serenissimus, & Potentissimus Dominus noster Rex Aragonum nullum in temporalibus recognoscit, nec*

scit, nec recognoscere consuevit superiorem. Immo à Ducentum annis, & pluribus citra, & ultra usque nunc, & de presenti Serenissimi Reges qui pro tempore fuerunt, & Regia Maiestas Serenissimi Domini nostri Regis ad presens feliciter regnantis habuerunt, & habent in presenti Regno omnia Regalia, præeminentias, prærogatiuas, & alia iura vniuersa, quas, & quæ Imperator Romanorum respectu sui Imperij habet. Dempto quoad ea, in quibus dicta potestas Regia est limitata, & restricta per Foros præsentis Regni Aragonum.

Omitto autem hoc loco; quæ sequuntur nonnulla, quia ad nostrum institutum nihil pertinent. Ea autem verba, *Avi, Avi, fuerza, fuerza*, antiqua apud nos sunt vsitatissima, ac præcipuè dum istius Magistratus imploramus auxilium: quasi nos summo aliquo violentiæ impetu oppressos esse indicantes. At verò eis ita connexum est consequentis orationis principium.

Præsens (inquit) Regnum Aragonum à Ducentum annis continuis, & ultra usque nunc, & de presenti habuit, & habet unita, & aggregata quamplurima Regna, Comitatus, & Dominationes. Et Serenissimus Dominus noster Rex, & alij Serenissimi Domini Reges eius prædecessores, cum ope, auxilio, & iuuamine præsentis fidelissimi Regni, & incolarum eiusdem, dicta Regna, Comitatus, & Dominationes adquisierunt, conseruarunt, & defenderunt, & corona Regiæ Aragonum applicarunt; meritò constituentes, & reputantes præsens Regnum Aragonum, caput sua Celsitudinis, respectu dictorum Regnorum, Comitatum, & Dominationum sub dicta Corona Aragonum constitutarum.

Tum alio capite.

In presenti (ait) Regno Aragonum à dictis Ducentum, & pluribus annis citra, & ultra usque nunc, & de presenti fuerunt, erant, & sunt constituta duo Tribunalia, siue Consistoria, suprema, & vniuersalia, tamquam duo luminaria respectu totius præsentis Regni Aragonum: Vnum videlicet supremum, & excelsum, quod vulgariter nuncupatur, Regiæ Audientia: in quo quidem ipsamet persona Regiæ Serenissimi Domini nostri Regis præsidet, & eius nomine provisiones inde pro tempore emanantes fieri consueuerunt, quotiens præsens in Regno adesse contigerit. Et Regiæ Maiestate absente à dicto Regno, Primogenitus Domini Regis maior quatuordecim annorum: & eo deficiente, Locumtenens Generalis Regiæ Maiestatis: & suo casu, Regens Officium generalis Gubernationis. Alterum verò Tribunal, siue Consistorium vniuersale fuit, erat, & est præsens Curia Domini Iustitiæ Aragonum. In quo quidem Tribunali, siue

Consistorio pro Serenissimo domino nostro Rege, & per Regiam Maiestatem creatus, institutus, & nominatus praesidet, & praesidere consuevit dictus dominus Iustitia Aragonum, tamquam Rector, & caput dicti Tribunalis, & Consistorij, ac Iudex vniuersalis totius Regni. Qui per se, seu per eius Locumtenentes debite, & iuxta Forum creatos, & constitutos per tempora supradicta exercuit, & exercere consuevit omnimodam iurisdictionem, altam, & baxam, merum, & mixtum imperium: nec non omnem illam potestatem, praeminentias, & prerogatiuas, atq. omnia alia, & singula, quae iuxta Foros, consuetudines, & Obseruantias praesentis Regni Aragonum per dictum dominum Iustitiam Aragonum, seu ipsius magnificos dominos Locumtenentes fieri possunt, consueuerunt, & debent. Ad quod quidem Tribunal, siue Consistorium dicti domini Iustitia Aragonum per tempora supradicta continuè consuevit haberi, & habetur recursus per viam appellationis, vel electionis Iurisfirma grauaminum factorum à sententijs, causis, & processibus civilibus, latis per quoscumq. Iudices Ordinarios, & locales praesentis Regni Aragonum: necnò à sententijs in prima instatia latis in Regia Audiètia praesentis Regni (dèptis illis, à quibus de Foro non potest haberi recursus) consuevit recurri, & recurritur ad praesentem Curiam domini Iustitia Aragonum per viam electionis Iurisfirma grauaminum factorum. Et à simili in multis casibus de Foro, & consuetudine praesentis Regni Aragonum per Regnicolas illius consuevit haberi recursus ad dictum dominum Iustitiam Aragonum, tamquam ad portum periclitantium, arcem libertatis, & praesidijs oppressorum, pro beneficio Iurisfirma, & Manifestationis impetrando, & alijs prouisionibus obtinendis pro defensione, & tuitione Fororum, & libertatum praesentis Regni Aragonum: quarum defensor, columen, & protector dictus dominus Iustitia Aragonum fuisse, & esse censetur. Vt merito pater Reip. & summus Magistratus pro Serenissimo domino nostro Rege, supremam potestatem, & iurisdictionem excercens, ab omnibus debeat reputari.

Tum haec etiam ab eodem fuere sequenti Capite de Iustitiae Aragonum dignitate prolata.

Officium siquidem domini Iustitia Aragonum à primordijs Regni Aragonum constitutum, & stabilitum; fuit, erat, & est Magistratus praecipuus inter alios merito excellens. Et dominus Iustitia Aragonum, qui pro tempore fuit per Serenissimum dominum Regem Aragonum creatus, & constitutus; solitus est, & consuevit, Regiam Maiestatem intra Regnum Aragonum existentem, & eius Curiam Regiam sequi, & ad latus Principis, videlicet Serenissimi domini Regis Aragonum, tam in bello, quam in pace continuò residere, & Regijs Consilij interesse: Taliter; Quòd dominus Iustitia Aragonum, qui pro

qui pro tempore fuit à primaua institutione dicti Officij usq. nunc, & de praesenti, fuit, erat, & est Consiliarius Serenissimi domini Regis Aragonum: & tamquam Regius Consiliarius in literis, & prouisionibus à praesenti Curia emanatis, titulo, honore, & praeminentia Regij Consiliarij semper fuit insignitus, & decoratus; & in literis, & prouisionibus Regijs per tempora supradicta continuè per Serenissimum dominum Regem Aragonum pro tempore existentem, & Excellentissimum Regiam Maiestatis Primumogenitum, Regius Consiliarius fuit, erat, & est nominatus, habitus, & tenentus, & reputatus.

Præterea alio in loco.

Iustitia Aragonum per Regiam Maiestatem creatus in principio dicti sui Officij, & muneris iurat in posse, & manibus Serenissimi domini nostri Regis de bene, & legaliter se habendo, & de faciendo ea, ad qua tenetur, & obligatus existit. Sic enim in For. De iuramento praestando per Officiales de seruando Foros. sancitum est. Atverò dum studuit facti atrocitatem, & eorum, qui nocentes erant, culpam augere, ut eam, quae tanto sceleri deberetur, poenam subirent: in haec verba prorupit.

Crimen detestandum laesa Maiestatis aduersus Serenissimum dominum nostrum Regem, prosperitatem, & securitatem praesentis Regni Aragonum, statusq. & Corona Regia; in contemptum, & contumeliam Regiam, & seu Regiam Iurisdictionis, horrendumq. assassinatus crimen, & alia quamplurima crimina ex praedictis resultantia committendo, & committere non verendo in Regiam offensam, Maiestatisq. Serenissimi domini nostri Regis maximam lesionem, scandalumq. totius Reipub. & iustitiae detrimentum, graue damnum, & evidens prauidicium dicti principalis dicti procuratoris.

Post omnia tandem inflammantem suam, ut ita dicam, perorationem his verbis concludit.

Supradictum (inquit) Monopolium, conspiratio, et coniuratio facta, et inita modis, et formis praemisissis, et alia crimina, et delicta superius recitata, commissa, et perpetrata contra dictum dominum Iustitiam Aragonum, Regium Officiale excelsum, et Magistratum praecipuum gerentem, et exercentem, et de Regio consilio existentem, fuerunt commissa, attentata, et perpetrata in dedecus, et offensam Supremi Magistratus, et Regiam iurisdictionis, et aduersus prosperitatem status Regij, et in contemptum, contumeliam, et iniuriam Regiae Corona. Per qua, et alias inferioribus Officialibus Regijs timor est illatus, ne liberè, et propterea decet, in

deceat, incumbētia suis Officijs pro Serenissimo domino nostro Rege exerceant. Et si tantum facinus impunitum remaneret: daretur audacia sceleratis hominibus talia, & similia perpetrandi. Propter quæ, & aliàs manifestè constat, & apparet per præmissa Regiam iurisdictionem maximum detrimentum sustinuisse, & non modicum fuisse turbatam. Si enim in Magistratu excelsa prædicta fuerunt attentata, & impunita remanerēt: quid circa minores Officiales foret expectandum? Et sic, & aliàs quidquid in præmissis per dictos reos, & criminosos fuit attentatum, tractatum, factum, seu patratum; in exitium Principis, & aduersus securitatem, & prosperum statum præsentis Regni, & contra honorem Regiæ Coronæ, & in læsionem Maiestatis Serenissimi domini nostri Regis fuisse factum, proculdubio est censendum.

Ea autem solita hac sui nominis subscriptione exornauit.

Joannes Perez de Nuevos, ut Fiscus Aduocatus, ordinauit prædicta.

Cuius si singula verba perpēdantur, literatæ senectutis inuenientur plenissima. Eorum autem appositione abundè, vt credimus, erit huic nostro de Iustitiæ Aragonum Magistratu proposito sermoni satisfactum: cum si quæ plura de illius dignitate, potestate, aut vi adduci potuissent; copiosè satis ab illo fuerint superioribus huiusmodi in locis, forensi solito more, pertractata. Quòd si ea à me testimonio alicuius eorum, qui nostra ætate floruerunt, confirmanda putarem; tanta fuit hominis auctoritas, & amplitudo, vt locupletiores nullum quærerem auctorem, quàm illum: tum ob præstantem grauis, quo perfunctus fuit, muneris dignitatem, tum etiam quòd is documentum fuerit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, & prudentiæ, & in nostra hac vrbe, et Foro (quod quasi ingenij sui theatrum sibi fuit) faciliè omnium lingua, & consilio princeps. Nec dubium est, quin si voluisset, luculentioribus vocabulis potuisset rem ipsam comprehendere: fuit enim non solum in ipsa iuris ciuilibus scientia, sed in humanioribus literis, quod ceteri Iurisperiti negligere solent, perpolitus. Forensibus tamen sibi, ac iudicialibus loquendi formulis vtendū constituit, ne dum lectissima verba inculcasset, illud idem, quod à se in iudicio patefieri, ac illustrari oportebat, redderetur fortasse obpolitiores sermonis elegantiam subobscurum. Quòd nemo vquam doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cuius vsus vulgaris sit, earum rerum, quæ in ipsa versentur, esse formulas, ac vocabula certa constituta, quibus, tamquàm priuatis, vti aded omnes oportet, ac

tet, ac suis: vt ne opifices quidem singula sua possint artificia tueri, nisi cognitis sibi, atq. vsitatis vocabulis vterentur. Itaq. ne plusculū, quàm fat fit, de reliquo nostri argumenti cursu digrediamur, in Magistratu hoc, nedum Magistratum ipsum, sed priuatam opus est illius, qui eum gerat, personam reuereri. Neq. verò factis, sed verbis iniuriosè cum eodem contendere, nefas est publica hac lege constitutum. *JTE M* por quanto para la libera administracion de la iusticia conuiene mucho, que los Fuezes esten libres de todo temor: Porende estatuyamos y ordenamos; Que contra qualesquiere personas de qualquiere estado, y condicion que fueren, que a los Lugartenientes del Iusticia de Aragon de hecho, o de palabra iniuriaren en presençia, o molestaren, o damnificaren: sea proçeydo criminalmente à instancia de qualquiere singular persona del Reyno, a costas, y expensas del dicho Reyno. Y los tales delinquentes sean punidos segun la qualidad del delicto. Quedando empero facultad al dicho Lugarteniente de haçer causar notorio contra el tal delincente, en la forma por Fuero estatuyda. Quasi ad tuendam personam Magistratus omnia hæc ornamenta oportuerit ex ipsius muneris dignitate ad priuatam illius, qui ei præsit, personam redundare. Si quæ verò ab eodem Magistratu decernuntur vitiosè; est iam in eundem certa iniuriarum actio constituta. De qua infra suo loco. Vt institutum deniq. sermonem de Iustitiæ Aragonum iurisdictione abfoluamus, hæc est omnis ipsius potestatis magnitudo, & vis; Vt legibus præsit; legibus pareat; legibus feruiat; ipsas deniq. leges exequatur. Quam tandem muneris dignitatem scitè, & appositè maiores nostri insigni, & pulchro, quo eum honestabant, titulo indicarunt; dum in publicis Inscriptionibus Iustitiam Aragonum vocabant, Circumspectum: ac si ad cognomentum hoc traducendam curarent argutam illam Ephorum nominis significationem: nempè quia eam tuetur in Repub. nostra personam, quæ in speculis iccirco collocata est, vt diligentissimè, quemadmodum vnusquisq. Regionum Magistratum in conseruandis legibus se gerat, circumspectat.

De Locumtenentibus Iustitiæ Aragonum, deq. alijs imperij eiusdem Magistratus ministris.

C E T E R V M summa hæc in iuredicundo istius Magistratus potestatis vis, ad eos iam pridem viros delata est, qui illius locum dicuntur

dicuntur tenere : siquidem gliscantibus negotijs necesse fuit consiliarios sibi, atq. ministros dari ; idq. eò magis , posteaquam ijs mandari consuevit Magistratus , quorum ratio , & voluntas à studijs longè , doctrinisq. abhorrebat . Quamquam enim publica lege sic cautum est . tit. *De officio Iustitia Aragonum* . Vt semper Iustitia Aragonum sit Miles , idest , ne quis ad Magistratum hunc gerendum , qui non sit ex Equestri , ac Militari Ordine profectus , adsciscatur : plures tamen olim Iustitiæ Aragonum cum Milites essent , Militiæq. authoramento honestati , ipsa iuris ciuilibus intelligentia præstabant . E quorum numero fuere, Salanoua ; Ayeruius ; Stephanus Egidij Tarinus ; Berengarius Bardaxinus ; & alij, qui ciuiliū legum scientiam habuerunt cum Equestri Ordinis splendore coniunctam . De quibus infra dicemus singulatim . Et eos videmus suis consilijs , ac studijs patriæ nostræ vehementer profuisse . Sed iamdiu Magistratus iste illiteratis prorsus mandatur hominibus . Atverò ante Salanouam nonnullos Iustitias inter Ricos homines memoratos comperio . Et propterea credimus fuisse publicam illam legem constitutam ; non tam vt infimi , & plebeij tanto priuarentur honore , licet id ipsum etiam sit rogatum ; quam vt Nobiles ab istius muneris gubernaculis repellerentur omnino . Quod ita graui Michaëlis del Molino testimonio comprobatur . *Iustitia Aragonum* (inquit) *semper debet esse Miles . Et dicunt Forista : Quòd Nobilis non potest prouideri de Officio Iustitiatum Aragonum : ex eo , quia Nobiles non possunt de Foro , & consuetudine Regni puniri pœnis corporalibus . Vnde si Iustitia Aragonum delinquat contra Foros , vsus , consuetudines , & libertates Regni incurrit in certis pœnis : qua pœna non possent executari , si ipse Iustitia Aragonum esset Nobilis persona . Et per istam rationem dicunt Forista : Quòd Nobilis non potest prouideri de dicto Officio Iustitiatum .* Nam qui modò Nobiles dicuntur , multis in rebus præferunt Ricorum hominum dignitatem ; in ea præsertim , cuius supra meminit Molinus . De qua idem alibi ita . *Nobiles Aragonum pro delictis eorum non puniuntur pœnis corporalibus . Vt in Obser. 2. tit. De pace fol. 24. Et in For. 1. tit. Quòd Regens Officiū Gubernationis fol. 18. Tamen Nobiles Aragonum pro delictis possunt capi , & capti detineri per dominum Regem : & stabunt ad mercedem domini Regis , quantum dominus Rex voluerit . Vt in For. 1. tit. De conseruatione pacis . fol. 182. Vsq. eò maiores nostri patriæ libertati præcauerunt , dum , quem illius præsidem designabant , statuerunt , quibusuis periculis*

periculis, à legibus impositis, subiectum esse oportere , si fidei suæ commissa neglexisset . Neq. aliter æquè communi satisfacissent officio : si qui inter eos , ac Regem medius statuebatur Iudex futurus , non è medio etiam omnium Ordinum gradu , & conditione adsciretur : ne se insolentiùs efferret , si ex superioribus ; aut si ex inferioribus , Magistratum extenuaret ; cum angustia infimi pectoris nequaquam recipere potuissent tantam personam . At dum ex Equestri Ordine statuerunt , Iustitiam futurum ; singularem quoq. temperantiam in eo ipso videntur induxisse . Postquam igitur Magistratus cœpit multitudine litium , & varietate causarum redundare : Iurisperiti eidem adhibiti fuere , qui eius loco , ac nomine controuersa iura iudicialibus formulis tractarent , ac legibus . Vnde Locumtenentes Iustitiæ Aragonum dicti sunt . Et hi olim ipsius Iustitiæ Aragonum pendebant ad nutum . Nunc autem à Regibus creari ius est . Ac primùm quidem vnicum tantum sibi habere Locumtenentem licebat . Postea verò Ann. Chr. MCCCCLII. vt duos habere posset , publica huiusmodi lege : sub tit. *Quòd Iustitia possit habere duos Locumtenentes* . concessum fuit . *DE VOLUNTATE Curia volumus , & ordinamus : Quòd deinceps Iustitia Aragonum possit , & valeat præter dictum Locumtenentem , alium , quem voluerit , constituere , ac etiam ordinare . Qui , si contingat dictum primum Locumtenentem infirmari , vel absentem esse à dicta Ciuitate , vel aliàs quomodolibet impediri : regat , aut regere valeat officium suprascriptum , quousq. dictus Iustitia , vel eius primus Locumtenens intendere poterit , seu vacare ad regimen dicti Officij . Qui secundus Locumtenens postquam deserit dictum officium regere ; possit aduocare , & causas assumere , sicut prius . Quæ omnia debere , & posse fieri intendimus , tam in presentia , quam in absentia Iustitia .* De hac autem facultate hæc idem Michaël del Molino in suo Repertorio , sub verbo . *Iustitia Aragonum* . testata reliquit . *Iustitia Aragonum potest de Foro tenere duos Locumtenentes . Et hoc est speciale in Iustitia Aragonum . Aliàs regulariter nullus Iudex Ordinarius potest in Aragonia habere nisi vnum Locumtenentem . Quinimmo etiam dominus Rex non potest , salua sua clementia , facere , seu creare in Aragonia , nisi vnum Locumtenentem Generalem .* Deinde Ann. Chr. MCCCXC. dum hanc eadem facultatem ipsi Iustitiæ Aragonum noua alia , tunc edita , lex prorogauit , officijq. religionem constituit : hæc dedit præcepta de omnibus . *PROVIDEMVS : Quòd*

*Iustitia Aragonum, eiusq. Locumtenentes non possint recipere, tenere, seu habere ab aliquibus Nobilibus, Vniuersitatibus, collegijs, seu alijs personis quibusuis beneficia, pensiones, vel subornationes, nec etiam Cavallerias ab aliquo Nobili: (iam enim hoc tempore erat Ricorum hominum nomē antiquatum, Nobilesq. vocari consueuerant) nec possint recipere, nec facere maiorem exactionem de, & pro literis, provisionibus, & actis, qua conceduntur, & actitantur in eius Curia, nisi prout antiquitus fuit constitutum. Contrarium verò facientes incurrant penas Fori. Præterea cum in Curia dicti Iustitia propter multorum concurrentiam negotiorum lites plus debito protelentur; pro ipsorum bona, & celeri expeditione statuimus, & ordinamus: Quod dictus Iustitia possit tenere duos Locumtenentes, quorum quilibet possit eodem tempore exercere officium, onera eiusdem inter se diuidendo. Et eorum alteri dictus Iustitia teneatur dare anno quolibet pensionem, de qua sufficienter possit contentari: & alij de dicto Generali CCC. Florenos. Quique patrociniū aliquod impendere non possint aliquibus personis in Curia dicti Iustitia. Immo omnibus postpositis negotijs, habeant intendere in, & circa bonam, & breuem expeditionem negotiorum Curia antedicta. Post autem Ann. Chr. MCCCXCIIIX. in For. prim. tit. De Iudicijs, statutum fuit: Quod Iustitia Aragonum, seu ipsius Locumtenentes teneantur celebrare, & tenere Curiam una die, & alia Consilium. Et diebus, quibus celebrabunt, ac tenebunt Curiam, audiant partes in omnibus causis, & litibus, in quibus procedere voluerint. Anno verò MCCCC LXI. nouum in huiusmodi fuisse inductum, ex publica huiusmodi lege apparet. Libet enim eandem transcribere; et si longa sit. Nam quæ factæ fuerint mutationes, apertius hunc in locum conductæ, leges ostendent, quàm si sparsæ in Fororum volumine legerentur. **PORQUE** experiencia ha de mostrado seyer dañoso al Reyno, que los Lugartenientes del Justicia de Aragon, sean puestos por el dito Justicia, reuocables de voluntad suya; Prouidiendo por mas libera, è mas recta expedicion de la iusticia, que los ditos Lugartenientes se pongan por el Regno, de tres entres años, è no por el dito Justicia: Estatuimos de voluntad de la Cort: Que los ditos Lugartenientes de la edicion del present Fuero auant, hayan a seyer successiuamēt vnos apries de otros triennales, electos, y creados en la forma infra scripta. Que por la dita Cort se haya de fazer vnabolsa intitulada, Bolsa de los Lugartenientes del Justicia de Aragō. En la qual sean insaculadas personas aptas, è suffiçientes al exercicio del dito Officio: e aq̃lla haya a seyer re-*

puesta

puesta en la Caja, do las Bolsas de los Diputados del Regno son puestas. De la qual bolsa, en la primera apercion suya, los Diputados del Regno, que presentes seran en la ciudad de Calatayud (ad eam siquidem Vr̃dem indicta fuere illa Comitia, in quibus ea lex ferebatur) dos dias apries que la present Cort sera finida, dentro los ditos dos dias sean tenidos abrir la dita Caja en la Esçlesia de Sanct Pedro, presentes todos aquellos, que entreuenir hi querran; è de aquella sacar la dita Bolsa, è fazer extraccion de dos redolinos en dos vegadas, vno en cada vegada; por tal forma, è manera, como se haze en los Diputados, por virtud de las Cr̃dinaciones cerca de la extraccion de aquellos tan solament prouidientes. La qual forma en la dita extraccion queremos sia seruada. Los quales asì sacados durant tiempo de tres años continuament siguientes del dia de la dita extraccion auant, sean Lugartenientes del Justicia de Aragon, è hayan todo aquel poder, que por Fuero han, è pueden hauer durant tiempo de los ditos tres años. Los quales finidos, espiren los ditos Officios, è sean hauidos por personas priuadas, excepto en los casos infra scriptos, è no en otros algunos. E apries al vltimo dia de los ditos tres años se haya a fazer extraccion de dos, o tres Lugartenientes, para otro triennio continuament siguientes: e de alli auant de tres en tres años successiuamēt en el vltimo dia de cada triennio por los ditos Diputados. Los quales, o la mayor partida dellos, o aquellos que presentes seran en la ciudad de Caragoça, en el dito dia de la dita extraccion hayan a comparecer de mañana antes de medio dia en las casas de la Diputacion: do publicamēt, è presentes aquellos, que entreuenir hi querran, hayan a abrir la dita Caja, è fazer la dita extraccion segun la forma sobredita. Los quales asì extractos sean Lugartenientes del dito Justicia durant el triennio de cada vnos: è hayan todo aquel poder, que de Fuero han, è pueden hauer, durantes los ditos triennios. Pero los que vn triennio hauran el dito Officio exercido; hayan a vacar al menos otro triennio, antes que puedan por la dita forma a los ditos Officios seyer assumptos. E si alguno, o algunos de los que sacado, o sacados seran, recusarà, o recusaràn acceptar el dito Officio por si, o procurador suyo: no puedan seyer compelidos a acceptar aquel. Antes de continent sia proceydo a extraccion de otro, o otros en lugar de aquellos. Empero los que el dito Officio acceptar recusaràn; no sean mas a la dita Bolsa tornados. E si por ausencia, o en otra manera qualquiere, aquel, o aquellos que serà sacados de la dita Bolsa, dentro de diez dias del dia de la extraccion contaderos personalmente en la dita Iglesia en su

Hh 2 c. 50,

caso, o en las casas de la Diputacion en el suyo no acceptaràn el dito officio con carta publica testificadera por el Notario de la present Corte en el caso de la primera extracción, è de alli adelant por el Notario de los Diputados, que la hora sera; de continent sia proceydo por los ditos Diputados, a extracción de otro, o otros por al dito officio de Lugartenient. E esso mismo dezimos, si los ditos Lugartenientes, o alguno dellos por muert, o en otra qualquier manera vacaràn. Que en los ditos casos se proceda por la manera sobredita a extracción de otro, o otros Lugartenientes en lugar de los muerto, o muertos, o en otra manera vacantes por a regir el tiempo tan solamente, que aquellos, en lugar de quien seran surrogado, o surrogados, hauian a regir. Y entretanto que los ditos officios de Lugartenientes por alguna caussa no seran acceptados; el tiempo que vacaràn (si sera por defecto de entramos los dos, que sacado haurà) rijan los ditos officios los Lugartenientes del triennio proximament passado. E si vacarà el vno tan solamente: el otro dellos, durant el tiempo de la ausencia, o vacacion del Colega suyo, sia tenido, è haya a regir el dito officio. E los proximament passados, en continent sian hauidos por priuadas personas. Pero antes que usen de los ditos sus officios, sian tenidos jurar en poder de los ditos Diputados, o de la mayor partida de aquellos, mediant su Notario de seruar Fueros, Privilegios, libertades, usos è costumbres del Regno, todo odio, è amor a part posados: è que no tenran, ni tomaràn pensiones, o Cauallerias algunas, ni aduocaràn en alguna Cort, ni tomaràn subornacion alguna, excepto cosas de comer, è de beuer, que en pocos dias versemblantment, el que las recibirà, las pueda consumir, è gastar. E porque no deue alguno en el dito officio vacar a proprios estipendios suyos, tachamos, è mandamos dar de salario a cada vno de los ditos Lugartenientes en cada vn año durant el tiempo de los ditos tres años, seys mil sueldos: los quales mandamos pagar por tercias, en cada vn año, de las generalidades del dito Regno, sin otra cautela alguna. E si contecera por voluntad, ausencia, o muertes, o en otra qualquiere manera faller todas las personas de los insaculados por al dito officio, o quedar en vn persona tan solamente: que en tal caso hayan poder, e facultad los Diputados del Regno, que la hora seran, o la mayor partida de aquellos (con quendi haya de cada vn braço) reformar la dita bolsa de aquellas personas mas aptas, e mas suficientes, que a ellos sera visto: prestado por ellos primero jurament de insacular tales personas, por las quales la justicia científicament, e recta sia administrada. Verumtamen nec diu post, Ann. Chr. MCCCCLXVII. in Comitij Cæsaraugustanis quamplurima de huiusmodi institutis immutata fuere: quæ fusiùs scripta in

Foro

Foro primo, sub tit. *Forus Inquisitionis Officij Iustitia Aragonum.* continentur. Illud autem præcipuè cautum: Ne Locumtenentium hoc, plus annum esse possit, Officium. Atq. illud etiam, quod nefas duxissè silentio præterire: *Que por los Diputados del Regno se hayan a fazer dos Bolsas intituladas: Bolsas de los Lugartenientes del Justicia de Aragon. Es a saber, Bolsa primera, è segunda. E en la primera Bolsa sian insaculadas personas Iuristas, è letradas, aptas, è suficientes al exercicio del dito Officio. E en la segunda Bolsa sian insaculadas personas legos, discretos, expertos, è dispuestos al exercicio del dito Officio.* quia in nostrorū mentibus magis inhærere visum est semper, vt ex æquo, & bono potiùs, quàm ex callido, & versuto iure ipsarum fierent iudicia caussarum. Verùmenimvero aliquamdiu, ijs siquidem, de quibus proximè diximus, temporibus, publicum illud in Foro vigebat, Extraordinarium, tantopere fermone omnium celebratum, Consilium: quod ex omnibus Iurisperitis, qui Cæsaraugustæ aderant, conflagatur. Exclufis enim partium, quæ contendebant, Aduocatis, ceteri omnes legum periti duorum Locumtenentium euocabantur accitu, de vnoquoq. iure, in quo singulæ vertebantur caussæ, consulturi. Hi consilij locum ingressi, proposita illius caussæ, quæ in deliberationem veniebat, consultatione; quod res ipsa ferret, coram conferebant inter se, diligenterq. omnia illius momenta perpendebant. Vt quisq. autem primùm attigerat forum; ita sententiam suam dicebat ex ordine. In eam verò partem Locumtenentes propendere ius erat, quæ ex pluribus suffragijs constaret. Vnde fiebat, vt eotempore id Locumtenentis munus non tam artis indigere videretur, quàm laboris: quandoquidem ad iudiciarias omnes controuersias distrahendas, huiusmodi accedebat Extraordinarium Consilium: ne ipsum illud imperitos homines tanto muneri præpositos fuisse, absurdè à maioribus factum iudicemus. Itaq. quotidiano illo omnium Iurisperorum congressu istius Magistratus olim ornari consueuerunt iudicia, cognitionesq. & exercitationes caussarum celebrari. Quarum quæ ita fiebant magnæ deliberationes; & maturæ, *Determinationes Consilij Iustitia Aragonum*, vocabantur. Hæ autem tanti sunt ponderis, ac momenti, tantamq. auctoritatem habent in iudicijs; vt non minor illis, quàm scriptis legibus tribuatur fides. Vix tamen earum vllam notitiam habuissimus, nisi Molinus eas in suo Repertorio, quasi femina quædam, sparsisset. In quo etiam pactio verborum continetur, quibus horum Cõsiliariorum Iusiurandū comprehedebatur.

Hh 3 At verò

Atuerò postmodum Ann. Chr. ∞ CCCCXCIII. quinq. Iurisperi ad consulendum in causis criminalibus adhibiti fuere: eisq. Cæsaraugustana ciuitas sistendi locus circumscriptus, vel vbicumq. Iustitiæ Aragonum curia conueniret. Anno tamen ∞ D XIX. nouum quoddam septem Iurisperorum, quod Ordinarium vocarunt, Consilium ipsis Locumtenētibus Iustitiæ Aragonum adhibitum fuit: simulq. etiam eodem ipso tempore vetus illud, Extraordinarium, sublatum. Hi autem septem Iurisperiti in priorum quinq. locum ad consulendum etiam in causis criminalibus suffecti fuere: ac vulgò, *Los siete de la Rota*, vocabantur. Sed hæc omnia fuerunt Ann. ∞ D XXIX. nouis tunc editis legibus abrogata: constitutumq. Vt quinq. Iurisperiti, Iustitiæ Aragonum sint Locumtenentes. Ad quos eo tempore fuit ampla illa in iuredicundo duorum Locumtenentium, consilijq. Ordinarij, & Extraordinarij potestas translata. Quæ tandem ratio vsq. ad nostram viget ætatem. Atq. hæc est omnis, quæ facta fuit in his ex alio in aliud vicissitudo, & mutatio. Incidunt enim tempora, cùm ea quæ videntur consentanea, commutantur, fiuntq. contraria: neq. vix videtur arte vlla effici posse, vt vna, atq. eadem ratio in vno semper cursu conferuetur: cùm ita vitæ, & naturæ comparatum sit, vt naturales quoq. iudicentur esse rerum plerumq. publicarum conuersiones. Horum autem quinq. Locumtenentiū munus nequaquam vnus, nec trium, vt antea, annorum finitur spatio. Quinimmo concessum est ipsis, vt eodem perfungantur tamdiu, quamdiu nouus nullus in Comitij nostris inducatur mos, vel ipsi se à grauissimo Septemdecim Virorum iudicio liberarint. Ius est enim, vt quotannis eorum animaduersionem, notationemq. censoriam de iniurijs, si quæ fuerint, contra leges factis experiantur. Et verò ne Magistratus is vacationem vllā habere possit, quominus vtilē det operam Iuribus eius fidei commissis; publica hac lege sic cautum, & sancitum est. *CETERVM si contingat dictum Iustitiam ipso Officio priuari, seu ipsum mori, aut aliàs quomodolibet dictum Officium vacare: ipsius Iustitiæ Locumtenentes habeant regere dictum Officium, vocando se, ipsum officium regentes eo vacante, tantū, & tantū donec per nos de dicto officio bona, & sufficienti persona, & Militi Regni prædicti fuerit prouisum. Quā prouisionē nos faciemus intra triginta dies, postquam nobis innotuerit vacatio officij prædicti.* Sed recentiori postea huic tantæ rei cautiùs prouisum fuit ijs verbis. *LOS Lugartenientes del Iusticia de Aragon, vacant el dito officio, deuen regir el dito officio entro a tanto que por el Señor Rey del dito Officio*

si pro-

si proueydo a algun Cauallero del dito Regno. Los quales Lugartenientes se deuen clamar, Regientes el Officio del Justiciado aquel vacante, segund que en el Fuero de aquesto hecho mas largament es ordenado. E por quanto en caso de muert de los ditos Regientes, e en las otras cosas dius escriptas por el dito Fuero no es plenariament proueydo: Por aquesto De voluntad de la dita Cort estatuyamos, e ordenamos. Que el Officio de los ditos Regientes el Officio del dito Justiciado de Aragon dure tanto, e tan largament, entro a que por el dito Señor Rey del dito Officio si proueydo a buena, e sufficient persona, Cauallero del dito Regno. E el dito Cauallero assi proueydo por si, o por Lugartenientes suyos rija el dito Officio de Iusticia de Aragon actualment. E que si los ditos Regientes el Justiciado, o alguno dellos contescera morir, o seyer privado del dito Officio, antes que el dito Señor Rey aya proueydo del dito officio de Justiciade Aragon a alguno, el qual por si, o sus Lugartenientes actualmente use del dito Officio: Que en los ditos casos, e cada vno dellos: si el dito Señor Rey personalment sera en el dito Regno de Aragon; o en ausencia suya del dito Regno, su Primogenito; o Lugartenient (en el caso empero que pueda fazer Lugartenient) o en ausencia de aquellos lá Reyna muller suya, o el Governador general de Aragon personalmente estantes en el dito Regno; o en ausencia de todos los sobreditos, los Diputados del dito Regno de Aragon, puedan, e sean tenidos dentro spacio de quinze dias, a pres que huran noticia de la muert, o primacion de los ditos Regientes, o de alguno dellos; poner, o crear otro, o otros Regient, o Regientes el dito Officio de Justicia de Aragon. El Officio del qual, e de los quales dure tanto, e tan largament entro a que por el dito Señor Rey si proueydo del dito officio del Justiciado de Aragon; e el Iusticia proueydo por si, o sus Lugartenientes use actualment del dito officio en el dito Regno de Aragon, segun de su so dito es: el dito Fuero fablant de la vacacion del dito officio, quanto a las otras cosas en el contenidas remanient, en su firmeza, eficacia, e valor. De reliquo forensium caussarū iudicia, & cognitiones, quæ ad istum Magistratum deducuntur; per Abecedarium quoq. sunt inter Locumtenentes ipsos adeò dilucidè, & apertè distributæ; vt nulla neq. prætermitti possit, nec certè redundare. Earum porrò sic æquè descriptus ordo alia etiam temporū terminatione concluditur: nempe iccirco, vt litium aliquando finis sit; ne in ipsis causis, & Foro fortunatas, atq. ætates conteramus. Quamquàm autem Locumtenentes ipsi quamprimùm assequuntur altiorem hunc istius tantæ dignitatis gradū; omni cautione, execratione, & fœdere deuinciuntur arctè,

Hh 4 nihileos

nihil eos contra leges, aut libertates esse facturos: ius tamen est, vt singulis mensibus, sollempni quoq. iurisiurandi religione, vniuscuiusq. illorum fides constringatur. ac si eorum animos, penes quos totius nostræ existimationis versantur iudicia, eadem oporteat toties repetita cautione, ad ea, quæ restant, omnibus suis partibus explenda, renouari. Atqui certè plures nobis sunt de horum Locumtenentium munere rogatæ leges, præscriptumq. iam, tum quales ij esse debeant; tum vt manus suas ab alienis abstineant pecunijs; tum in ipsarum caussarum cognitione quid dicturi sint, quid ve etiam responsuri: tum deniq. præfinitum est eis, vt quæq. faciant, se uero semper faciant legum imperio. Quæ præscripta seruantem licet magnificè viuere. Sunt enim annua ipsis stipendia decreta, quæ ex publicis vectigalibus persoluntur, temporibus consentanea, & personis. Sed nihil attingam de ijs rebus, ne videar longiùs, quàm sat sit, officij mei fines protulisse. Id enim esset graues omnes locos tractare, in quibus Forense nostrum versatur, concertatorium, ac iudiciale genus caussarum. Vt ad reliqua igitur pergamus, præter Locumtenentes hosce, sunt sex alij, publici etiã, imperij istius Magistratus ministri: quos Notarios appellare solemus. Inter quos ita sunt singula officia dispertita, vt quinque Forensibus stipulationibus præfint, ac vnusquisq. eorum, adhibitis ab eis alijs quoq. inferioribus Scribis, qui ipsis quasi vtuntur promagistris; vniuscuiusq. Locumtenentium dicta perscribat. Sextus verò, quem priori loco nominare debuiffem, nostrorum Comitiorum Scriba nuncupatur. Cuius hæ sunt præcipuæ partes; vt vna cum primario, ac principe Regis Scriptore, quem Protonotarium vocat, Comitiorum omnium decretorum auctoritatem publicis testetur monumentis. Etenim cum Iustitia Aragonum sit ipsorum, vt diximus, Comitiorum Iudex, ad quam rem explicandam properamus; sic æquè statutum est, vt hi ambo, Protonotarius scilicet Regis nomine, hic verò Regni, ac Magistratus, singulis suis Scribarum officijs in maxima illa supremi istius actus celebritate fungantur. Ac priores quinque à Regibus olim ipsis muneribus præponi solitos obseruauit. Postea verò Alfonsus IIII. Magistratui irrogauit, vt ab eodem præponerentur in posterum: quemadmodum explicauimus supra suo loco. A quo tandem tempore à Iustitia Aragonum mandari consueuerunt. Sextum autem, nostrorum Comitiorum Scribam, ab ipso Magistratu, vel à Regno fortè adhiberi semper solitum fuisse, non aliunde planè, quàm ex facto ipso, capio cōiecturã. Verùm

non iam

non iam ariolans, sed prospiciens dico, nequaquam decere, quod nostra fieri video tempestate, vt ad hunc tantum Scribarum ordinem, quorum fidei tabulæ publicæ, ceterorumq. omnium Magistratuū pericula committuntur; precio quemquam liceat peruenire: sed vt is debeat semper industriæ tantummodò præponi, ac dignitati. Neq. oportere existimo, vt ipsis, quæ à legibus decreta sunt stipendia, coarctentur: ne tantum munus propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate ad mercedem totum, aut quæstum abducatur; sed vt probitas, atq. industria præmiorum mercedibus euocentur. Duce tamen æquum esse, ac decere, vt Iustitia Aragonum copiosius alatur, denturq. eidem de publicis vectigalibus debita sui muneris dignitati stipendia. His ergo sex Scribis illud etiam, quod Locumtenentibus, summum immunitatis irrogatum est Priuilegium; Vt nemo, ne pecuniaria quidem de re minima, eorum iudex esse possit, nisi Iustitia Aragonum solus. Quod in duos tantum ex inferioribus conuenit ministris, qui Virgarij appellantur. Ob quam nimirum causam hi duo, Priuilegiati; alij autem sex, non Priuilegiati dicuntur. Sunt enim Virgarij hi, numero octo. De quibus omnibus, ac de his Virgariorum huiusmodi, qui dicuntur, Notarijs, sic publica lege cautum est. *DE VOLUNTAD de la Cort estatuyamos: Que el Justicia de Aragon, e sus Lugartenientes no puedan crear sino ocho vergueros: dos Priuilegiados, y seys no Priuilegiados. Los quales dos Priuilegiados hayan a seyer exprimidos, declarados, e escritos en el libro de la Cort. Los quales Vergueros hayan a seyer personas abonadas, e possedientes cada vno dellos bienes en el Regno de Aragon valientes tres mil sueldos. E que el Justicia de Aragon haya a esleyr los Notarios de los ditos Vergueros. Los quales hayan a seyer personas abonadas, expertas en fuero, e possedientes bienes cada vno dellos en el Regno valientes tres mil sueldos. E que con otros Notarios no puedan fazer actos algunos. E que los ditos Vergueros en el tiempo de la creacion hayan a dar fianças suficientes. E que los bienes de los ditos Vergueros, e fianças sean hauidos ipso Foro por emparados.* Nempe, vt iudicium magis sit, quod de eis fieri cōueniat, expeditum. Atqui eorum genus nequaquam olim numero definitum erat. Nunc verò lex vetat huiusmodi, ne plures esse possint, quàm octo. Quorum duo, qui Priuilegiati dicuntur, licitorum more singula præferre solent muneris dignitatis Insignia. Ceteri sunt apparitores. Sat enim visum est nostris, hos eidem esse lictores, ac satellites assignatos, cuius nos omnes, dum oporteat, necesse sit esse stipatores corporis Magistratus. Sed vt hæc omittamus, nunc iam videtur nobis de

nobis de Comitijis dari exponendi tempus, quandoquidem Iustitiam Aragonum, eorum esse Iudicem memorauimus. Ea enim quam rationem habeant, non satis agnoscimus; tametsi vim, & euenta perspiciamus. Cùmq. eorum duæ à nostris constituentur species; alia enim *Generalia*, alia verò *Particularia* Comitia dicuntur, omnia autem sub vno Curiarum vocabulo comprehendantur; de Particularibus nunc nobis dicere est institutum. Generales enim Curiae vocantur illæ, dum vno, atq. eodem tempore, & loco, maximi horum trium Regnorum aguntur conuentus. Vetus enim nostrum in Catalanos, ac Valentinus ius est, vt in opidum intra nostros fines constitutum à Regibus euocati his de rebus agendi causa teneantur accedere: tametsi Catalani vsitatam illam, quam diximus, adhibere solent exceptionem, ne videantur iuri suo in aliquo derogare. Sed nihilominus venire solent ad nos, fortunasq. suas conferre in nostrorum temporum, ac loci communionem. Nostri namq. eorumq. maiores in omnibus ferè arduis rebus non consilia modò cum consilijs, sed cum factis facta, ac fortunas etiam coniungendas duxerunt. Sic autem inter nos, ac ipsos, & Valentinus quoq. huiusmodi est Comitiorum coniunctio, & societas constituta: vt quamquam cum omnibus simul de publicis negotijs decernatur; variè tamen id fiat, ac disiunctis sententijs: quæ tandem in exitu coniunguntur & confluunt, ac sub vna, & eadem magna illa, & suprema Regij, vt loquimur, Solij celebritate, separatim vnicuiq. ac seiunctim, etiam tenuissimarum rerù, iura statuuntur. Verùm hoc Reges seiungere possunt; distinctèq. nobis, ac ipsis singula Comitia celebrare. His itaq. cognitis, accedam nunc ad eam, quam proposuimus, Particularium explicandam Comitiorum rationem: quæ à nostris Generalia interdum nuncupari solent: quòd generaliter, vt loquimur, omnes ex nostris, quos in illis interesse oportet, euocentur: eaq. ab alijs nihil differunt ea in re. Eorum autem non est tam facilis

explicatio, quam videtur: cùm multis modis variata versentur, & confusa. Variæ enim ipsorum Regum, ac nostrorum hominum voluntates adeò inter se distantia iura effecerunt; vt vix vlla tradi possint de eis firma, aut stabilia præcepta. Quamobrem non tam his, quam exemplis, necesse erit huiusmodi argumentum illustrare.

De Comitijis

De Comitijis Aragonum.

V T in plurimis ergò fidibus si vlla earum non ita numeris contenta sit, vt æquè possit concentum seruare, ceteræ omnes videtur incontentæ: eodem prorsus modo nisi omnes in Comitijis nostris assenserint ad vnum, omnes ad vnum censentur dissentire. Omnes enim ceterorum omnium actiones mancæ omnino sunt, & inchoatæ, nisi tenuissimi cuiusq. non iam Ordinis, sed hominis etiam assensus consequatur. Verùm enim verò vetus est nostrum, maximum, & præstantissimum ius, vt Comitia nobis à quoquam alio, præterquam ab ipsis Regibus haberi non possint. Ab eis autem indici tribus potissimum de causis consueuerunt: prima videlicet; suppetiarum ferendarum, exigendiq. (vt vulgò loquimur) *seruicij* causa; dum eos magna aliqua premit necessitas, Regiumq. ærarium bellorum sumptibus est exhaustum. Tunc enim Regni Ordines aduocare solent, postulantes, vt ea apparentur ab omnibus, quæ videntur tempus, ac ipsa necessitas flagitare. Olim autem nostri non pecuniarium vt modò, sed militare pendebant seruicium. Sic namq. millia nummum, quos tunc Regibus impedimus, appellamus. Altera verò; in noua vniuscuiusq. Regis successione: vt par, & mutua illius in nos, & nostræ in illud iureiurando deuinctæ fidei auctoritas intercedat. Non enim Regibus fas est, ad gubernacula Regni sedere, quousq. pro more solito iuris, ac legum adhibita cautione, & fœdere, Comitijis institutis, mutua ipsa fides constringatur. Quorum habendorum hæc postrema solet esse vsitata, & notissima causa: vt pro temporum varietate leges dentur Reip. consentaneæ. Interdum namq. necesse est non temporibus solùm, sed moribus etiã parere: stultissimum verò existimare, omnia quæ scita sint in populorum institutis, aut formulis ciuilium legum, æquè omnibus ætatibus conuenire. Animorum etenim motus probandi sunt, legibusq. ad tempus accommodatis ad tranquillitatem, & pacem præparandi. qui tandem finis esse debet, quò omnium ferendarum legum ratio refferatur. Maiores autem nostri, quæ de omnibus statuenda essent, noluerunt iuberi, vetari ve posse, nisi vocatis, descriptisq. Ordinibus, ac cunctis omnium adhibitis suffragijs, re ipsa cognita, & promulgata. Vnde perpetuum illud nobis comparatum est ius, vt communes, & publicæ leges neq. tolli, neq. rogari possint, nisi prius vniuersus populus, vna voce, Comitijis institutis suum ea de re liberum suffragium ferat, idq. postea ipsius

ipſius Regis aſſenſu comprobetur. Atq. inde uſitatus ille noſtrarum legum ferendarum inductus eſt mos, qui facillimè potuit in tot à nobis appoſitis legibus obſeruari. Earum namq. omnium initia hiſce, aut eis ſimilibus, more noſtro, verbis concipiuntur. *El Señor Rey De voluntad de la Corte eſtatueſce, y ordena.* Nam apud nos quæq. omnis publica lex, ea ſepta eſt difficultate, ut rogari, neq. abrogari niſi de Regis, ac Regni ſimul conſenſione non poſſit. Quod magnum uinculum, ac libertatis fundamentum eſt. Et id ipſum apud Longobardos uigiſſe olim, idem ille amicus noſter Carolus Sigonius atteſtatur: uir quidem ſumma eruditione ornatus, & doctrina: qui ſuis ſcriptis noſtra ætate hiſtorico, & eleganti ſermone iam prope intermortuam illius gentis memoriam renouauit. Quorum mentionem non feciſſem modò, niſi ij maioribus noſtris principes exſtitiſſent & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendam hanc, qua nunc fruimur, Reipub. noſtræ rationem: quemadmodum diximus ſuo loco. Itaq. ne longiùs labar, Particularia Comitia dicuntur, in quæ ſolius Aragonij Regni Ordines conducuntur tantùm. Cùmq. ea Generalia quoq. ut diximus, nuncupentur: parum alia vlla in re uidentur differre à Generalibus ijs, in quibus triũ Regnorũ cõuētus cõiunguntur. Quæq. verò ea ſint; nobis intra noſtros fines habēda ſunt. Poſſunt autē Reges, quãdocũq. uoluerint, illa celebrare. Atqui olim quotãnis ea Cæſarauguſtæ nobis haberi ius erat. Sic enim in quodã Priuilegij generalis, An. CCCCLXXXIII. irrogati, Capite continetur. *J T E M* *quel Señor Rey haga Cort general de Aragoneſes en cada un año una vezada, en la Ciudad de Çaragoça.* Poſteà verò Ann. CCCVII. poteſtas hæc ſic fuit, publica huiuſmodi lege, prorogata. *C V M* *in Curijs, quas Reges ſuis ſubditis celebrant; ea, qua ſunt ad conſeruatiõem pacis, ac iuſtitia, & ſtatum pacificum Regni, & regimen ſubditorum, & ad tuitionem, & augmentum Reip. ordinent, & diſponant: Nos Jacobus Dei gratia Aragonum Rex, licet iam per Illuſtriſſimum dominum, Regem Petrum recolenda memoria patrem noſtrum, ſtatutum fuiſſet in fauorem Aragonenſium, Quòd ipſe, & ſui ſucceſſores quolibet anno eis Curiam celebrarent in Ciuitate Caſarauguſta: quod etiam ſtatutum fuit per dominum Regem Alfonſum clara memoria, fratrem noſtrum; & per nos poſtmodum conſirmatum. Nunc uerò attendentes ad communem utilitatem totius Regni Aragonum, quia loca ubi Curia celebrantur, propter congregationem gentium magnum ſuſcipiunt incrementum: De uoluntate, & aſſenſu Pralatorum, Religioſorum, Baronum, Meſnaderiorum, Militum, & Procuratorum Ciuitatum, Villarum*

*Villarum, & Villariorum Aragonum in hac Curia congregatorum: ſtatui-
mus, & perpetuò ordinamus: Quòd de cetero nos, & ſucceſſores noſtri
faciamus, & celebremus Curiam generalem Aragonum de biennio in
biennium, in Feſto omnium Sanctorum, in quacumq. Ciuitate, Villa, uel
Villario Aragonum, ubi nobis, & ſucceſſoribus noſtris melius fuerit uisum
expedire: non obſtantibus ſtatuto, & ordinationibus pralibatis. In alijs ue-
rò, Priuilegio generali Aragonum, & Foris per noſ iam editis, in ſuo robore
duraturis. Et hæc Iuramus per nos, & ſucceſſores noſtros perpetuò obſer-
uare. Et Pralati, & Religioſi, qui in dicta Curia erant, hæc firmarunt, & Ba-
rones, Meſnadarij, Milites, & Procuratores Ciuitatũ, uillarũ, & Villario-
rũ ſimiliter Iurarunt. Verũtamen poſteà, ne noſtri ad Comitia habenda
in paruum aliquẽ, anguſtumue locũ concludi poſſent, de illius opportu-
nitate ſic, publica alia lege, cautũ fuit. Paſſim namq. fit, ut habita ratione
rerũ, uitiõſa prior lex, aut conſuetudo emendetur. *E L Señor Rey cõ-
uolũt ad de la Corte quiere. Que de aqui adelãte, la Corte en el dito Regno,
ſe haya a clamar, è cõuocar a Ciudad, uilla, o lugar, do haya quatro çietas ca-
ſas, ſiquiere fuegos de eſtajãtes, o de alli a ſuſo. È q̄ a menor Ciudad, Villa, o lu-
gar, è de menor caſas, ſiquiere fuegos, no ſia, ni pueda ſeyer clamada, ni cõuo-
cada. È ſi el cõtrario ſe farã: q̄ el tal clamamiento, ſiquiere cõuocaciõ, ſia nulla:
ni pueda alli ſeyer reputados cõtumaces: ni Cort hi pueda ſeyer formada: ni
actos algunos de Cort hi pueda ſeyer feytos. Antes lo q̄ ſe fixieſſe en tal Ci-
dad, Villa, o lugar menor de quatro çietas caſas, o fuegos, ſia nullo, e no haya
ninguna efficacia, o valor.* Quòd ſi ad Cæſarauguſtã Urbẽ indicũtur:
ius eſt, ut in Deputatiõis ampliſſima illa, ita uocata, domo, de qua ſupra,
habēda ſint. In ea autē & Regi, & Regni Ordinibus ſunt iã ſinguli op-
portuni loci definiti. Sed tamẽ cùm Reges ſerò ad Comitia federēt, ob
eãq. cauſſam plura caperet Reſp. detrimẽta: maiores noſtri, ſapiẽtes il-
li, ac cordati uiri, ad huiuſmodi tarditatẽ aliquo modo ſubleuandã præ-
munierunt: ut Magiſtratus deputarentur, qui Regni Ordinum faciem
præſerret, haberētq. publicorũ quorundã officiorũ, præcipue uerò
publicæ pecuniæ, quæ à uectigalibus cogereſſetur, rationẽ, ac liberũ ea de
re præclarũ recuperatoriũ iudiciũ. Neq. uerò eos olim fors dabat, quẽ-
admodum hodiẽ fieri uidemus, cùm ueri manu miſcẽtur, & ducũtur:
ſed in publicis Comitijs omniũ deligebãtur ſuffragijs. Eoſq. tamdiu ius
erat muneribus ipſis præeſſe, quãdiu Regibus noſtris placeret uacatio
nẽ eſſe Comitiorũ: ut quodãmodo, Intercomitiales, dici illis tẽporibus
potuiſſent. Quatuor autē tãtũ, & aliquamdiu triennales extitiſſe, cer-
tũ eſt. Verũm hæc ratio poſteà cõmutata fuit, & decretũ: ut Octo uiri,
ex ſingulis ſcilicet Regni Ordinibus bini, magnum hoc Reipublicæ
Ii munus*

munus sustineant. Quod, qui ex vrna educti fuerint, fortiantur quotannis. Ex eo autem, quòd à Regno deputati fuère, & ex omnibus constantur Ordinibus: Deputatorum Regni nomen inuenerunt. Quorù fidei totius Regni procuratio est commissa, statutumq. vt ipsi sint Iustitiæ Aragonum custodes, propugnatores, ac præfides; illiusq. salutis, & mentis auctores, & principes paratissimi. Cui tandem muneri vos, Patres amplissimi, præpositi estis. Itaque, vt ad illud redeam, quod initio scripsi, Comitiam nostram indici, aut haberi nisi ab ipsis Regibus non possunt. Qua de re exploratum hoc exstat eiudè Molini, cuius toties mentionem fecimus, testimonium. *Curias generales non potest conuocare Aragonensibus Regina Aragonum, nec Locumtenens generalis domini Regis. Et si hoc aliquando factum fuit; illud factum fuit, seu dispersatum per Curiam generalem Aragonum cum magnis saluamentis, & protestationibus, ne in futurum caussaretur præiudicium Aragonensibus. Quia sine habilitatione, non potest conuocare, seu celebrare Curias Aragonensibus, nisi propria persona domini Regis.* Iccirco autem tot in locis, vel ipsarum legum, vel earum interpretum fidem interpono; quòd huiusce nostræ scriptionis genus non euentis solùm illustrare oporteat, sed argumentis, rationibus, ac publicis testimonijs, quare quidq. ita sit, docere, & confirmare. Iam verò olim ex tribus tantùm Ordinibus Comitiam constabant; Patritio scilicet: Equestri: Ciuicoq. & Municipali. Patritium quidem maiores nostri, Ricorum hominum, & Baronum Ordinem, nuncupabant. Sed iam eorum antiquata est, quæ magna viguit, nominis, ac muneris amplitudo: Nobiliumq. nunc Ordo appellatur. Quibus ita, Regum, ac Regni concessu, tributum est: vt per procuratores agere liceat in Comitijs. Equestri autè Ordini, in quem Milites, ac Infanciones conueniunt, haudquaquam. Hi enim si in Comitijs volunt interesse; ius est, vt præsentés adsint, cognoscantq. & animaduertant, quæ fiant. Ciuicus autè, ac Municipalis Ordo, Vniuersitatum Ordo vocatur, vulgariq. sermone, *El braço de Uniuersidades de las Ciudades, Villas, y Villeros de Aragon.* Neq. verò omnia Regni opida conueniunt. Sed iam definitum est, quæ adesse, & quæ alijs tum in subfellijs, tum in ferendis suffragijs debeant præferre. His ergo tribus Ordinibus, Ann. MCCC. vel circ. quartus accessit, Ecclesiasticus. In què Cæsar Augustanus Archiepiscopus, & ceteri omnes Aragonenses Antistites cõfluunt, ac Cathedraliũ, & Collegiatarũ Ecclesiarũ, vt vocant, Capitula; Militariumq. Præceptores, vt vulgò loquimur, Cõmendarũ. Atq. ab eo vsq. tẽpore quatuor hi, qui nũc viget, sunt nostrorum hominum

hominum Ordines ad adhibenda in Comitijs suffragia constituti: quos solemus, *Los quatro Braços del Reyno*, nuncupare. In Comitijs enim Respub. nostra, quasi integrum quoddam fingitur corpus: cuius caput; censetur Rex: truncus verò corporis, ac membra in eo locata; ipsi Ordines: Iustitia autem Aragonũ; collum: quod vtrumq. coniungit; & corporis, & capitis faucibus adhærescit. Ad nostra igitur Comitiam hi quatuor Ordines euocandi sunt. Euocantur autem singulatim per literas: quas appellamus: *Las Cartas de llamamiento*. In his à Regibus proponitur ratio consilij, quo ductus Comitiam habenda decreuerit: tum ipsorum Comitiorum dicitur dies; ac opportunus designatur locus. De cuius mutatione, an fieri possit; ab eodem Molino hæc traduntur. *Si in aliquo loco sunt semel conuocata Curia Generales, & incepta: non potest illas mutare, seu continuare dominus Rex ad alium locum Regni, nisi tota Curia generali consentiente.* Et idem paulò post. *Tamen si Curia generales nondum sunt integrè congregata, seu incepta: tunc dominus Rex, etiam sine Curia, potest illas mandare continuari ad alium locum sibi bene visum. Et ista continuatio fiet per Iustitiam Aragonum, seu eius Locumtenentem. Quibus poterit dominus Rex mandare, quòd illas continuent ad locum domino Regi bene visum.* Ius est autem; Ne Comitiam nostra vltra quadraginta dies possint differri. Constituta verò die, Reges aduocata concione, ad quam frequens fit nostrorum, qui ibi adsunt, concursus; habere aliquam orationem solent; & in ea consiliorum suorum rationem fusiùs, & vberius explicare. Quæ à nostris, *Propositio Curiarum*, appellatur. Ea autem quo pacto antiquitus fieri consueuerit, non abs re erit hoc loco demonstrare, exemplumq. aliquod apponere, quo id magis perspicuum sit. Quandoq. enim Reges solebant, purpura, sceptro, & alijs Insignibus Regijs ornati, vestibusq. pretiosis induti, publicum aliquem suggestum ascendere, ad eam rem aureis textilibus stragulis pulcherri- mè structum; publicèq. orationem habere magna voce, & contenta, vt ab omnibus possent exaudiri. Cùmq. plures essent huiusmodi, in priscis monumentis conscriptæ: quam hoc loco intexere decreui, nequaquam aliunde rogabo, nisi à publicis eorum Comitiorum, quæ à Martino Rege Cæsar Augustæ, Ann. Chr. MCCCXCIIX. habita fuère, Commentarijs. Neq. enim potuissim temperare mihi, quominus hoc vnum asserrem nostræ antiquitatis exemplum. Quamquam autem illius argumentum supra in ipsius Martini rerum narratione perstrinximus: nihilominus statuimus eandèmetipsam orationè huic nostro

de Comitijs Aragonum proposito sermoni connectere : vt nedum antiquæ res nostræ perpendantur, sed verba. Ita autem ea, quæ ab eodem Rege Martino tunc prolata fuerunt, omnibus ornamentis abundarunt, vt cunctis altantibus viderentur & sibi ipsis, ac eidem Regi publicâ auctoritatē, cōsentaneāq. & præstantē capeñdi Regni disciplinā præscripsisse. Sic nāq. illū proditur, proposito sibi prius, vt loquimur, Themate, ac si de nostra sacra Religione cōcionaretur; nostros, qui ibi aderāt, è superiore quodā loco affatū fuisse. Ac ne ipsis verbis se de subtrahamus, hæc etiā à Comitiorū Scribis subiunguntur.

Lunes que se contaua a veint, & nueu, del mes de Abril del año de la natiuidad de nuestro Señor, de MCCCLXXXVIII. al qual la celebració de las Cortes sobreditas (iam enim nonnullæ stipulationes in eis antea factæ continentur) por el dito Señor Rey fue assignada; en la Iglesia de la Seu de la dita Ciudad de Caragoça, el sobredito Señor Rey don Martin, por la gracia de Dios, Rey de Aragón, de Valécia, de Mallorca, de Cerdeña, de Corcega, & Compté de Barcelona, de Rosselló, & de Cerdeña, personalmente constituydo en aq̃lla, & estado el dito Señor en su Solio, o Cadiella Real, deuant el Altar mayor de la dita Seu, & present el muy honorable, & Circumspecto Varon don Joan Ximenez, Cerdan Cauallero, Consellero del dito Señor Rey, & Justicia de Aragon, & Judge en las ditas Cortes; & encara present en aquellas el honrado, & discreto don Ferrant Ximenez de Galloz, Sabio en dreyto, & Procurador Fiscal del dito Señor Rey, parecieron por los quatro Braços del dito Regno de Aragon, los que se siguen. Hic nominatiu proferuntur, qui his Comitijs ex nostrorū Ordinū hominibus interfuere. Sequens autē oratio ita connectitur superiori. E presentes los sobreditos, & muytos del dito Regno de Aragon, el dito Señor Rey fiz o su Proposició prendiendo por thema: Hac est victoria, que vincit mundum, Fides vestra: continuado, & proseguiendo la dita materia, elegãter, & pulchriter. El tenor de la qual yes a tal.

HÆC EST VICTORIA, QUÆ VINCIT MVN-
DVM, FIDES VESTRA.

BVENA GENT. Las paraulas por nos proposadas son escritas en la primera Canonica de Sãct foã, al V. Cap. La exposició de aq̃llas es esta.

ES LA VICTORIA, QUE VIENCE EL MVN-
DO, LA FE VVESTRA.

Por esto los antiguos fiziorõ questiõ, la vitoria del mñdo en q̃ estaua. Algunos huuioron

huuioron opinion, que estaua en tres cosas, o en la vna de aquellas.

Primo; en la fortaleza corporal:

Segundo; en la riqueza temporal:

Tertio; en multitud de gent cordial.

Del primero, se lie al libro de los Iudges al XVI. Capitol: Que como Sanson entrò en vna Ciudad, que ha nom Gothra, è los Philisteus supioron, que el era entrado en la dita Ciudad; van lo enuironar, è pusieron guardas a la puerta de la dita Ciudad. E Sanson dormiò tro a la media nueyt. Pues a la media nueyt espertose, & lieuse las puertas de la Ciudad al cuello, tro al mont, qui guarda enta Ebron. Pues parece, que por la fortaleza de su persona esvaliò, è escapò la multitud de la gent, qui lo en cercaron. Assin mismo lo hauemos de otros, como de los Gigantes, qui fuerõ de grant estatura. Baruch. tertio.

Al segundo, que en riqueza temporal sia victoria: Esto prueuan; Que Enabucodonosor por la grant riqueza, que huuo, vencio à Darfaxach. Segunt que se lie en el libro de Iudich al primer Capitol.

Al tercero, que en multitud de gent cordial: Exemplo de Antiocho; Que por multitud de compañías obtuuo muytas victorias. Segun que lo hauemos en el libro de los Machabeus al primer Capitol.

Mas cierto ellos errõron en nõ hauer verdadera opinion. Que la victoria non està en fortaleza corporal. Quia non in fortitudine equi voluntatē habebit, nec in tibijs viri beneplacitū merit ei. Psalm. CXLVI. Nõ se puede aconseguir victoria por fortaleza de Cavallos, nin por temprãça de cuerpos. E desto hauemos exemplo de Dauit; è de Golias, Gigant fuert.

El segundo; Non està victoria en riqueza temporal. Porq̃ muytas vezes ha hombre visto, que los pobres vencian los ricos. Segunt parece de Dametrio. primo Machabeorū. XI. Cap. Que en ayuda de Dametrio eran tres mil Iudios; è vencieron en la Ciudad de Antiochia a ciento, y veynte mil.

El tercero; q̃ non en multitud de gent cordial: lie se en el libro de los Reyes, que el pueblo cãtana: Saul percussit mille, & Dauit decem millia. Assin mismo se lie en las Historias de los Romanos, que com Eugenius con grandes compañías teniesse ocupados los passos, è las muntanyas, que enuironan toda Italia; por do Theodosi Emperador denia passar. E quando Theodosi

lo supo; el no hauia adu comido. E luego puso en oracion. Es estuuo asin tota la noche. E la mañana se leuanto; es se armò; è fizò se el señal de la Cruz: è la mayor partida de su Caualleria lo hauian deseparado. E ell en la mañana entrò al campo. E por la virtud Diuina leuanto se tal viento, è tal tempesta, que las armas, asin como lanças, dardos, sayetas, è tales cosas, que sus enemigos lanzauan; tornauã contra ellos, en manera que ellos mismos se matauan. Por la qual cosa Theodosi fue vencedor de aquella batalla. Porque se puede dezir, que la suya grant ffe lo fizò ser vencedor.

Arcadio, è Honorio supiendo q̄ su hermano se era rebellado con Africa, de feyto embieron contra el a Marcello con cinco mil hõbres. E el dit Marcello esmaginã las gracias, q̄ Dios hauia feytas a su padre Theodosi: è fue sende a una Isla, q̄ hauia nom Cabraca: En la qual hauia algunos Sãtos hombres, è deuotos seruidores de Dios, los quales hauia traydo con si. E la nueyt el se puso en oracion, e en dejunios por tres dias: e la quarta nueyt le aparecio Sanct Ambros: è dixol; Como el seria vencedor de la batalla, denunciandole el dia, è el lugar de la victoria. Porque aquel de feyto combatiò con el hermano, que era con ochenta mil; e el con cinco mil suyos venció, e lo esbarató. Porque puedo dezir: Non in fortitudine exercitus est victoria, sed in Domino. De Gedeon, que con trezientos venció el poble innumerable. Judicum tert. Cap.

Pues q̄ victoria mūdanal non se troba en estas tres cosas; veamos, en q̄ se trobarã. Cierto puedo dezir, q̄ se troba en aq̄llos, q̄ han verdadera ffe, è coraçon leal. E estos soès, vosotros de Aragon: por los quales yo he presa la paraula començada. Hac est victoria, qua vincit mundum, fides vestra.

Alas quales paraulas, a loor de vosotros Aragonesos, podemos notar duas cosas. La primera: honor muy excellèt por la tierra diuulgada; quia hac est victoria. La segunda; virtud muy trãscedièt en esti Reyno fundada; quia fides vestra. Dezimos primeramèt; Que en los Aragonesos deue seyer notada; honor muy excellèt, por la tierra diuulgada; en esto: q̄ diz e, Hac est victoria. Ond grãt es verdaderamèt la honor, q̄ los Aragonesos hã conquistada por muytas victorias, q̄ hã hauido, nõ cõ grãt fortaleza corporal, mas q̄ otros, nin cõ grãdas riq̄zas, nin cõ multitud de gētes: mas cõ grã virtut de fiel dat, è de grã naturaleza, e bondat han de los enemigos victoria obtenido. Que si queremos guardar nuestros predecessores, quãdo viniorõ a las muntañas de Jacca, como hauien pueca gent. E que esto sia verdat, bien ne faz en testimonio, muntañas, Ciudades, Villas, lugares, e planos, manifestan, a los que passan por aqui, las victorias, q̄ vosotros hauez, houido. E como subiugoron

totas

totas las ditas muntañas de Jacca, e de Sobrarbe, manifesto es a vosotros; porq̄ no lo cal muyto alegar: los feytos del Rey Don Sanxo, que apres vino a seyar a Huesca, domorio; e pues su fillo, combatiendo se cõ toto lo poder de los Moros, que era grant; e ell con puecos, los venció, e bouo a Huesca. Apres vino el Rey Dõ Alfonso su fillo. El qual conquistò esta Ciutat, e la Ciutat de Calatayud; e guañò tota la ribera de Tarazona; e poblò Tudela. De los otros que vinieron apres, conquistaron toto el restant. Bien vos queremos dezir, quanta virtud fue en el Rey Don Pedro en tiẽpo de los Franceses: Que viniendo con la Cruzada, que dio el Papa contra el; esbarató toto su poder al Coll de Panizas. Asin mesmo el Señor Rey nuestro padre, q̄ Dios perdone, quãdo passò a Valécia, esto es notorio a todos, como el era cõ pueca gēt, es q̄ el Rey de Castiella era cõ toto su poder. De nos mismo com suymos en Sicilia cõ Cincietos Bacinetes, e ellos erã mas de quatro mil cavallos: cõ los quales, cõ la ayuda de nuestro Señor Dios, somos venidos a fin de nuestra intencion, con la bondat de los Aragonesos, e de los otros, q̄ allieran. Porq̄ podemos dezir aquello, q̄ diz e el Apostol: Per fidẽ vicerunt Regna, es sortes facti sunt in bello, es verterunt Castra exterorum. Ad Hebraos. XI. Cap.

Dezimos segõdament, que las paraulas por nos començadas es; virtud muy excellèt en esti Reyno fundada: Quia fides vestra. Loado sea Dios, q̄ entre todas las naciones del mudo, la ffe de sti Reyno es predicada, e publicada por todas las naciones. Et por esto los Philosophes possoron, q̄ hombre nõ puede venir en alguna conexẽza de las cosas, si non cõ su contrario: asin como con el blãco ha hõbre conexẽza del negro, e asin con el negro del blãco. Por esto lo queremos dezir. Que asin seria necessario a Rey de Aragõ, q̄ houiesse asayado otras señorias de Vassallos, para hauer mellor conexẽza de los suyos. Que por cierto qui sguarda la señoria, qui hõbre ha a tener a los otros, e la q̄ ha a tener a vosotros: seas ciertos, q̄ hi de ha gran differẽcia. E nos podemos dezir, com dixo San Joã a XVIII. capitols; Qui vidit, testimonium perhibuit: Nos, qui lo hauemos prouado, ne podemos fazer testimonio de verdat. E entre las otras gracias, que fazemos a nostro Señor Dios de los años, e periglos, que nos ha preservados, e como nos ha feyto Rey: hi es, como nos ha feyto Rey de tales Vassallos, como vosotros soès. E a prouar esto, trabemos por testimonio Valerio Maximo, segũ que se lie al segundo liuro, Capit. De statutis antiquis: Que los Celtiberios, es assaber los Aragonesos, e Catalanes, hauia tãta de ffe, que reputabã a peccado, veyr, q̄ su señor morisse en batalla, e ellos no hi morissen. E que esto sea verdat, q̄ vosotros seas Celtiberios: asin lo diz e Isidorus en el VIII. liuro Ethymologiarum. II. Capitulo diz e. Que aquellos son verdaderos Celtiberios, que son poblados cerca el rio de Ebro.

li 4

Por esto

Por esto los Aragonesos, han hauidas siempre tres condiciones. Primerament; gran liberalidad. Parefcelo por los donos feytos en tiempo passado. Que por cierto qui vee los donos, que vosotros hauez feytos a nuestros predecessores, bien pueden dezir: que bienes, cuerpos, e algos, toto lo hauez abandonado por ellos. E qui guarda la ayuda que vosotros hauez feyta a la Conquista de Valencia, por cierto que fue muy grant, e notable; bon dieftez el Cinqueno de toto, quanto hauez. E apries de los otros Reyes nõ lo cal dezir. De nos mismo bien ne podemos fazer testimonio: que estando nos en la Conquista de Sicilia, e non podiamos hauer socor de ninguna part. Vosotros por vuestra bondad nos embiaftez, cient Bacinetes con Don Pedro de Castro, qui era Cap dellos, pagados a VI. meses. Con los qualles mediant la gracia de Dios, nos haucimos toto lo Regno a nuestra mano. Pues bien podemos dezir: que en vosotros ha gran liberalidad.

Segundo; gran animosidad. Bien lo hauez demostrado en las guerras passadas. Como qui guarda vosotros, si hauez plañydo vuestros cuerpos por vuestros Señores, cierto podemos dezir, que non. Antes alli do el padre perdia el cuerpo; el fillo luego se hipoñia: e do el fillo; el padre asin mesmo. E quantos son, qui son muertos por lur señor natural? muytos: els qualles serie largo de recomptar. Quantos affollados de su cuerpo? assaz. E quantos esuarrigados, e espuñados? manifestament lo podez ver. Pues bien ha uemos prouado, que en vosotros es gran animosidad.

Tertio; gran humildat. Experiencia lo muestra enta vuestros Señores naturales. Que por cierto bien podemos dezir, que si Vassallos ha en el mundo, que sean humildes a su Señor: que hi soës vosotros. Car no soës constreñidos por señoria tyrannica: antes soës muy franchos, e libertados de muytas franquezas, e libertades. E los señores vuestros passados non vos han señoreado con crueldat, nin con malicia alguna. Antes faziendo una pueca de iusticia, luego soës castigados. E pues que vosotros soës muy bië, e franchament libertados, e non cruelment regidos: bien podemos dezir, que esto faz e la vuestra gran humildat.

Pues todo esto damunt dito que lo ha feyto? por cierto la gran victoria, que nuestros predecessores han hauido. Bien donches podcimos concluir nuestro thema comenzado: Hac est victoria, qua vincit mundum, fides vestra. Porque por conseruar esta ffe, como es dito, nos haucimos applegado a vosotros. Primerament, que por vosotros nos sia feyta Jura de ffueldad, asin como hie acostumbrado. Segundament, por rogar vos, que querades Jurar nuestro fillo el Rey de Sicilia; al present, por vuestro Señor; e apries nuestros dias,

stros dias, por vuestro Rey. Por manera que en tal punto se faga esta ffe, que nos, e vosotros puedamos vencer lenemigo del mundo: e que saliendo desta vida seamos coronados en la gloria perpetual.

Hæc itaq. præclara illa concio est, tantopere à nostris maioribus celebrata: quæ tanta cum grauitate, copiaq. dicendi, tanto silentio, tanta omnium approbatione à Martino Rege tunc habita fuit; nihil vt vñquàm videretur tam populare ad nostrorum hominum aures accidisse; cùm sic statuerent, vilius numquam neq. sententiam auctoritate, neq. eloquentiam iucunditate fuisse maiorè. Habita igitur à Rege cõcione, statim redditur à Comitijs responsum. Illud autem respondendi munus primario committitur, qui tunc adfit ex nostris, Antistiti. In ipsa enim Communitate sunt iam singulorũ gradus Officiorum. Ecclesiasticum autè Ordinem meritò suspicimus, tamquàm ceteris alijs superiorem. At verò in ipsa responsione danda scitum est, caussam esse in tempus conferendã. Consuevit autem responsio huiusmodi, & sententijs, & verbis illustrari. Quod vt veteri simillimo testimonio cõprobetur, illius exèplũ adiungã hoc loco, quæ eidè Martino Regi data fuit à Cæsar Augustanèsi Archiepiscopo D. Garcia illo Ferdinãdi Heredia, nomine, ac memoria dignissimo viro. Is enim Comitiorũ voce, ac cõmodatã habuit orationè, si nõ valde abudatè, nõ tamè inopè, sed interdũ grauibus verbis ornatã, & refertã. Eorũ autè hæc quoq. in eisdè Cõmõtarijs cõstituitur sedes, ipsi nèpe orationi Regiæ cõnexa.

E feyta la dita Proposicion el sobredito muy Reuerent Arçobispo de Çaragoça (iam enim illius fuerat antea facta mëtio) por toda la dita Cort general, e quatro Braços de aquella respufo a la proposicion por el dito Señor Rey feyta, prendiendo por Thema: Salus nostra in manu tua est tantum. Respiciat nos Dominus noster, e lati seruiemus Regi. e continuo, e proffiguiè aquella aptissimè. La qual yes, dius aquesta forma.

SALVS NOSTRA IN MANV TVA EST TANTVM. RES-
PICIAT NOS DOMINVS NOSTER, ET LATI
SERVIEMVS REGI.

MUY excellent Princep, e reduptable Señor. Las paraulas por mi propofadas, escritas son. Gen. XXVII. Cap. E la sententia literal es aquesta.

LA SALVD NUESTRA EN LA MANO TVYA ES TANSOLA-
MENT. GVARDENOS EL SENYOR NUESTRO, ET
ALEGRES SERVIREMOS AL REY.

Excellent Princep, e Señor muy poderoso. Sobre todos bienes mas cobdiciados,
e precia-

e preciados, siquiere en aqueste mundo terrenal, hoc en cara en la gloria celestial; es la salut. Por la salut en paradyso, Dios por los Santos es loado. Dize San Joan. Apoc. VII. Cap. Que los Santos eriden grandes lozes diziendo, Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, est agnus. Salus sea a nuestro Señor, qui esta posado sobre el throno, es el agnuso. La salut, Señor, en este mundo por todo naturalment hombre es deffenda. E porque la salut del pueblo deuala de la salut del Princep; por aquesto la salut del Princep es fuent preciada, amada, e honrada. Antigament, Señor, en señal de grant honor, e reuerencia, furauan por la salut del Rey, o del Princep. Assin jurò Joseph a sus hermanos. Genes. XLII. Cap. Per salutem Pharaonis non egrediemini inde, donec veniat frater veser minimus: Por la salut del Rey Pharaon non exiredes de aqui, fasta que vienga vuestro hermano mas chico. Ara, Señor, es assin: que seyer sano, o hauser salut, propriament se dize del animal, segun dize el Philosopho en el IIII. lib. de la Metaphysica. De la cosa publica, o de la Comunidad, salut se dize por Metaphora, e figura: E aquesto prò razonablement. Car segunt que dizen los Metges, salut, e enfermedad son differencias del cuerpo. Pues como la cosa publica sea, assin como un cuerpo, segunt que dize Plutarco al Emperador Trajano, que toda la cosa publica es un cuerpo, en el qual el Rey es la capeça: Por tanto la cosa publica, la Comunidad, o el Regno, puede seyer dicho sano, o enfermo. Porque assin como la conuenient proporció de humores en el cuerpo, es sanidad; e la sobreabundancia de aquellas, o de las unas sobre las otras, es enfermedad, o malautia: bien assin, Señor, la sobreabundancia, o promocion de los malos, e opresion de los buenos, en el Regno, o comunidad, causa contrariedad de humores, e por consiguiente enfermedad, e malautia: e la justa, e deuida opresion de los malos, e promocion, e exalçamiento de los buenos, causa deuida, e razonable proporcion de humores, e conueniencia: e por consiguiente salut, e sanidad. La qual, Señor, deseamos, e de aquella a la vuestra Señoria los del Regno de Aragon de corazon propofamos, Diziendo: Salus nostra in manu tua est tantum. Respiciat nos Dominus noster, et latius seruiemus Regi. Ont, Señor, segun tres ornamentos, que todo Rey ha; El primero, en la capeça, el qual es Corona; el segundo, es en la mano derecha, el qual es Ceptro; el tercero, es en la mano siniestra, el qual es Pomo: me parece, que segun aquestos tres ornamentos, entres cosas, Vos Señor, tenedes nuestra salut.

Primerament: nuestra salut en vuestra Capeça es; por de los buenos condigna premiacion.

Segunda-

Segundament: nuestra salut en vuestra mano derecha es; por de los malos justa correction.

Tercerament: nuestra salut en vuestra mano izquierda es; por de los pueblos vuestros auisada gouernacion.

Dixi, Señor, primerament, que nuestra salut en vuestra Capeça es; por de los buenos condigna remuneracion, o premiacion: e aquesto designa el ornament Rey al de la Capeça. El qual es Corona. La Corona, Señor, segun San Ysidoro en el XX. liuro de las Ethymologias, es señal de la honor, que el Rey ha de los pueblos a el subjectos. E en Vos, Señor, la Corona significa dignidad de honrosa promocion. Corona, Regij honoris signum est: quae ideò in capite Regum ponitur, ad significandum circumfusos in orbem populos, quibus accinctus, caput suum coronatur. E en vuestros subjectos significa, de sus treballos, e sus seruicios premio, e gualardon. En toda la Santa Escritura, do se faze mencion de Corona; significa, e figura premio, e gualardon; segun que dize Sant Gregorio en los Morales; hoc e San Joã Apoc. IIII. Cap. Vidit Sanctos habentes coronas aureas. dize, Que vido los Santos con coronas de oro. E segun los Doctores Theologos; dan a entender, el premio, e gualardon, que han de la vision Diuinal. El qual premio, e gualardon a los buenos dar, sobiranament se conuiene a la dignidad Rey al. E aquesto ditta razon natural, e autoridad escriptural. Dize Sant Pedro en la sua Canonica, que deuemos seyer subjectos, principal al Rey, assin como al mas excellent; e a los Duques, assin como adaquellos, q̄ el embia pora punir los malos, e a gualardonar los buenos. Subiecti estote Regi, quia prae excellenti; Ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò honorum. i. Petri. II. cap. Assin mismo aquesto ditta narracion historial. Porque segun recita Valerio, Que Alexandre, e Julius Cesar, muy altamente remuneroron sus seruidores, e sus Vassallos leales. Assin, Señor, Vos faziendo, es assaber los buenos premiado, gualardonado, e promouido; la nuestra salut en vuestra capeça es; por de los buenos condigna premiacion. E aquesto significa, e figura la Corona, que vos, e todo Rey tiene en la capeça.

Segundament, Señor, digo; que la salut nuestra en la mano derecha es; por de los malos justa punicion, e correction. E aquesto designa el ornament Rey al, el qual hi es en vuestra mano derecha, q̄ es Ceptro. El Ceptro segun el Papias, es verga Rey al. De la qual dize el Psalmista: Virga directionis, virga Regni tui. Con la verga, Señor, se castigan los malos. E por aquesto el Ceptro, que es verga Rey al, significa de los malos justa, e deuida correction,

Etion, e punicion. E en la santa Escritura se nombra la verga Reyala, verga de fierro. ut in Psalm. Reges eos in virga ferrea. A dar a entender, que la verga de fierro, significa iusticia por dos cosas, o razones. La primera; porque la iusticia deue seyer derecha, e asin comparada a verga: la qual es, e deue seyer derecha. La segunda; porque deue seyer inflexible, que no se deue doblegar, e por consiguiente comparada a fierro. La iusticia es aquella, que mantiene los Regnos: Porque los Regnos sin iusticia no son, sino ladrocinios. Augustin. IIII. de Ciuitate Dei. Quid sunt Regna, semota iustitia, nisi magna latrocinia? Que son los Regnos tirada la iusticia, sino latrocinios? Quasi dicat: nihil. E por aquesto diz e Cyprianus. De XII. abusionibus. loando la iusticia: iustitia Regis, pax est populorum; curamentum patrie; immunitas plebis; munimentum gentium; cura languorum; gaudium hominum; serenitas maris; terra fertilitas; solatium pauperum; hereditas filiorum. Pero ya sea, q̄ la iusticia se trobe en la Escritura seyer cõparada a verga de fierro, e aquesto por regir: asin mismo trobamos, q̄ deue seyer cõparada, e deue seyer la verga de oro: E aquesto por clemetia. Hæster IIII. cap. Extendit Rex virgã auream pro signo clementia. Ond yes dado a entender, e es; e deue seyer de iusticia con clemencia, e de clemencia con iusticia. E aquestas dos virtudes de iusticia, e clemencia son al Rey muy necessarias. Porque por la iusticia es el Rey temido: e por la clemencia es amado. Diz e Seneca lib. I. De clementia. ad Casarem: Non oportet Regibus magnas adificare turres, fortia Castra construere, muris, & sepibus munire. Optimum munimentum Regis est, amor subditorum, & Ciuium. Diz e, que no conuiene a los Reyes edificar grandes Torres, ni fuertes Castiellos; ni fazer fondos valles, ni fuertes murallas, por fazerse fuertes. La mayor fortaleza que el Rey puede hauey, es el amor de sus subditos, e vassallos. E por aquesto diz e el mismo en el sobredito libro, fazendo metro, o versos.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad premia velox:

Et doleat, quoties cogitur esse ferox.

Dize que el Rey deue seyer perezoso a infligir penas, y muy laugero, o propinco a fazer gracias, e misericordias. E si le conuiene por deudo de iusticia dar pena; a quello deue fazer con grant dolor de coraçon. E como el amor entre el Rey, y sus subditos se contenezca por la virtud de clemencia: por tanto la vara del Rey deue seyer, asin mesmo de oro. Legitur Prouerbiorum Cap. Misericordia, & veritas custodiunt Regem; & clementia roboratur thronus eius. La misericordia, e la verdat guardan el Rey: e por la clemencia el su trono es refirmado. Aquesta iusticia, Señor, vos exercitando, e los malos corrigiendo, es assaber, los que son malos

de su

de su natura, que nunca faz en sino obrar mal, è no solament ellos, mas sus companias, è aquellos qui con ellos viuen; con verga de fierro, è con rigor de iusticia. E los que non son malos de su natura, mas que les esdeuene alguna desauentura, quia primi motus non sunt in homine; con verga de oro, è con clemencia. E asin fazendo, poremos dezir, que la nuestra salut en la mano vuestra derecha es; por de los malos iusta correctio. E aquesto significa el ornament Reyala, que es en vuestra mano derecha, que es Ceptro.

Dixi terciament, que la salut nuestra en la mano vuestra siniestra es; por de los pueblos a vos subjectos auisada gouernacio, è administracio. E aquesto significa el ornament Reyala, que es Pomo en la mano siniestra; el qual el Rey guarda, e mira. El pomo significa los pueblos, q̄ el Rey tiene en la mano de su iurisdiccion. El pomo, Señor, ha figura circular; en la qual egualment, è sin diferencia el centro guarda todas las partes circunferenciales. Aquesto, Señor, significa, q̄ sodes centro, e medio de todos vuestros pueblos egualment; & sin diferencia a todos deuedes indgar, & sin parcial affectio guardar in vuestra protectio, e mirar por estudiantia circumspectio. E asin, Señor, a vuestros Vassallos, e sodesmos todo biẽ sera procurado, e de aquellos todo mal tirado, e arredrado. Porq̄ escrito es; Prouerbiorum Cap. XX. Qui sedet in Solio iudicij, dissipat omne malũ intuitu suo. E contanto, Señor, de part de vuestra Capeça, e de vuestras manos, diestra, & siniestra, vendra nuestra salut. E asin, Señor, de coraçon, e de volũtat a vos dezimos, e proponemos la paraula por mi començada: Salus nostra in manu tua est tantum. Respiciat nos dominus noster: por iusticia rigurosa, por clemencia piadosa, e por gouernacion vigil, e estudiantia. Et lati seruiemus Regi: e alegremet seruiremos al Rey. E si nos es demandada la razon de nuestra alegria; respondemos la paraula, que se escriue en el Quia Rex noster operatus est salutem in medio terra. Porque el Rey nuestro ha obrado salut en medio de la tierra, es a saber en el Regno suyo de Aragon; en tal manera, que vos, Señor, & obrando vuestra salut en aqueste vuestro Regno terrenal, Dios obre la vuestra salut en el Regno suyo celestial. Amen.

Concluyendo sobre las cosas por el dito Señor Rey propuestas dixo, que los del Regno se retenian deliberacion. E que hauida aquella, farian tal repuesta, que seria seruicio de nuestro Señor Dios, e del Señor Rey, e bien de la cosa publica del dito Regno; e tal que el dito Señor Rey se deuria contentar.

KK

Quampri-

Quamprimùm itaq. à Comitijs redditur responsum (ne plus, quàm fas sit, de proposito nostro cursu digrediamur) à Iustitia Aragonum summum illud, & commemorandum Comitiale, vt ita dicam, Iudiciũ exercetur. Statim enim coram eo, tamquàm Comitiorum Iudice, à Regio procuratore, qui Fiscalis vocitatur, pro indicta die absentes accusantur. Statutum est autem, vt ter ante accuset intermissam diẽ, quàm Magistratus possit multam irrogare. Legis autem nostræ sub tit. *De conuocatione Curiarum*. ea de re verba sunt huiusmodi. *Item: queriẽtes nos hauer graciosamẽt, è benigna, con los q̄ de aqui auãt serã conuocados a las Cortes, q̄ seran celebraderas a los Regnicolas, è habitadores del dito Regno de Aragon: De voluntad, è consentimientõ de la Cort, estatuyamos, è ordenamos: Que los q̄ seran clamados a Cortes, o alguno dellos, no sean, ni puedan seyer reputados contumaces, sino que sean esperados tres ve gadas de gracia. Las quales se fagan, de quatro en quatro dias, a fin que duren doze dias. Mas ordenamos: que las prorogaciones faz ederas, del termino adelant (al qual las Cortes primeramẽt seran assignadas, o clamadas) no puedan passar, o prorogarse vltra tiempo de quarenta dias. E si el contrario feyto serã: que passados los quarenta dias, sia hauida la Cort, è los clamados ada quella, por licenciados, è licenciada. At verò quarta huiusmodi à procuratore Fiscali facta accusatione; absentibus statuta iam multa irrogatur. Nam Iustitia Aragonum statim decernit de Regis iussu, atq. Ordinum sentẽtia (sic enim ab ipso fieri ius est, minima etiã quacumq. in re) absentium nullam habendam esse rationem, quominus Comitialis ille propositus exitus expediatur. Quod, vt decernitur, ita fit. Deinceps enim, quamdiu Regibus, ac Regno placet, ex die in diem Comiticia producuntur: prodita semper prius ab eodem Iustitia Aragonum vnaquaq. Comitiali die, in qua iudicium aliquod sit futurũ. Ad eum enim id fieri spectat. De quo Petrus Belluga Valentinus, præclarus iuris interpres, qui Alfonsi V. floruit tẽporibus, hæc in suis scriptis testata reliquit, in quibus totam hanc Comitiorum rationẽ fusius persequitur. *Et licet in Foro Aragonia, Princeps præsideat in Curia: Iustitia tamen Aragonum, vt Iudex inter Curia, è Principem, Curia prorogat, si Princeps præsens est, sui mandato, è consensu. Hocq. est ius quoddam constitutũ, è privilegiatum.* Et idem alio in loco. *Et est Iudex in Aragonia Iustitia Aragonum, qui est Iudex inter Principem, è Curiam.* Quomodo autẽ iudiciũ id à Iustitia Aragonũ fieri debeat, in quodã Capite Priuilegij generalis, cuius toties mẽtionem fecimus, sic cautũ fuit. *Item: Que el Iusticia de Aragon, iudge todos los pleytos, que vinieren a la Cort,**

Cort, con consello de los Ricos hombres, Mesnaderos, Caualleros, Infanzones, Ciudadanos, y de los hõbres buenos de las Villas, segunt Fuero, è segunt antiguamẽt fue acostũbrado. Sed vberius diuantea expressa fuerat integræ hæc in Comitijs iudicãdi istius Magistratus potestas, ac formula, in publica illa nobis, sub Iacobo Rege I. cõstituta lege, cuius supra meminimus. Quæ talis est. *Quòd in omnibus causis, qua erũt inter ipsum Regẽ, vel successores suos, è Ricos homines, Filios dalgo, è Infanciones; quòd Iustitia Aragonũ iudicet cũ consilio Ricorũ hominũ, è Militũ, qui erunt in Curia, dũmodo non sint de partida. In omnibus alijs causis, qua erũt inter Ricos homines, Milites, è Infanciones; iudicet Iustitia Aragonũ de ipsius Regis cõsilio, è de consilio Ricorũ hominũ, Militũ, è Infancionũ, qui erunt in Curia, dummodò non sint de partida.* Ea autẽ verba, de partida, id valent, vt ad consulendũ ij omnes, quorũ priuatæ res agũtur, excludantur. Verũ hæc lex id etiã adiũgit; iudiciũ nõ pe hoc à Iustitia Aragonũ dupliciter fieri debere. Nam de cõtrouersijs, quæ inter Regẽ, ac nonnullos fortẽ Regni Ordines ortæ fuerint: excluso Rege, & ijs, de quorũ priuato iure contendatur, Iustitia Aragonũ Iudex cõstituitur. In alijs autẽ quæstionibus, quæ nõ inter Regẽ, sed inter ipsos Ordines existent fortasse (fieri nãq. id sæpe videmus) Regis cõsiliũ oportet, & aliorũ, qui liberè in ea causã ius dicere possint, adhiberi. Sed rectè ne hæc nostræ legis sentẽtiã interpreter, in Iurisperitorũ opinione relinquo. Nõ enim doctorẽ me esse volo, sed tãtũ historicũ: cuius quidẽ muneris dignitatẽ, nõ gloriolæ aucupãdæ vllius, sed iuuãdæ patriæ impulit studiũ, vt mearũ viriũ imbecillitate metirer. His ergò Cõsiliarijs Iustitia Aragonũ vt debet in Comitialibus iudicijs exercẽdis. Dũ autẽ omniũ sensus in propositis rebus vidẽtur cõgruere, effectusq. est æqualis ille, quẽ initio diximus, quasi fidiũ cõcõctus: extremus tunc Comitiorũ actus tẽpore, ac die definitur. Quẽ nos, *El dia de la celebraciõ del Solio*, nũcupamus: quòd in eo Rex, maiori põpa, & apparatu, in Solio se deat, omniũ Ordinũ frequẽtia stipatus, de cõfirmãdis, fanciẽdisq. rebus, quæ in Comitijs transactæ fuerint, nouas leges, ex communi, & publica auctoritate, laturus. Ita autẽ omnia cõcocta sunt, dũ in illũ locũ cõducuntur; vt plurima iura vno tẽpore statuãtur facillimè. Quæ postquàm à Rege decreta sunt, simulq. omniũ Ordinũ cõsensione laudata; de eorũ stabilitate Rex fidẽ suã Omnipotẽti Deo in Iustitiæ Aragonũ certã iã verba, interposito Iureiurãdo, deuincit. Et Iustitia quã mox, alijq. Regij ministri, ac cũcti Ordines in Regis manibus simili religione obligantur. Huiusce verò tãtæ rei celebritatẽ ij duo, quos diximus, Comitialis

scripturæ Magistri publicarum literarum monumentis consignant ad posterorum omnium memoriam sempiternam. Atq. hoc tandem felici exitu constans, & grauis, concordiarum plena, perfecta, atq. absoluta ipsorū Comitiorum ratio concluditur. Iam verò de subfellijs hæc idem Belluga, varijs in locis, attestatur. Omittam autem testimoniorū copiam, quam effundit, vt quæq. dicat, dilatet, & cōfirmet. Id enim Iuris peritorum est maximè proprium. Ad nostrū autē institutum nihil pertinet, cū non tam causas rerum, quàm ipsas res, atq. euenta perquiramus. Vt Belluga igitur prodit: *Princeps, vt Regni dominus, in Culmine sedere debet: quod appellatur locus altus super omnes gentes ad Curias conuocat as, Regna sua, & terras representantes. Et in dicto Culmine, in Solio alto super omnes Vassallos debet Rex Cathedram tenere. Et idè solitum est, vt fiat quoddam thronum ligneum, quod nos Tabellatum appellamus; in quo sint multi gradus, ad modum gradarij: & Solium Regiū stat in loco superiori super caput omnium conuocatorum. Post Principem autem sedet Primogenitus: & ad dexterā patris sedere debet. Ex post ad latus sinistrū Principis, quod est dexterū quoad Curiales, sedet Iustitia Aragonum. Qui ex suis Foris praesidet etiam in sui Curia Aragonensium, & illam prorogat. Et ista dignitas, & officium fuit incognitum de iure, cum sit creatum ex lege Regni, & habet magnum participium in Regia iurisdictione.* Ego verò in Comitibus nostris scriptis notatū inuenio, Iustitiā Aragonum in gradibus Solij, ad ipsius Regis pedes, mediū inter omnes Regis ministros, sedere consueuisse: qui mihi præcellus sanè, ac satis editus videtur locus. Quòd si iisdem Comitijs, atq. eodè (vt vulgò loquimur) Solio, horum trium Regnorum conuentus celebrètur, id enim plerumq. fit; ius est: Vt nostri Ordines in loco sedeāt dignior: atq. vt Ciuitatis Cæsaraugustæ primarius Consul, quē Iuratum dicimus, in subfelliiorum ratione Barcinonenses, ac Valentinus Consul antecedit. Reliqui verò quo loco sedere debeāt gradatim, Belluga idè fusiùs, & vberius pertractauit: & nos etiam in eo, quem de Methodo procedendi in Comitijs, vulgari lingua, superioribus annis libellum conscripsimus. Iam enim vniciq. in magno illo confessu certus, ac definitus est locus: statutumq. quis summus, quis infimus, quis medius, quis vltimus, ac quis extremus futurus sit: & vt, quo quisq. loco sedere debeat, asideat; & illico qui sit post illū sessurus, subsequatur: vt omnia completa, & cōferta sint: ne vlla relinquatur subfelliiorū pars nuda, aut inanis; sed vt quisq. sit in dando, & cedendo loco, cui dari conueniat, officiosus. Ceterum magnum aliud solebat olim in Comi-

in Comitijs nostris, non iam à Iustitia Aragonum, sed contra eundem Iustitiam, illius Locumtenentes, aliosq. ministros, iudicium exerceri. Vetus namq. ius erat, & antiquum: vt Magistratus hic Comitiali esset tantummodò notationi subiectus. Neq. vllum aliud in eumerat iudicium damni, nec criminis, de ijs, quæ i niuriosè decerneret, nisi Comitijs habitis, constitutum. Nunc verò per leges noui cuiusdam iudicij inductus est mos, sancitumq. Vt quotannis subire possit Septēdecimvirorū vultū feuerū, magnamq. illorū experiri vim, ac iracundiā potestatis. Sequenti verò Capite quomodo ea se res habuerit, demonstrabo.

De Inquisitoribus Iustitiæ Aragonum, censorioq. Septēdecimvirorum iudicio.

NEQ. enim decuisset profectò, cū à maioribus nostris tam bene fuissent ceteræ istius muneris partes descriptæ; extremū actum hunc, tamquàm ab inerti poëta, fuisse neglectū. Quinimmo eundè sic oportuit, ad Magistratum ipsum temperandum accedere, vt in eo statuamus modò, incolumè Reip. nostræ statum cōtineri. Nā quo pacto fuere extraordinarij Regū impetus Iudicis Medij præfectura cōpressi: simillimè quoq. necesse fuit, eandè ipsam præfecturā illaqueatā esse legū periculis, implicatamq. exspectatione supplicij: ne nimia potestas superbiæ, aut elationi, sed bonitati, ac moderationi materiam det. iam vt meliùs nostrā, quàm Lacedæmoniorū olim, fuisse tēperatā Remp. iudicemus, quādoquidè nō Ephoris calcaria solùm, ac Regibus frænos, quemadmodū Isocrati, doctori alioquin singulari; sed & ipsi Iustitiæ Aragonū & calcaria, & frænos quoq. interdū adhiberi debere, visum fuit. Itaq. ad eā rē clarū hoc sibi maiores nostri, publica huiusmodi lege, remediū cōpararūt. Quæ enim tātò labore, ac periculis parta ab ipsis, nobisq. tradita libertas fuit; hoc etiam maximo oportuit, ac fortissimo sepimento vallari: Nempe vt Magistratus ipse se sciat, nisi in temperando temperantiam adhibuerit, grauissimas fore censorij iudicij pœnas subiturum: cuius nullo modo declinare laqueos licebit. Hæc autē ea de re antiquæ legis sub tit. *Quòd in dubijs.* verba sunt. *VOLVMVS etiā, & ordinamus: Quòd in casu, quo Iustitia Aragonū de facto processerit, vel mādauerit procedi ad executionē realē contra Forū, Præuilegia, Libertates, Vsus, & Consuetudines dicti Regni, contra personam,*

nam, vel personas, seu bona alicuius; vel non certificauerit infra octo dies Officialem consultantem, postquam requisitus fuerit super dubio, quid de Foro, Priuilegijs, libertatibus, vsibus, & consuetudinibus dicti Regni faciendum existat, & quid facere debeat, ut dictum est; vel si noluerit cognoscere de quaestione, qua mota fuerit contra Iudices, & Officiales, vel aliquem ex eis, contra quem fuerit propositum processisse ad executionem realem contra personam, vel bona alicuius contra Forum, Priuilegia, libertates, Vsus, & consuetudines Regni; vel non expectata certificatione dicti Iustitiae de facto processisse contra eam, vel peccasse in aliquo praedictorum in supra dictis articulis contentorum, & specificatorum; vel si dictus Iustitia obedierit Carta contra Forum; vel recusauerit, mandare ad executionem duci sententiam latam per ipsum contra aliquem Iudicem, seu Officialem, secundum quod dictum est; vel non compleuerit, vel fecerit omnia, & singula supra dicta, qua tenetur complere, & facere, secundum quod dictum est: Quod in praedictis casibus, & quolibet ipsorum, in quo, vel in quibus dictus Iustitia Aragonum fecerit, vel omiserit: si factum erit criminale, & mors, exilium, extema membrorum, poena corporalis, vel captio fuerit subsequuta; dictus Iustitia Aragonum sustineat, & poenam similem habeat sustinere. Et si ratione dicti enantamenti, vel superseñionis aliqua de dictis poenis non fuerit subsequuta; vel factum fuerit ciuile, & ex hoc pars sustinuerit missiones, & damna: in quolibet dictorum casuum dictus Iustitia Aragonum teneatur parti damnificata soluere missiones, & emendare damna in duplum; & perdat Officium; & numquam illud, nec aliud Officium possit habere; nec possit esse de domo, nec de mercede nostra. Quae poena imposita contra dictum Iustitiam Aragonum habeant locum, & ducantur ad executionem; quotiens per Curiam Generalem fuerit pronuntiatum, vel declaratum super eo. Quam Curiam dictus dominus Rex teneatur facere de biennio in biennium, secundum quod per Forum extitit ordinatum. Ad inquirenda autem singula quaeq. Iustitiae Aragonum facta, & confilia, Ann. Chr. ∞ CCC XC. Quatuorvirale quoddam, non annuum, ut modò, sed Intercomitiale munus designatum fuit, ex quatuor Regni conflatu Ordinibus. Cui qui tunc praepositi fuere; ex eo quod in Magistratu inquirere debebat; Inquisitores Officij Iustitiae Aragonum dicti sunt: atq. ita nunc etiam dicuntur. Inquirendi autem ficipis fuit, publica lege, potestas definita. Interdum enim fas erit hoc loco, ut ad memoriam vetustatis, antiquatas ipsas leges referamus. CVM officium Iustitiae Aragonum sit uniuersale in dicto Regno, & si quos contra iustitiam aggrauaret, (praesertim cum in aliquibus causis, in quibus

contra

contra Officiales nostros, & alios cognoscere potest, de Foro ab eius sententia appellari non possit, nec appellatio aliqua prosequi) iustitiam ab eo debitam, grauati assequi commodè nequirent. Nam quamquam per Forum statutum existat; quod poena à Foro contra dictum Iustitiam imposita tunc locum habeant, & exequantur, cum per Curiam Generalem Aragonum iam declaratum fuerit, seu pronuntiatum; quia tamen per dictum Forum, vel alias non est aliqua certa forma prodita aduersus dictum Iustitiam, eiusque Locumtenentes, Notarios, & Virgarios procedendi: Ea propter ad supplicationem, & de voluntate, & consensu totius Curiae, seu Deputatorum Regni praedicti, vice, & nomine Curiae praedictae, & pro bono statu dicti Regni, Satuimus, & in perpetuum ordinamus: Quod per nos, & successores nostros eligantur quatuor persona idonea: Vna videlicet de quolibet brachio, de octo personis nobis, & nostris successoribus nominandis, & presentandis, & in Curijs generalibus, vel Particularibus celebrandis in dicto Regno, vice prima de octo personis nobis nominandis per Deputatos Regni praedicti pro tota Curia. Qui habeant sufficiens, & plenum posse inquirendi, seu Inquisitiones faciendi ad solam partis priuatae denuntiationem factam verbotenus dictis Inquisitoribus, & sine scriptura, contra dictum Iustitiam, Locumtenentes, Notarios, & Virgarios ipsius. Ita tamen quod ipsi Inquisitores faciant scribi nomen denuntiatoris, & substantiam eorum, quae denuntiabit, per ipsorum Notarium in actis Processus Inquisitionis, quae fiet contra dictos Iustitiam, Locumtenentes, Notarios, & Virgarios ipsius, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint, de quibusuis criminibus, excessibus, delictis, & notabilibus negligentijs, ac magnis defectibus abinde faciendis, committendis, seu perpetratis in, & circa Officium antedictum, aut colore, seu occasione eiusdem in suis Officijs delinquendo. Quam Inquisitionem iidem Inquisitores contra praenominatos, & quemlibet ex eis facere teneantur praedictis tribus mensibus Anni cuiuslibet, Martij videlicet, Iulij, & Nouembris, & non ultra. Qui quidem Inquisitores prima vice per nos eligendi, & eorum Notarius, teneantur prestare sacramentum, & homagium nostro nomine, & dictae Curiae, in posse dictorum Deputatorum, & dictae Curiae: De bene, & legaliter se habendo in faciendis dictis Inquisitionibus, & in exercitio earundem, omni odio, fauore, timore, amore, & rancore semotis: Et de tenendo in secreto nobis, & cuicumque alteri persona dictas Inquisitiones, & contenta in eis usque ad earum publicationem. Et qui post hos prima vice electi fuerint, & qui ex tunc loco eorum, seu cuiuslibet eorum, de cetero eligentur, aut subrogabuntur; teneantur similia sacramentum, & homagium prestare in posse nostro, & dictae Curiae tempore celebrationis eiusdem.

KK 4 Nobis

Nobis tamen existente in dicto Regno sine celebratione Curiarum, in posse nostro, & Deputatorum dicti Regni. Si verò absens fuerimus à dicto Regno; dicta Sacramentum, & homagium teneantur facere, & prestare in posse Gubernatoris Aragonum, & Deputatorum eiusdem Regni, seu alterius eorundem Deputatorum, qui ad id ab ipsis Deputatis fuerit ordinatus. Tum alio capite hæc fuit exercendi istius iudicij constituta formula. Statuimus etiam: Quòd Inquisitores prædicti teneantur facere dictam publicationem in primis Curijs Generalibus, vel Particularibus celebrationis in dicto Regno. Quas nos, pro ut de Foro tenemur, iuramus celebrare de biennio in biennium post finitas Curias generales, vel in casu suo eis non finitis. Quæ publicatio habeat fieri antequàm ad alios actus dictarum Curiarum possit procedi. Et facta dicta publicatione, eadem Inquisitiones debeant finire infra spacium quatuor mensium ex tunc sequenti. Infra quos concedatur dictis Iustitiis, Locumtenentibus, Notarijs, & Virgarijs per dictos Inquisitores, copia articulorum, attestatorum, & de actis, ac toto processu contra eosdem productis, & actis; pro ut eorum cuilibet pro suo interesse pertinere dignoscatur: et tempus ad contradicendum, & suas defensiones proponendum, & allegandum, suasque probationes super eo producendum. Quibus peractis: similiter concedatur copia attestatorum, & aliorum, quæ proposita, & producta fuerint procuratori Curia Aragonum. Quem brachia Curia prædicta possint, & teneantur constituere in primis actibus Curia ad prosequendum, instandum, & determinari faciendum per sententiam, Inquisitiones, quæ inchoatæ fuerint contra dictum Iustitiam, & alios præfatos. Concedendo eidem procuratori terminum similiter ad reprobandum testes, & alia, quæ per dictum Iustitiam, & alios iam dictos producentur. Taliter tamen per ipsos Inquisitores dicti termini cuilibet ex prædictis moderentur; quòd dicta Inquisitiones infra dictum tempus finire habeant. Et teneantur dicti Inquisitores in prædictis procedere breuiter, simpliciter, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate attendita. Et postquam dicta Inquisitiones erunt conclusæ, seu ad diffinitiuam sententiam productæ; non possit ad alios actus Curia procedi, donec ipsa Inquisitiones per diffinitiuam sententiam fuerint terminatæ. Quæ proferri habeant, absoluendo, vel condemnando, quoad pœnas in Foro statutas: exceptis pœnis damnorum duplicatorum, & expensis, & interesse partis denuntiantis: quas is, cui pertineat, petere valeat, pro ut per Forum, & Usus Regni ante huius Fori editionem facere poterat. Dictus tamen denuntiator, ratione dicta denuntiationis, non teneatur de calonia, nec de expensis. Et prædicta absolutiones, & condem-

condemnationes habeant fieri iuxta merita dictarum Inquisitionum per dictum dominum Regem, & quatuor Brachia dictæ Curia concordēs, seu maiorem partem cuiuslibet dictorum Brachiorum; illorum videlicet, qui in ijs licite possint, & debeant interuenire, de Foro, & ratione. Et nostra etiam intentionis existit, Quòd Brachium Ecclesiæ possit interuenire in præmissis, & singulares eiusdem, qui voluerint interesse. Et in super ordinamus: Quòd dictis Inquisitionibus pendentibus, & eis per diffinitiuam sententiam non finitis, ad suspensionem aliquam dicti Iustitiæ, & aliorum prædictorum procedi nequeat ullo modo. Quin etiam eadem lege, magnum hoc Inquisitorum fundatum, ac stabilitum fuit pulcherrimis hæc institutis imperium. *Item statuimus: Quòd dictorum Inquisitorum Officium duret tantum, quousque per Curiam de alijs sit præmissum, modo, & forma præfatis. Et postquam de alijs Inquisitoribus fuerit præmissum; successores teneantur inquirere contra præteritos Inquisitores, quibus modo, & forma se habuerint in, & circa commissum eis Officium. Et similiter faciant ij, qui in Curijs successiuè fuerint deputati: qui teneantur procedere, & Sacramentum, & homagium prestare, modo, & forma superius expressatis. Ceterum cum nobis fuerit supplicatum, quòd dictos Inquisitores non reuocemus, priuemus, nec in aliquo impediamus, in, & circa exercitium Officiorum suorum, per Inhibitiones, supersedimenta, nec aliàs ullo modo; nec tollamus, nec minuamus pœnas aliquas per Foros statutas contra dictum Iustitiam, & alios prædictos; & ubi faceremus, quòd Inquisitores prædicti non teneantur obseruare aliquas literas, mandamenta, Inhibitiones, vel provisiones in contrarium præmissorum emanatas; immo eis non obstantibus continuarent, & exercerent eorum Officium supradictum. Propterea volumus, concedimus, & ordinamus, quòd dictos Inquisitores non intendimus, neque possimus priuare, nec in aliquo impedire per Inhibitiones, supersedimenta, vel alio modo, pro ut in nobis supplicatis continetur. Verum si contingat, aliquem ex dictis Inquisitoribus interim deficere, morte, longa absentia, vel alio legitimo impedimento: in quolibet casuum prædictorum, alij eius consocij possint, & habeant presentare nobis, tamen in ipso Regno persona liter existente, nobis verò ab ipso Regno absente, Gubernatori dicti Regni, duas personas illius Brachij unde deficiat, de quibus Nos, vel dictus Gubernator suo casu, habeamus, & habeant eligere vnã ex ipsis infra quindecim dies, postquam dicta electio extiterit presentata. Et ubi infra dictum tempus non faciemus Nos, vel dictus Gubernator suo casu: dicti Inquisitores, deficientis consocij, ex tunc id facere valeant. Quæ persona sic electa teneatur dicta Sacramentum, & homagia prestare in posse nostro, si in ipso*

in ipso Regno fuerimus, & Deputatorum dicti Regni, vel aliquorum ex ipsis Deputatis per alios Condeputatos eligendorum. Nobis verò ab ipso Regno absente, in posse dicti Gubernatoris, & dictorum Deputatorum, vel alterius eorum per Condeputatos alios eligendi. Iam verò hæc quoq. tunc data fuit Inquisitoribus ipsis potestas. Hanc constitutionem etiam perpetuò ordinamus: Quòd Inquisitores memorati, temporibus quibus circa prædictas vacabunt Inquisitiones, possint videre, & inuestigare omnes Processus originales, & acta Curia dicti Iustitia. Et iidem Iustitia, Locumtenentes, & Notarij, ipsos, & ipsa teneantur quacumq. vice, qua fuerint requisiti, eis exhibere, & ostendere; ipsorumq. copias, quotiens eas voluerint, & petierint; ipsis tradere absq. aliquo pretio. Scribentibus tamen Generale dicti Regni satisfacereteneatur. Ad extremum hæc eisdem fuit, & laboris delegandi condicio, & merces altero eiusdem legis Capite constituta. Volentes, pro-ut conuenit, dictis Inquisitoribus de condecienti salario providere: Statuimus, quòd quilibet Inquisitorum prædictorum anno quolibet habeat pro suis sportulis, salario, & labore à Generali dicti Regni Trecentos Florenos; & eorum Notarius Centum Florenos. Quos habeant per tertias in fine cuiuslibet dictorum trium mensium, Martij videlicet, Iulij, & Nouembris. Et non possint aliquibus alijs personis, præterquam suis collegis, seu socijs dumtaxat, cõmittere vices suas. Itatamen quòd omnes quatuor, vel saltem tres ex ipsis habeant personaliter interesse exercitio, & continuationi Processuum dictorum Inquisitorum. Vetus igitur nostrum ius erat, vt in Comitijs exerceretur hoc contra Iustitiã Aragonum magnum iudicium: minimè tamen ceteris negotijs intermissis. Vno enim, atq. eodem tempore, & Comitiales ipsæ agebantur res, & iniuriæ propositæ Magistratus. Neq. verò olim Inquisitores hi, tantummodò erant huiusmodi caussarum structores. Interdum enim, vt sua ferre suffragia possent, lege hac publica cõcessum fuit ipsis. *Queremos assi mesmo: q̄ en la examinaciõ, e diffiniciõ de los ditos Processos, los ditos Inquisidores puedã estar presentes. Empero q̄ no hayã voto, sino aq̄l q̄ sera de la Cort: e assi como uno de la Cort.* Sed statutum erat, vt antequàm vllum iudicium fieret facti alicuius, Inquisitores de singulis causis ad Comitiam refferret. Comitiam autè de eis omnibus, prodita priùs die, publico iudicio decernebant: ac quæ maiori parti rata videbatur; rata erant futura. Ceterum non facile factu semper erat in tanto hominum cõcursu, vt & ipsi secum, & simul omnes cum Regibus, in sententijs ferendis cõuenirèt. Quinimmo ob magnam cõfusiõem suffragiorum, in alia Comitiam plerumq. solebant iudicia hæc differri. Neq. ea semper pòdere, ac delectu ferebatur; sed impetu, ac furore nõnumquã: cum interdum etiã ex imperitæ multitudinis

errore

errore penderent. Itaq. meritò possumus affirmare in hac iudicij ferendi formula statuenda, nostram diutius antiquitatem errasse; ne iam illi omnia concedamus: quamquàm eam aliquamdiu videmus nouis fuisse legibus, minutulitamen in rebus; emendatam. Verumtamen cum difficultas ipsa videretur semper nouam aliam rationem, ac iudicandi viam flagitare, extremaq. hæc totius nostræ molitionis pars firmum aliquod imploraret publicæ libertatis præsidium: plurimistentatis rebus, in hac tandem vna in Comitijs, Calataiubij habitis, Ann. CCCDLXI. acquieuerunt omnes: Multitudinem quippe fugiendam, paucisq. iudiciis contentos esse oportere. Neq. aliter potuisset planè animaduersio, quæ oportebat, vitiorum, nec delectus æquitatis, qui conuenit, adhiberi. Et id quidè deficiebat solum, vt bene firmus Reip. nostræ status, firmior redderetur. Tunc enim, quasi illius stabilitatis fundamentum, ac sedes, constituta fuit hæc, de qua nunc agimus, Magistratus Iustitiæ Aragonum Septemdecimviralis auctoritas, moderatrix. Sed neq. tunc res ipsa visa est, quam decebat, maturitatem habere: quippe cum nihil simul & inuentum, & perfectum sit. Sexennio autem post, immutatis nonnullis de prioribus institutis, qui nobis nunc manet, inductus est mos. Quo tametsi appropinquauit magis, sed nondum venit tempestiua omnis, quæ oportet, maturitas decretorum. Immutanda enim videntur nonnulla, alia nouo more interdum decernenda, non tam vt seueritas ipsa iudicandi, quam vt accusandi corrupta, à nonnullis vsitata, formula temperetur. Eam enim statuo esse haud mediocre impedimentum libertatis: atq. ita esse in hoc iudicio seueritatem probandam; vt in accusando adhibeatur etiã, quæ tanto muneri debetur, decõris, ac æquitatis mansuetudo. Verum nescio quo pacto ad statuendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. Itaq. vt ad rem redeam, Ann. CCCDLXVII. in Cæsaraugustanis Comitijs, quorù supra meminimus, amplissima illa lege, quæ, *Forus Inquisitionis Officij Iustitiæ Aragonum*, inscribitur, sancitum fuit: Vt censorium hoc de Magistratu iudicium mutuis exerceatur, & Inquisitorum, & Septemdecimvirorum Officij. Quæ ita ipsis dispertita sunt: Vt Inquisitores muniant iudicandi viam; Septemdecimviri autem sententiam pronuntient. Iam verò Inquisitores hos non publico delectu, vt olim dum Intercomitiales erant, sed Deputatorum more, sortito quotannis lex nostra capi iubet. At Septemdecimviros, sortito quamuis; non tamen annis singulis; nisi dum eorum indiget ope Respublica. De quibus omnibus

omnibus singula sunt iura constituta: ne quis eorum à proprio, & integro possit officio aberrare. Quæ verò ea sint, perquam breuiter perstringam hoc loco. Quamquam enim sunt literatis nostris hominibus vulgata, & notissima: plerumq. tamen solent esse non solum populo, sed suffragatoribus ipsis obscuriora. In primis igitur quodam illius legis Capite fancitur: vt Inquisitores hi, prioribus decem Aprilis mensis diebus, cuiuslibet anni, Cæsaraugustæ in publica Deputationis ita vocata domo confidentes, amplissimo Comitiorum loco, potestatem sui faciant, vt ab omnibus possint adiri. Antiquo autem more comparatum est: vt prima quaq. eiusdem mensis die, Inquisitorum iussu, publici præcones, maxima voce, citent quoscumque, qui se iniuste esse à Magistratu læsos arbitrentur, vt apud Inquisitores edant, & exponant, ac suam quisq. iniuriam persequatur: denuntiantes siquidem, Inquisitores ipsos singulis illis diebus, definito eo loco, ad omnia, de quibus quisq. audiri velit, paratos futuros. Quod si nemo adsit, qui intra decem illos dies de Magistratus iniuria conqueratur: eundem accusandi tunc aditus est omnis interclusus, nec Septemdecimviri educuntur eo anno. Immo verò decima ipsa Aprilis mensis die, Inquisitorum illud finitur imperium. Si quispiam autem, licet tenuissimus homo, intra dictos dies, proposuerit, à Magistratu contra se, fuisse aliquid iniquè, & iniuriosè decretum; vel non decretum fortasse, quod iuxta leges ipsas decerni debuisset: tunc Inquisitorum potestas vsq. in decimum Iunij sequentis prorogatur diem. Omnes enim hi, qui interponuntur, dies & actori ad agendum, & reo ad defendendum sunt, vnicuiq. videlicet definito iam tempore, constituti: decretumq. est; vt hæc causæ apud Inquisitores, tum Iudices, agendæ sint. Id ipsum autem de Magistratu conqueri, & apud eos edere, & exponere; *Denuntiare*, patrio loquendi genere appellamus: *Denuntiationemq.* petitoris ea de re propositum libellum. Cuius tam formidolosum est nomē, vt statim dum proponitur; triste censeatur, ac horridum; ac si iam reus fiat sola eiusmodi nuntiatione vitiosus. Simulac ergò intenditur alicui, cæforij istius Iudicij periculum; si legitimis præstitis, vt loquimur, fideiussoribus roboretur; inanis est prorsus quæq. omnis mutatio consilij. Nam etsi ius suum postea totum dimiserit, qui accusarit; nihilominus necessariò est illius, qui accusatus sit, nomen ab Inquisitoribus ad Septemdecimviros deferendum. Tunc enim procurator Regni, publicus est accusator à nostris legibus constitutus; qui vehementem, & acrem petitoris illico capere tenetur, quam eidem minimè licet, personam deponere;

deponere; quin singulas huiusmodi actiones, tamquam perducantur actiones, persequatur. quasi leges ipsæ videantur eo tempore istius à intellectu patroni fidē, illatarū sibi iniuriarū vlttricē, implorare. Eò autē grauior; quò non est voluntaria illius accusatio, cæsetur. At verò qui reus factus est, in cōfessione facti, præcipuā eā, quæ sit ipsius iuris, defensionē suscipere debet, ipsarūq. arripere patrociniū legū. Tūc enim nō tā depriuato, quàm de publico iure disceptari oportet. Nonnūquam autē ex scripti interpretatione improbo Iudici datur occasio, vt cum sciens perperā iudicarit, publicas tabulas videatur sequutus. Tā pròpta autē, & parata esse debēt istius Magistratus adiuuēta, ad cōmunia pericula propulsanda; vt si nō defendat, vel nō ferēdæ obsistat iniuriæ, tā esse in vitio iudicetur, quàm si eādē ipse iniuriā intulisset. Verum hæc omnia in singulare Septēdecimvirorū iudiciū cōcluduntur. Nullū enim ea de re Inquisitores possūt suffragiū ferre, vt olim solebāt: nisi quis fortè eorū sit in alicuius Septēdecimviri, vel mortui, vel suspecti, à reliquis Septēdecimviris locū suffectus. Sic nāq. fieri iubet ipsa lex, vt eorū numerus impar efficiatur. Est autē eorū Inquisitorū potestas in nōnullos alios Regiæ Iurisdictionis ministros prorogata: quos nostro more, vulgari lingua appellados duxi, ne eorū nomina latinè reddita efferantur vitiosè: nēpe: *En los Sobrejūteros; Lugartenientes de Sobrejūteros; Porteros del numero de doze; y en qualesquiere otros Porteros, o Vergueros; y en qualesquiere hōbres del Officio de los Alguaziles del Rey, de su Lugarteniente general, del Primogenito, y del Regēte el Officio de la Governaciō; y en los q̄ fuerē Aduogados secretos*: diuersa tamē à prioribus alijs ratione. Quæ autē ea sit, in legibus, sub tit. *De Aduocatis, ac Supraiuuētarijs*, cōtinetur. Ego enim sic interpretor maiores nostros sensisse, vt ea lege, *De Supraiuuētarijs*, cæsuert, nō Alguazirios ipsos, sed homines eorū Officij, satellites nimirū, huiusmodi Inquisitioni subiectos esse debere: tametsi hæc verba aliter scio à Molino fuisse varijs in locis explicata. Sed de his agere prætermitto: mihi enim ad cōmemorandū minimè videtur necessaria, cum de Magistratu Iustitiæ Aragonū tātūmodò sit sermo propositus. Itaq. hoc in genere, Inquisitorum partes præcipuæ sunt; Septēdecimviris viā, vt diximus, iudicādi munire. Ipsorum verò Septēdecimvirorū quàm late pateat potestatis vis, ex his eiusdē legis verbis perspicuè intelligitur. *Las quales doze personas de los tres braços, è cinco de otro brazo, q̄ todos s̄n en numero de dezesiete personas, hayã aq̄lla mesma potestad cerca las cosas sobreditas, è infra scriptas, è de aq̄llas incidētes, depēdiētes, è emergētes, è a aq̄llas annexas, q̄ nos hauemos, è hauer podemos en semble cō la Cort.* Quod tadē omniū maximū est, ac sumū imperiū. Iā

verò ad negotia huiusmodi, integra iudicandi potestate, expedienda, eadem ipsa lege cautum est: vt sortitò, vicesima quaq. Maij mensis die, quæ huic operi faciundo dicta est, è quatuor Regni Ordinibus Septemdecim capiantur viri, qui Reip. voce magnū istud Officium exequantur. Eisdem autem educendi Deputatis Regni commissum est munus: ac inducendi quoq. dum eorū nomina mutari oportet. Nemi- ni enim in hunc tātæ dignitatis locum, neq. in ipsum Inquisitorū, nec Deputatorū numerū, licet peruenire, nisi eum Deputati ipsi, illo nume- ro, ac loco dignum, iudicauerint. Est autē præstitutū iā: vt in singulis his- ce muneribus, & distributiones generum, & ipsorum Ordinum gra- dus seruentur: quoad is in vnoquoq. eorum effectus sit numerus, qui iam est ab ipsis nostris legibus definitus. Est præterea eadem ipsa lege prouisum; vt hæc (vt ita dicā) imparitas, in Septemdecimvirali nume- ro cōstituta, ad singulos Ordines deducatur; gradatimq. deorsum ver- sus redeatur sursum. Septemdecim viros ergò, sorte datos, ius est, ad de- cimū Iunij diem, Deputatorum edicto, compelliari. Quem ne quis for- tē negligat obire, sancitū est etiā; vt ei, qui non adsit, vel maxima sit cul- pa, vel caussa. Cæsar Augustā autem conuenientes, cōstituta die, Depu- tatis Regni sacrosancto fœdere deuinciunt fidē suam, se nullo pacto à via recta deducendos fore, quominus suum quisq. de singulis causis & incorruptum, & liberum, & occultum quoq. suffragium ferat. Mox iudicij locum ascendunt. Ibiq. ad eos, quæq. fuerunt ante Inquisitores publicis monumentis mandata, perferuntur, adhibito ad hæc omnia eo- rundē Inquisitorum, vt vocant, Notario: quē iubēt esse leges nostræ, istius omnis scripturæ magistrū. Atq. illū olim quādoq. à Comitijs, quandoq. à Regibus, sæpius tamē ab eisdē Inquisitoribus, ipsi muneri præponi solitū obseruauit. Nunc verò sorte etiā est eodē, quo Inquisi- tores, tempore educendus. Hac igitur re præstita, quasi quibusdā fini- bus, magnum illud, quod diximus, eorundem Inquisitorum termina- tur imperium. Inde autem Septemdecimvirorum incolumis tota iu- dicandi potestas informatur. Apud eos enim statim oriūtur accuratæ, & acerrimæ honoris cōtentiones, disceptationesq. de singulorū reo- rum capite, & fortunis. Ac ne illud omittam, Septemdecim hos, gra- ues ferendi istius iudicij auctores, libertatibus nostris placuit habere ciuiliū legum expertes, & ignaros. Ita enim ab eo Iurisperiti omnes, publico alio ipsarum legum edicto, repulsi sunt. *Empero declaramos: Que Juristas algunos no hayā, ni puedan hauer el Officio de la dita Judica- tura.* Voluerunt namq. nisi quasdam apertissimas res crimini dari

non

non posse: repetundarū scilicet pecuniarum culpam; violatæ fidei; do- li mali; aut summæ negligentia. Nouerant autem à Iurisperitis ple- rumq. vno verbo, aut litera, ius omne torqueri. Ea propter prohibue- runt, eos in huiusmodi iudicij interesse. In consilijs tamen, vt duo Iu- risperiti adsint, à Septēdecimviris quamprimū euocati, concesserūt: quos, *Assessores*, eadem leges nostræ nuncuparunt. Sed hi nequeunt definire iura: tametsi de singulis rebus, ac de vnoquoq. reo iudicando palam sua ferre suffragia tenentur, non vt disceptatores, aut Iudices; sed vt fideles tantū singulorū Officiorum spectatores, ac testes: atq. vt scelerum indicia ostendant, sententiarumq. ferendarū Septēdecim- viris ipsis patefaciant viam. Septēdecimviris autē adeò restrictè ad eam rem præfinitum est tempus, vt differri interdum vna hora non possit. Non enim licet quadraginta dierū spatium excedere. At verò tacita debent esse omnia, quæ ab ipsis fiant, iudicia huiusmodi: calcu- lis siquidē adhibitis; nigris condemnationem, cādidis autem absolutio- nem significantibus. Et nimirum hoc in genere, in quo tota nostrarū libertatum summa conglobatur, hæc danda fuit latebra iudicij, vt ce- teris, quid quisq. sentiat, ignorantibus, calculus ipse vniuscuiusq. libe- rum occultet suffragium; quò melius fieri possit ab ijs, in quorū men- tibus cōsideat, iustitia. Decretum est autem; vt cuiusq. noxiæ pœna sit par, vt in suo vitio quisq. plectatur: vis nempe, capite; auaritia, mul- ta; honoris cupiditas, ignominia. Neq. verò iudiciū hoc eā potest sen- tentiam continere, vt reliqua omnia iudicia tollantur, quæ antea fue- rint lata à Magistratu. Id enim fieri posse vetant leges nostræ. Qui ini- quus verò in aliquē Iudex inuētus sit, potest eodē ipso crimine pro- fus cōdēnari. Locum tenētī autē iniuria notato, ius est: vt neq. in Cu- riam reditus, neq. vt aditus pateat ad honores. Iam verò, quod summū omniū, & maximum est, pœnis à Septēdecimviris constitutis prouoca- tioni nullus locus datur. Hæc enim eorū animaduersionē Censoriam maiores nostri sine aliquo auxilio decreuerunt: vt tā graui, iniquitati Iudicū, proposita cōditione supplicij, qui natura æqui nō sint, neces- sitate esse cogātur. Quòd si quis fortē, vt sæpe fit, Septēdecimvirorū sen- tentijs absoluitur; ius est, eum, qui accusarit, expensi nummi, ac con- tracti damni, pœnam dupli, necessariò subire. In his autem omnibus eam tenentur statim Septēdecimviri cuncti pronuntiare, in quā ma- ior eorū pars sententiam incubuerit. Deniq. ita diligenter perscriptæ nobis leges in hoc genere sunt, ita cautum vnaquaq. de re, & ita, quod oportet, exceptum; vt nefas sit, quidquam, quod expediat, à maioribus

Ll 2 præteri-

præteritum arbitrari. Nec verò etiam decuisset, cum in hoc Magistratu ceteræ partes ita collocatæ sint, ut nulla earum videatur excedere; eos in posteriori hoc actu redditos fuisse negligentiores, magnamq. illam eorumdem aciem ingenij, in extrema hac statuenda istius muneris parte, retardatam. Atq. hoc tandem est censorium, Septemdecimvirorum grauißimum, ac supremum iudicium. Cetera verò, quæ à me de singulis Iustitijs Aragonum dicenda defunt; futuro nostro sermoni referuabo. Non queo enim iam ampliùs differre meam, quam promisi, de antiquis Aragonensium nominibus, ac veteribus quibusdam Magistratibus, sententiam explicare.

De antiquis nominibus, & Magistratibus.

CVM multæ autem res sint à nostris scriptoribus de tota nostra antiquitate neglectæ: tum verò ea penitus est, quæ mihi hoc loco difficilis, & perobscura quæstio proponitur, de ratione nominum antiquorum. Nam siue illam vetustas obruerit, siue forsan varietas argumenti illius homines nostros deterruerit à scribendo: omnis hæc ipsius nostræ antiquitatis pars, inculta est prorsus, ac deserta; nec vllò adhuc, quod sciam, monumentorum genere illustrata. Quòd si ipsi ab ea, tamquam à re incerta assensionem suam cohibuerunt; vix videor posse à reprehensione temeritatis abesse, quòd scriptiois genus ab alijs propterea exploratum, his meis literulis illustrandum aggrediar. Ac fateor equidem, facillimè fieri posse, me falsum sentire, si illius rationem, tamquam stabilia aliqua, aut firma præcepta, in incerto illo antiqui temporis euentu collocarem; vellemq. modò euentis ipsius veterum ponderare consilia: quæ non semper vnus iuris norma, sed ex voluntate plerumq. probabantur, aut casu; cum humiliores homines in alienum eiusdem nominis genus infunderentur quandoq. Neq. verò tamen, quæ à me hoc loco dicenda proponuntur, alicuius rei, aut contrarij euentus argumento refellantur; videntur cetera esse, quòd se paululùm aliqua extra numerum mouerint, explodenda. Scio enim ipse, quàm fuerit varia, cõmutabilisq. ratio istius rei. Nihilominus tamen fuere olim Capita nonnulla, ita iisdem semper sententijs frequentata, ut inde erui posse arbitremur aliquam illius artis rationem, quæ ex solo sermonis vsu constat quotidiano. Si verò neq. id fortasse fuerimus

fuerimus consequuti, illud saltem efficiemus, ut huiusce tam abditæ, & obscuræ rei adumbratam quandam intelligentiam animo, ac mente concipiamus. Quid? quod, multa nobis nunc trita, ac peruulgata sunt, quæ cum initio siluestribus densa sepibus cernerentur; postea patefacta fuere: quia eadem scriptores ipsi præstantibus suis ingenijs, quasi aratris quibusdam, perstrinxerunt. Ac nisi literarum lumen accederet; in eisdem tenebris diu pleraq. alia antiquarum rerum munia iacuissent. Et libenter ego, si modò id fieri posset, ad hanc rem pertractandam, præstantiam ingenij ab alio mutuarer. Sed quò minus eo possum, illud mihi subsidiũ comparabo, ne quid sine vlla dubitatione defendam: cum vix quidquam à me sit in huiusmodi argumento satis adhuc exploratè perceptum. Ut in agro autem non semel arato, sed iterato, & nouato meliores factus eduntur, & grandiores; sic futurum spero, ut in hoc genere perfectiora proferantur in posterum, & qui nunc à me sulcus leuiter pressus fuerit, altiùs deinceps à nostris scriptoribus imprimatur. Ad eum verò, quem supra habui de veteri Ricorum, ac Mesnaderiorum hominum dignitate, quiq. reliquus est mihi de singulis Iustitijs, sermonem, conducere nimis arbitratus sum, annexere hanc modò de antiquis nostris nominibus disputationem: cum hoc ex illo genere ductum sit, ac sicut membrum aliquod annexum orationi. Itaq. quo me faciliùs explicare possim, video hanc primam ingressionem meam ex Romana esse antiquitate petendam; non quòd statuerim ad Romanorum artem reuocare, aut præcepta, antiquas illas, à maioribus nostris vsitatas formulas loquendi: sed ut aliorum euentis memoria repetitis, faciliùs nostra cuiusmodi fuerint, cognoscamus. Romani igitur, grauißimi illi & bene dicendi, & intelligendi magistri, tantopere populorum omnium iudicij celebrati, in suis hominibus appellandis, prænomine, nomine, cognomine, atq. agnomine utebantur: singulis nempe ad singulas res significandas inuentis. De quibus quid ipsi senserint, ita scriptis suis Sosipater, ac Diomedes, antiqui Grammatici, tradiderunt. *Vocabulorum* (inquiunt) quibus Romani capita recensebant, quatuor genera sunt: Prænomen; Nomen; Cognomē; Agnomē. Prænomen; quod nomini gentilitio præponitur, ut Publius: Nomē; quod originem gentis declarat, ut Cornelius: Cognomen; quod nominibus gentilitijs subiungitur, ut Scipio: Agnomen; quod extrinsecus addi solet, aliqua ratione, vel euentu quasitum, ut Africanus. Prænomen ergò, ut de singulis dicamus (in animo est enim leuiter attingere vnamquãq. rem) ex eo, quòd nomini præponatur, dictum est.

Prænominum autem alia ab ipsis Romanis sumpta, alia à finitimis populis usurpata fuere; ob eamq. causam peregrina vocitantur. Ac Romana quidem, triginta ad summum fuisse, ex Varronis sententia, perhibentur: peregrina autem, duodecim. Quandoq. tamē horum omnium nonnulla in cognominum rationem transferunt. Neq. verò prænomina omnia erant, omnibus familijs communia: sed alia alijs magis familiaria. Quæ verò ea fuerint, demonstrare omitto. Ad nostram enim rē nihil id arbitror pertinere; præsertim cum ab ipso Sigonio, & alijs viris doctissimis hæc omnia, quæ ego nunc percurro, subtilissime tractata. Nomen autē id erat, quod, vnde quisq. gentis luce originem duceret, indicabat: propterea q. à Romanis gentilitium vocabatur. Id aut. n. apud eos, quemadmodum & apud ceteras quasuis nationes, aut à viro, aut à loco, tamquam à fonte aliquo, deduci consuevit. In *ius*, autem terminari solebat; ut in ipsa voce appareret, fuisse ab aliquo horum initio deriuatum: ut à Tullo Rege, Tullius; à Tarquinijs autem Vrbe, Tarquinius. A quibus singulis, qui genus suum: postea duxerunt; Tullij, & Tarquinijs sunt vocati. Quam deriuandorum nominum formam Romani ipsi ad suam consuetudinem, Græcorum præceptis imbuti, deduxerunt. Apud Romanos enim gentilitia hæc nomina idē valere, quod apud Græcos patronymica, sic Priscianus, vetustus scriptor, obseruauit. *Nominum deriuatiuorum multa genera sunt. Quorum patronymicum, id est, quod à proprijs tantummodo patrum nominibus deriuatur secundum formam Græcam: quod significat cum genituo primitiui, filios vel nepotes. Ut Aeacides, Aeacis filius, vel nepos. Pro quo Romani nominibus familiarum utuntur: Ut Cornelij. Omnes enim ab illo, qui primus Cornelius appellatus est, hoc nomen habuerunt, quicumq. eiusdem familiae sunt: sicut omnes minores Thæsei, Thæsidas Græci appellarunt.* Nominē ergò apud Romanos olim, vniuscuiusq. gentis, vnde ducta esset origo, notabatur. Verū enim vero cum ex eadē gente, plures propagarentur familiæ; ad eas distinguendas, Romani Cognominū vsum adiunxerunt. Quod perspicuè adhibito Corneliæ, ac Valeriæ gentis exemplo intelligitur. Etenim cum Cornelia gēs in multas esset familias diffusa; ad internoscendam vnamquamq. earum, tertiam ipsam cognominis notā adhibebant: indeq. ex eisdem Cornelijs, alij Cornelij Scipiones; alij Cornelij Lentuli; alij Cornelij Dolabellæ vocari cœperūt. Et in Valeria gente, alij Valerij Maximi; alij Valerij Messallæ; alij Valerij Flacci; alijve diuersis modis fuere nuncupati. Inter gentem autem, ac familiam non minor fuit rei, quam videtur esse vocum discre-

discrepantia. Gentis enim nomen latiùs patuit, quam familiæ. Neq. gens olim propriè vocabatur, nisi quæ plures in se familias continebat. Vnde eidem Sigonio placet, ac profectò egregiè, ut gens ad nomen, ad cognomen autem familia referatur: quasi cognomen tantummodò fuerit ad distinguendas eiusdem gentis familias adinuentū. Porro autem cum eadem ipsæ familiæ in alias distribuerentur familias, ita ut Scipiones; alij Africani; alij Asiatici; alij Nasicæ dicerentur: hæc quarti nominis copulatio, quæ adiungebatur cognominibus; agnomen, dicta fuit. Agnomina autem non omnia hereditaria fuere. Quandoq. enim nonnulla, nec ad filios quidem, perueniebant. Sed hæc veterum Grammaticorum opinio non tam stabilis, quam ab ipsis constituitur, inuenta est in hoc vno, quod tradunt, agnomina differre à cognominibus. Nam eadem ipsa Africani vox, quam ab eis, exempli causa, agnominis loco positam videmus; à Marco Tullio Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino ita cognominis vocabulo definitur. Libet enim, ut hæc etiam accedant, ad ea quæ à Sigonio indidem sumpta sunt, ad hanc rem confirmandam testimonia. *Africanus*, inquit Tullius, *suo cognomine declarat tertiam partem Orbis terrarum se subegisse.* Et idem in Epist. ad Atticum de Pompeio loquēs: *Noster amicus Magnus*, ait, *cuius cognomen vna cum Crassi diuitis cognomine consensit.* Neq. enim ad veterum Grammaticorum opinionem infirmam fat fuisset scriptoris alterius testimonium, nisi illius, qui longè omnium, quicumque fuerunt, proprietate loquendi habitus est princeps, Marcus Tullius. Libenter itaq. assentior Sigonio, qui statuit, quæcumq. gentilitijs nominibus tertio, aut quarto loco adijciantur, cognomina appellanda esse: eaq. ab agnominibus voce magis differre, quam re. Neq. verò qui primi fuere ipsius Romanæ Reip. propagatores, hunc multorum nominum vsum habuerūt. Eos namq. vno tantum nomine præditos fuisse, ut Romulum, & Remum, ex Varronis testimonio comprobatur. Postea verò cum essent duo, aut plures Terentij (ut idem Varro est auctor) appellati: quod in vno quoq. singulare erat, in quo ab alijs fecerni posset; id illius nomini præponi cœptum fuit. Quo pacto fiebat, ut qui mane, Manius: qui luce, Lucius; qui post mortem patris natus esset, Posthumus vocaretur. Vnde prænominum ratio vsuuenit. Ad quam tandem, ut diximus; cognominum, & agnominum accessit consuetudo. Et id ipsum planè, diuersa tamen ratione, apud maiores nostros video factitatum. Apud eos enim paulatim vna cum ipso Regno, quemadmodum &

apud Romanos, multorum nominum vsus increbuit. Omnia autem vel nominum, vel cognominum vocabulis comprehenduntur. Prænomina enim non habuerunt: nisi has singulas voces, *Don*, & *Mossen*, statuamus prænomina appellanda, quod singulis Nobilium, ac Militum nominibus præponantur. Quisquis enim de genere Nobilium sit, *Don*: qui de Militibus autem, *Mossen*, Catalano (vt suspicor) sermone, iam pridem vocatur apud nos. Vt, *Don Joan Ximenez de Vrraca: Mossen Ximen perez de Salanova*. Hæc enim vulgaribus verbis notanda sunt, quia non bene possent Latinis. Quod si ea prænomina sunt: non alicuius gentis, aut familiæ; sed ipsorum Ordinum prænomina sunt. His enim, quasi quibusdam signis, maiores nostri, eos, qui ex aliquo horum Ordinum essent, indicabant. Postmodum confusè agi res ista cœpit: sensimq. eò deducta est, vt quæ olim illustris, ac certa nobilitatis nota ferebatur; ab ignobilibus modò, & infimis hominibus, ac feminis præsertim vsurpetur. Atqui in veteribus monumentis, Mefnaderij leguntur nonnulli, ea Nobilium nota, interdum illustrati: vt, *Don Ximen Perez de Pina: Don Ruy Sanchez de Pomar*: & alij his similes, qui vetera peruolutanti frequenter occurrent. Sed eorum Ordo proximus erat patritiorum Ordini, ac Nobilium: qui magnam illã præferebant Ricorum hominũ, quam docuimus, speciem. Itaq. hæc duæ tantum voces, *Don*, & *Mossen*, videntur quodammodò ad prænominũ Romanorũ rationem adũbratæ. Nominum autem apud nos tria fuisse genera obseruavi: propria; patronymica; & gentilitia: quæcumq. verò postea adiecta fuerint, cognomina appellari. Separatim namq. videntur mihi esse aliæ cuiusq. generis, & diuersæ obseruationes: neq. apud nos, vt apud Romanos, patronymica, & gentilitia nomina idem valere. Quid autem inter se differat, dicendum est. Verum tamen ne sine appositione exemplorum, hæc omnia reddantur obscuriora; consentaneum erit, vt certum quiddam, exempli causa, ponamus, quo hæc singulæ prænominũ, nominum, & cognominum nostrorum differentia exprimentur. Erit autem huiusmodi: *Don Pedro Martinez, de Luna, el Viejo*: libet enim eius hoc loco facere mentionẽ, à quo postea duæ clarissimæ eiusdem Lunarum gentis familiæ dimanarunt: quarum altera Illuecæ; altera Almonazirij opido fuit potita. In his autem necesse est omnino permiscere Hispana cum Latinis: quandoquidem eam mihi proposui quæstionẽ discutiendã, quæ de ratione tota sit inconditæ, ac vulgaris antiquorum nostrorum hominum loquendi consuetudinis. In proposito

proposito igitur exemplo, prima illa vox, *Don*; prænomen erit: quia patritiũ illum esse declarat. Secunda verò, *Pedro*; proprium nomen vocabitur. Nam etsi id ipsum nomen latè pateat, & omnibus gentibus, familijs, ac tenuissimis quibusuis hominibus sit commune: tamẽ ita vniciq. datur personæ, vt eo videatur posse, tamquàm proprio, ac certo vocabulo, appellari; proptereaq. proprium vniuscuiusq. personæ dici potest. Tertiam deinde vocem, *Martinez*; patronymicũ nomen appellabo, à gentilitio diuersum; quod minimè vllam apud nos originem gentis declarat, sed à proprijs tantum patrum, auorum, aliorumve maiorum nominibus deriuetur. At quartam, *de Luna*; gentilitium nimirum: quod ea declaretur, vnde quisq. duxerit genus suũ. Cognomen tandem; quod extremo loco positum est nomen ob ætatem: nempe, *el Viejo*. Cũmq. de prænominibus iam supra dictum sit; reliquum erit, vt de ceteris dicamus singulatim. Ac priorum quidem nominum alia videntur fuisse, vsitatiora; intermissa alia, tametsi olim frequenter vsurpata; postrema verò, incerta; quibus aliquando, rarò tamen, vt ebantur antiqui. Vsitatiora autem hæc fuere: *Alonso: Artal: Alvaro: Beltran: Belenguer: Bernaldo: Blasco: Felipe: Ferrnando: Ferrer: Garcia: Gonçalo: Guillen: Gil: Joan: Iayne: Lope: Luys: Martin: Miguel: Pedro: Ramon: Ramiro* (Latinè verò quãdoq. Ranimiro) *Rodrigo: Sancho: Simon: Vgo: Inigo: Ximeno*. Non quod statuam, maiores nostros nullis alijs nominibus vsos fuisse: sed hæc apud eos fuisse vsitatiora. Intermissa autem: *Alnar: Arnaldo: Atho: Fortunio: Galindo: Galceran*: aut, *Galacian: Gilabert: Guerau: Nuño: Orti: Oger: Pelegrin: Ruy: Vidal*. Hæc enim olim vsurpabantur frequenter. Verum iam pridem sunt ab vsu quotidianorum nominum à nostris intermissa. At verò incertorum vix vlla ratio tradi potest: ob eamq. causam illa, incerta nominaui. Sub quorum genere minimè ea nunc complecti volo, quæ semel, aut bis; sed quæ sæpius, à nostris leguntur vsurpata; ac licet raro, aliquando tamẽ ad diuersarum gentium familias transfudisse. Sunt autem huiusmodi: *Acart: Adam: Alaman: Amor: Assalido* (quod familiæ de Gudal fuisse comperio) *Castan: Corbaran: Dodon: Gombal* (quod gentilitiũ antiquæ cuiusdam ita vocatæ gentis cùm fuisset; postea proprij nominis loco vsurpatum est) *Guiral: Palazin: Pipino: Roldan: Vallés*. Feminarum verò vsitatiora nomina, hæc fuere: *Elfa: Toda: Vrraca: Ximena*. tametsi pæssim maritorum nominibus appellatæ inueniuntur. Quamquàm autem (vt ad virorum nomina redeamus) ea omnibus erant

bus erant hominibus, ac familijs communia: fuere tamen nonnulla ab aliquibus frequentius usurpata, ob idq. earumdem videntur esse magis propria: vt Corneliorum, & Vrrrearum, Eximini nomen: Alagoniorum verò, Artaldi, & Belasconis. Ceterum patronymica olim ex proprijs tatummodò patrū nominibus ducebantur: neq. erāt vllius gētis propria, vel familiæ: nec magis plebi, quàm optimatibus interdicta: sed quæ omnib⁹ æquè gētibus, atq. Ordinibus cōueniebāt. Quicūq. enim, cuiusvis Ordinis, ac familiæ, qui patre natus esset Martino appellato; Martini inde patronymicū sibi nomē vēdicabat. Quod interdū à matris nomine duci cōsuevit, vt in Garfia Innici Suprarbiēsi Regi secūdo notatū fuit: aliquādo ab aui, maiorūve nominibus deriuari. Iā verò patronymica hæc nomina, alia extremā paterni nominis syllabā mutarūt in, *ez*; quorū magnus, & vulgaris est vsus; alia paternū ipsum nomē sine vlla mutatione retinēre, quòd male sonarēt deriuata: alia deniq. anonyma videntur fuisse; quòd propria nomina, à quibus deriuari possint, non exstent, etsi eadē patronymica appellanda sunt, quòd in patronymicorum nominum loco assiduè collocentur. Quæ terminatio nem mutarunt, sunt hæc: *Alvarez*: *Aznarez*: *Diez*: *Fernandez*: *Galindez*: *Garcez*: *Gonçalez*: *Iniguez*: *Yuañez*: *Jañez*: *Lopez*: *Martinez*: *Nuñez*: *Perez*: *Ortiz*: *Ramirez*: *Rodriguez*: *Ruyz*: *Sanchez*: *Ximenez*. Ita autem deriuata fuere: Ab Aluaro, *Alvarez*: ab Azenario, *Aznarez*: à Didaco, *Diez*: à Fernando, *Fernandez*: à Galindo, *Galindez*: à Garcia, *Garcez*: à Gonzaluo, *Gonçalez*: ab Innico, *Iniguez*: ab Yuando, *Yuañez*: à Ioāne, *Jañez*: à Lupo, *Lopez*: à Martino, *Martinez*: à Nunnio, *Nuñez*: à Petro, *Perez*: ab Orti, *Ortiz*: à Ramiro, *Ramirez*: à Roderico, *Rodriguez*: à Ruy, *Ruyz*: à Sanctio, *Sanchez*: atq. ab Eximino, *Ximenez*. At verò nonnulla terminationem primitiui nominis nō mutarūt; quòd malè sonarēt deriuata. Nō enim ab omnibus proprijs nominibus aptè possunt patronymica nomina Hispanè deriuati: vt à, *Luis*: *Miguel*: *Vgo*: *Gil*: *Guillē*, & alijs quā plurimis. Ea propter illa, dū patronymicorū munere fungūtur, primitiuā retinēt terminationē, si Hispanè proferēda sint: nā alia est ratio, si Latinè. Sed de ea statim. Anonyma tādē perpauca admodū videntur. Sunt autē huiusmodi: *Arcez*: *Ferriz* (nisi fortè à Ferrer antiquo nomine ductū arbitremur) *Gomez*: *Iordā*: *Sanz*: quæ Latinè, & Hispanè eodē semper modo prolata cōperio. Cetera verò, tā quæ primitiuā terminationē retinuerūt, quā ea, quæ mutarūt, dū à maioribus Latinè efferri oportebat, nō Martinius, neq. Perezus, siue Simenius, proferebātur, neq. ita proferen-

proferenda puto, saltem cūm patronymicorum nominum funguntur officio, quemadmodum amicus noster visus est sensisse: neq. *Gil*, aut, *Guillen*, Hispanis vocibus nuncupabant. Sed proprio nomini, gignendi casu primitiui nominis adiūcto, Græcorum quasi more, subintellecta semper, filij, voce, se perbene latinè loqui putabantur, hoc pacto efferentes: Petrus Martini; idq. perinde erat, ac si dicerent; Petrus, filius Martini. Istius verò Petri filius, si Lupi nomen haberet, vocabatur; Lupus Petri; idest Lupus, filius Petri. Nepos autem, si Sāctius diceretur, appellabatur; Sanctius Lupi; idest, filius Lupi. Et Ioānem Egidij, Bernardum Guilielmi appellabant, quos Hispanè, *Iuan Gil*, & *Bernardo Guillen*. Et sic in quocumq. homine appellando, maiores nostri singula hæc patronymica nomina iuxta proprium patris nomen variabant. Quod in antiquis nostris Regibus obseruari potuit. Nā Ranimirus I. à patre Sāctio maiore; Ranimirus Sāctij, idest Sāctij filius dictus est. Tū Sanctius III. ipsius Ranimiri filius, ob id, Sanctius Ranimiri vocitatus. Petrus verò, qui Oscā expugnauit; Petrus Sāctij, idest, Sāctij Regis filius, nominatus reperitur. Atq. Alfonso frater, qui Cæsaraugustanæ Urbis fuit potitus, idē sibi Sāctij patronymicū nomē, quasi eo, se Sanctij Regis esse filium, ostēderet, usurpauit. Nec video caussam, cur locutiones huiusmodi penitus improbemus: cūm & Græci ijs frequentissimè vtantur; vt Eusebius Pāphili; Hammonius Hermiæ. Quod qui ignorant, deprauantes optimam consuetudinem, efferunt; Eusebium Pamphilum; & Hammonium Hermiā: vt plurimi scriptores, & idem ille Nunnesius, obseruarunt. Quem quoties nomino, toties noua quadam voluptate perfundor. Quis est enim, cui non locus ille, vbi fuerit altus, & magister, à quo institutus, non semper in mente, cum grata animi recordatione, versentur? Frequens deniq. apud maiores nostros, iste fuit, patronymicorum nominum vsus, gignendi tantum casu nominis primitiui prolato: Vt Aluari: Lupi: Eximini: & sic in reliquis. Sed interdum gignendi casum nonnullorū nō in, *i*, sed in, *onis*, & corruptè in, *ones*, terminarunt antiqui; quasi primitiua nomina non secundæ, sed tertiæ declinationis fuissent. Sed hæc pauca admodum fuere: Vt à Galindo, Galindones; Galindi filius: ab Eximino, Xemenones; Eximini filius: ab Enneco, Ennecones; Ennici, siue Innici filius: & à Fortunio; Fortuniones, & nonnunquam Fortungones; Fortunij filius vocabatur. A Garfia autem quandoque, Garfeanes: & à Sanctio, Sanctionis, deriuatus inuenitur, pro eo, quod est; Garfiæ, vel Sanctij filius. Ve-

filius. Verùm hæc antiqua nimis sunt, ac obsoleta: crebriusq. priores gignendi casus leguntur vsurpati. Anonyma verb, indeclinabilia, vt ita dicam, remanebant: neq. vllum gignendi casum videntur habuisse, sed, *Gomez: Arce: Sanz:* Latino etiam prolata fermone. Et frequenter propria ipsa nomina absolutè poni consueuerunt, præposita illa, *Senioris*, voce: quæ antiquam, vt dictum est satis, Ricorum hominum dignitatem præ se tulit: Vt *Senior Artal; Senior Lope*. Quandoq. etiam ea, *Senioris*, vox retro ponebatur: Vt *Palaz in Senior: Aznar Senior*. Neq. post propria nomina tantum, sed post ipsa quoq. patronymica: vt *Lop Lopez Senior; Orti Ortiz Senior*: & alia id genus. Quæ quidem appellandorum nostrorum hominum ratio diu olim viguit apud nos. Postea verò Regno latius patente, secernendi causa, ad distinguendas gentes, ac familias, vt quæ in vnaquaq. singularia erant, notarentur; locorum nomina, quorum quisq. Honorario illo iure potiebatur, adiuncta fuere: eaq. posteris gentilitia manserunt: Vt *Artal, Senior in Alagone: Petrus Martini, Senior in Luna: Joannes Eximini, Senior in Vrreria; Castan, Senior in Biel*: à quo postea Corneliorum familia dimanauit. Quamobrem arbitror altiora fuisse, quàm vulgò feruntur, Ricorum, & Mesnaderiorum hominum, quorum supra meminimus, ac aliorum etiam nostrorum Optimatum, antiquæ nobilitatis initia. Adhuc enim opinor illa, sub his priorum, & patronymicorum nominum integumentis, latere: nimirum quòd statuam eos, qui in antiquissimis monumentis leguntur, vel vno tantum, vel duobus nominibus, proprio scilicet, ac patronymico, *Senior in Boltagna; in Alquezare; in Sos; in Unocastello: in Osca: in Balbastro*: alij ve in opidis, antiquo illo more, Seniores nuncupati: earum stirpium auctores extitisse, à quibus qui postea primi dicti fuere, Cornelij: Lunæ: Vrreræ: Alagonij: & ceteri Optimates, originem duxerunt. Verumtamen quia inconstanter, ac turbidè ab ipsis opidis olim iactabantur, crebræq. vt supra retulimus, inter eos fieri solebant ab vno Honore ad alium transitiones; propterea suspicor fuisse, illa, *de Boltagna, Sos, Balbastro*, reliquaq. alia huiusmodi nomina, antiquata. Posteriora verò, *De Luna, Alagon, Vrrera*, & his similia, quòd stabilis, & certa huiusmodi locorum possessio permaneret; sibi, & posteris, quasi hereditario iure, gentilitia mansisse. Gentilitia namq. nomina ea appello, quæ vulgò, *los Apellidos, o sobrenombres de los linages*, nuncupantur. Quibus iam in Hispania, atq. adeò in alijs regionibus, vetustus est mos, vt singulæ gentes, ac fami,

ac familiæ distinguantur inter se. Quæ autem ea sint, dicere longum esset. Satis plura numerauimus supra, dum de Ricis hominibus, ac Mesnadarijs verba fecimus. Sed vnde singula ducantur, non ausim affirmare. Pleraq. arbitror fuisse à locis, quorum potiebantur, petita: alia à varijs euentis vsurpata: vt in nominibus ipsis elucèret alicuius significatio laudis, aut virtutis; & quæ res ab eorum fautoribus esset præclare pro Repub. gesta admirabilis facti, sempiterni nominis gloria, niteretur. Atq. ex huiusmodi principijs introducta fuit apud nos celebritatis gentilitiorum nominum consuetudo. Quæ inde ad posterorum existimationem latius dimanauit. Vnaquæq. namq. familia, gentilitia hæc imposita sibi nomina retinuit, ac quodammodo, vt ita dicam, inuidiosè; non ad sermonis vsu quotidianum solùm, sed ad domesticarum etiam laudum memoriam, & ad illustrandam ipsam nobilitatem suam. Et in hoc summa vi, atq. impetu, quisquis illius stirpis esset, contendebat, vt quòd perueniebant tela manuum suarum, eòdem gentilitij sui nominis fama penetraret. Cui dedecori esse, nefas statuebatur. Quòd si illius splendorem quis fortè, admissio aliquo rei militaris flagitio, maculabat; ceteri etsi genere essent disiuncti, si similitudine nominis conueniebant, infamiæ hanc notam, quæ ipsi nomini hæreret in posterum, non aspersione aquæ, vllò ve dierum numero tolli arbitrabantur, sed sola posse nominis mutatione delèri. Quæ de re insignne illud proferam exemplum, quod in Commentarijs Comitiorum, Ann. Chr. ∞ CDLI. continetur. Etenim cum per idem tempus quidam Florenus Melero, ortu Aragonensis vir, Villaroyæ Castellum, quod suæ fidei à Rege nostro commendatum habebat, nefariè hostibus prodidisset: nonnulli alij, quibus fortè Meleros appellari contigerat, ne quæ nomini iniusta fuerat tantæ turpitudinis nota, generi suo, quamquàm eo minimè erant coniuncti, inureretur fortasse: gentilitium illud Meleri nomen isdem Comitij repudiarunt; nec repudiarunt solùm, sed acerbam illius memoriam à sese, & suis perpetuò obliterandam, ac voluntaria obliuione conterendam duxerunt. Noluerunt enim, ac prudenter sanè, quos natura cognatione distraxerat, iam amplius, nec ipsa sola nominis opinione cohærere. Sic autem rem gestam fuisse in eisdem Commentarijs inueni.

Estando ajustados los ditos Señores, la Cort representantes (fuerant quippe à Rege, & Regno nonnulli viri ad Comitiales res omnes peragendas designati) *sue personalmēt constituydo el honorable Don Anton Melero Notario, en nombre suyo proprio, è como Procurador, que se afirmó de*

Mm Pascual

Pascual Melero, mercader, Ciudadano de Çaragoça. El qual dreçando sus paraulas a los ditos Señores, fizo cierto razonamiẽto, cõcludiẽdo. Que por las causas expressas en una cedula, q̄ liurò à Sancho de Torres Notario substituydo, qui supra, relexaua, è renũciaua, è presentes los ditos Señores, en los ditos nõbres, è cada vno dellos relexò, è renũciò el sobrenombre de Melero, è a perpetuo prẽdiò sobrenõbre de Aunes, con las protestaciones, è en la forma contenidas en la dita cedula, que fue leyda por el dito Notario, dius la contenencia siguiente.

MVY Reuerentes, Nobles, Circumspectos, Honorables, è Sabios Señores.

Anton Melero Notario, en nombre suyo proprio, è asin como procurador de Pascual Melero, mercader Ciudadano de aquesta ciudad, cõparece ante la presencia de Vuestras Señorias, è humilmẽt expone, è diz: Que atẽ dida la grãt maldat, è trayciõ fecha, è cometida por vn clamado Florent Melero, en hauer vedidos los Castiellos, è lugar de Villaroya, qui son del Señor Rey: En lo qual no es dubdo, q̄ vltra la traycion por el perpetrada, ha puesto macula, peor q̄ lepra, perpetuamẽte en aquest sobrenõbre de Melero, la qual ya por ningũ tiẽpo se puede delir, ni tirar: antes cõ razõ se deue creer, q̄ qualquiere hõbre, q̄ daqui adelãt se clamarã, o nõbrarã de aquest sobrenõbre de Melero; viurã en manifesto vituperio, è vergoña: porquãto las gentes oyendo aq̄l sobrenõbre, siẽpre presumirã, è aun algunos con malicia dirã, q̄ es parient de aq̄l traydor. E yat sia, estã en verdad, q̄ los ditos Antõ, è Pascual Melero, no han deudo alguno de parentesco con el dito Florent Melero: aq̄sto empero caye en saber de muy pocas personas. E por tãto ellos con desseo desseando proueyer a tanto inconuenient, è apartar, è guardar su hõra, è fama, de tanto blasmo, è cargo; por ellos, è muyto mas por sus fillos, è successores, han deliberado relexar, è renunciar aquest sobrenõbre de Melero: el qual luego aqui en presencia de Vuestras Señorias, en los ditos nõbres, e cada vno dellos relexa, è renuncia. Et recorriendo, e tomando otro sobrenõbre de su linage, è de sus antigos parientes, è predecessores de la part feminea, prende a perpetuo sobrenõbre de Aunes: asin q̄ de aqui auãt ellos, è sus fillos, è successores se clamarã, e leuarã el sobrenõbre, e armas de Aunes, sin aliã, è alguna otra mixtura. Et porq̄ aquesto sia publico, e manifesto a Vuestras Señorias, e a toda manera de gent; fazẽ el present acto. Protesta empero el dito Antõ Melero en los ditos nõbres, e cada vno dellos, q̄ ya por el present acto, è cosas en aq̄l contenidas, prejudicio alguno no sia fecho, ni engendrado a ellos, ni adalguno dellos, ni a sus

successores

successores en qualesquiere dreytos, acciones, comiõiones, officios, beneficios, priuilegios, lezas, è vinclos de testamentos, actos, pactos, documẽtos, è con tractos, pertenescentes, ofazientes por ellos, o por qualquiere dellos. Antes romangã en aq̄l estado, efficacia, è vãlor, que eran antes de la edicion del present acto. Et requieren a Notario, qui present es, que de todo lo sobredito faga carta publica, vna, e muytas.

Et leyda la dita Cedula, el dito Don Anton, en los nombres susoditos, e cada vno dellos, requiriò de todo lo sobredito seyer fecha carta publica por el dito Notario. E los ditos Señores la Cort representantes, mandaron el dito Acto seyer continuado en el present Proceso a memoria.

Tanti videntur aestimasse splendorem nominis gẽtilitij. Non possum autem reticere hoc loco de nostrorum hominum accurata diligentia, ac exquisito genere loquendi, quo eos vfos fuisse in istius facti narratione obseruavi. Nã quoties Florenũ illum nominare oportuit; olim Aragonensem, enuntiarunt, cum re vera ortu Aragonensis effet: ac si statueret, illum iam cum turpitudine facti suã propriã naturã commutasse, eoq. pacto domesticam labem, quando aliter fieri, non poterat, videri cuperent redemisse. Neq. verò, vt ad rem redeã, familiã omnes noua sibi gentilitia nomina inuenerunt. Sed plures earũ interdũ propria, interdum patronymica pro gentilitijs nominibus vsurparunt: atq. eo casu in, *ius*, proferẽda dicerem patronymica illa, Martinius; Perezus; Simenius; & alia eiusmodi: quia iam tunc familijs ipsis gentilitia sunt. Neq. familiã omnes videntur patronymicorum nominum vsum habuisse: sicuti, Cornelij, & Alagones, & alij nonnulli: qui sibi satis duxerunt proprijs, & gentilitijs nominibus appellari, eisdem cognomina quandoq. adiungentes; quæ gentilitia ipsa nomina illustrabant. Vt, *Don Ximeno Cornel, el Viejo; Don Blasco de Alagon, el de Morella.* Horum namq. egregijs factis letabantur focij, gemebant hostes, & singuli eorum gloriabantur gentiles. Porrò autẽ in priscis monumentis nonnulla sæpe nomina, absolute posita, absq. vllis, nec proprijs, nec patronymicis nominibus, inueniuntur. Qualia sunt: *Don Caxal: Arpa: Frontin:* (quo nomine quosdã in antiquis Priuilegijs inuenio, quandoq. Seniores in Vncastello atq. in Sos, alijsve opidis, Ricorum hominum more vocitatos; à quibus suspicor originem duxisse eos, qui Frontini postea dicti sunt) *Barbatuerta: Don Bacahalla:* (qui Lunarum gentis proditur fuisse) *Diosayuda: Atorella: Quadrat: Tizon:* & alia pauca admodum.

Mm 2 Quæ

Quæ omnia gentilitia esse non dubito. Vix autem, in vetustissimis monumentis, alijs nominibus copulata comperio: præterquam Atorellæ, Caxal, & Frontini, nomina: quæ in recentioribus, quandoq. alijs nominibus retroponi consueverunt. Ceterum in nonnullis familijs iam pridè patronymica quædam nomina ita assidue versantur coniuncta, vt ea non minus ipsarum familiarum, quam eadem ipsa gentilitia censeantur. Vt, *Ximenez de Urrea: Martinez de Luna: Fernandez de Txar: Lopez de Gurrea*, & alia eiusmodi: quod singulæ auidè appetierint, proprium gentilis alicuius nomen, qui apud se virtutis laude quodam floruisse, perpetuò ostentare; quemadmodum initio in Suprabien sibus illis primis Regibus, atq. Aragonensibus Comitibus indicaui. Sed nihilominus eadè ipsa sunt, pari etiã ratione, plurimis alijs familijs cõmunia, quæ eadè patronymica nomina præferunt: vt, *Ximenez de Alcalá: Martinez de Vidauré: Fernandez de Castro: Fernandez de Heredia: Lopez de Sesse*: & alia, quæ passim à nostris hominibus efferuntur. Et quandoq. apud nos, dùm plures erant familiæ, ex eadè gente propagatæ, ad eas distinguendas, quemadmodum Romani cognomina adhibebant, proptereaq. vt diximus, ex Cornelijs alij Scipiones, alij Lentuli fuerunt nuncupati: huiusmodi familiarum varietates, vel cognominibus à diuersis opidis sumptis notabantur; qualia fuere in Zapatarum gente illa, *de Cadret: de Thous*: & alia, quæ retulimus: vel sola patronymici ipsius nominis mutatione: vt in Lunarum gente. Inter quos: alij, *Martinez de Luna*: alij, *Ferrench de Luna*: alij, *Lopez de Luna*, vocabantur: atq. etiã alij, *Ximenez de Luna: Gomez de Luna: Sanchez de Luna*, nominati inueniuntur. Tam latè olim nobilissima ea Lunarum gens diffusa fuit. Interdum etiã vnica familia ex duobus gentilitijs nominibus cõflabatur; vt, *Tizõ de Castellezuelo: Maza de Lizana*: & nonnullæ aliæ. Deniq. postquam inter ipsos Optimates fieri cœperunt locorum mutationes: & nomina ipsa mutari cœpta sunt; & hæc eadè signa, quibus inter se distinguebantur, ad eò cõfundi, & perturbari, vt pleraq. effluerint ex certa aliqua ratione, aut præceptis: nec quidquam magis certum in huiusmodi argumento sit, quam quæ nostrum, eã, in quorūcumq. nominum vsu, sequutum fuisse, quæ sibi probaretur, disciplinã. Iã verò Cognomina etsi nonnullarum familiarum, vt in Zapatarum gente diximus, videtur fuisse: frequentius tamen ita ea adhiberi solita, vt non vllius gentis, aut familiæ sint, sed ipsarum tantummodò personarum. Ex eo autem assumi solent, quod in vnoquoq. viro est singulare: vt si senex, si fortis, si sapiens: aut cõtra; si adolescens, si ignarus, si stultus extiterit. Ea verò præcipue

Regibus

Regibus ipsis imponi consueverunt. Qualia illa sunt: Arista: Abarca: Bellator: Cærimoniosus: Iustus: Castus: Sapiens: Catholicus: aliaq. omnia, quæ in cunctis nostris Regibus videmus singula ornamenta laudum, ac virtutum, quasi clarissima lumina, eluxisse. Atq. hæc de nominibus antiquorum. De Magistratibus autem quæ afferre decreui, pleraq. erunt ex vetere illo Vitali deprõpta, quæ Iacobi I. Regis temporibus, de illius, ac Regni consensione, omnia nobis iura præscripsisse memorauimus. Ea verò tantummodò attingam, quæ ille de antiquis quibusdam Magistratibus curauit, tum ad disciplinæ præcepta, tum ad memoriam posteritatis prodenda. Omitto enim, quæ de Iustitia Aragonum traduntur ab eo: quia iam nos eadè persequuti sumus, dùm de illius dignitate verba fecimus. De quorūdam itaq. veterum Magistratum nominibus, ac potestatibus, quæ suis temporibus vigeabant, sic meminit. In primisq.

De Maiordomo Regio.

Post Regem autem (inquit) dispensator domus Regia, qui dicitur Maiordomus, in iudicando obtinet principatum. Qui de omnibus causis, & querellis tam Infancionum, quam aliorum potest cognoscere in distincte: exceptis; probatione Infancionatus, & pronuntiatione super ea; ex authorizatione Militis; prolongatione natalium; & restitutione status eorum, qui illum incartatione regia, vel expressione infamia amiserunt. Hac enim, & ijs equalia, vel maiora sunt soli Regi, vel cui ipse specialiter mandauerit, reseruata. Sed Maiordomus semper in cognitione causarum debet sibi Iustitiam maiorem Regni Aragonum adhibere. (Hæc de Iustitia Aragonum intelligenda. Iam enim supra meminimus, illum fuisse olim, Iustitiam maiorem appellatum.) *Vel si ipsum habere commodè non valeret, alium Iustitiã, qui in aliqua ciuitate, vel Villa domini Regis, sit per dominum Regem in Iustitiatu Officio constitutus. Qui Iustitia examinet omnes causas, & determinet per suam sententiã in Maiordomi Curia agitandas. Maiordomus enim pronuntiare sententiã diffinitiuã, vel interlocutoriã numquam debet. Potest autem Maiordomus de alijs locis ad alia loca homines seculares cuiuscumq. condicionis ad suum Iudicium reuocare, & ad veniendum cõpellere eorum contumaciam, nisi venerint iuxta Fori exigentiã puniendi. Debet tamen concessam sibi potentiam reparare, ne de valde remotis locis homines euocando opprimat laboribus, & expensis; nec ciues extra suas diœceses faciat laborare, nisi ex causa valde necessaria, & urgente. Prasente autem Maiordomo, debet loci Curia se à causarum examine abstinere, si ab eo sibi fuerit imperatum. Merito enim in aduentu*

Mm 3

superioris,

superioris, minora officia conquiescunt. Multò fortius igitur prasente domino Rege, tam Maior domus, quam omnes alij debent ab exercitio Jurisdictionis sua penitus abstinere.

De Iudicibus Delegatis.

Quando attamen de Regia processit voluntate, potest ipse Rex illico, si placuerit, unam causam, vel plures, si sibi visum fuerit, delegare. Et illi, quorum causa, fuerunt delegata, tenentur ipsas causas agere, & defendere coram talibus delegatis, cuiuscumq. conditionis; secularis tamen, actor, & reus, siue uterq. eorum, existere dignoscatur.

De Iudicibus Ordinarijs.

Sunt praterea in singulis Ciuitatibus, & singulis magnis Villis Regalibus per ipsum Regem singuli Iustitia constituti: qui de causis habitantium in illis Ciuitatibus, siue Villis, & in eorum terminis, tam inter Infanciones, quam inter homines seruitij, siue signi, & Infanciones, vel è contra, cognoscunt, iudicant & discernunt. Qui Iustitia semel positi, semper consueuerunt esse Iustitia toto tēpore vitæ suæ, nisi ex aliqua causa dominus Rex eos duceret remouendos. In quibusdam autem locis, Iudices; in quibusdam, Alcaydi, dicti Iustitia nuncupantur. Quocumq. tamen nomine censeantur, eadem est potestas, & Iurisdictio eorundem.

De Zaualetinis.

Sunt praterea Officiales domini Regis in predictorum locorū singulis constituti: qui diuersis nominibus appellatur. Quidam enim Zaualetina, id est Vicedomini Ciuitatum. Zaualet, enim idem est, quod dominus: & metina, idem, quod ciuitas lingua Arabica: à qua hoc vocabulum fuit sumptum.

De Baiulis.

Alij Baiuli, id est, seruuli, vel nutritores: quia dominorum vices gerunt; & quia ad eos gerunt ea, quæ colligunt de prouentibus eorundem. Item quia consueuerunt nutrire filios, & familias dominorum.

De Merinis.

Alij Merini, dicti à mæredo, id est, plorando: quia inuēti in culpa, consueuerunt damna pœna pecuniaria deplorare: eo quòd Reges, siue Iudices, tales sunt punire pecunialiter assueti. Vel à merito: quia iuxta meritū eis fit à Regibus retributio,

retributio, siue bonum fecerint, siue malum. Hi ergo tales Officiales debent compulsionem facere, & mandata Regis, ac sententias Iudicum, vel iudiciorum executioni viriliter demandare. Et si quando sunt pignora ad petitionem alicuius conquerentis à Curia facienda, debent per dictos Officiales fieri iuxta forum & quacumq. sunt facienda, à dictis Officialibus exerceri, excepta discussione causarum, & sententiarum prolatione: qua ad Iustitias, vel Iudices tantum spectant.

De Zaualachen.

Sunt, & alij Iudices, & Officiales inter Iudeos videlicet, & Sarracenos. Zaualachen enim, Sarracenorum iudicat semper causas; dictus à Zaualet, quod est Dominus, & achen, id est iudiciorum. Qui Zaualachen executioni mandat sententias à se latas, & facit citationes, & ceteras compulsionem, qua in Sarracenorum Curia imminent facienda. Item exercet Tabellionatus Officium inter eos: ita quòd nullus alius inter Sarracenos facit publicum Instrumentum. Et si factum fuerit, etiam de mandato ipsius Zaualachen, Instrumentum tale nullas vires penitus obtinebit: nisi à domino Rege haberet Zaualachen Priuilegium speciale, ut per alium posset conficere Instrumentum. Instrumentum attamen dotale, nisi per Zaualachen fuerit factum, vires nullas penitus obtinebit. Zaualachen autem volente, non volente, vel non audente à suis subditis facere Iustitia complementum, vel procedente remissius, quam debet: ad Christianorum Curiam recurretur. Quo casu debent fieri compulsionem, & executiones per ipsam Curiam: & discussio causa, ac sententia prolatio, semper est proferenda per Iustitiam, vel Iudicem Christianum. Qui Iudex, vel Iustitia secundum Forum Sarracenorum debet procedere tam in causa, quam in sententia proferenda.

De Alamino.

Est etiam inter Sarracenos, Officialis, qui Alamin, id est, fidelis, lingua Arabica appellatur. Qui debet causas minimas, non excedentes duos solidos, terminare: & exercet in Curia Zaualachen, apparitoris Officiū, vel sagionis. Qui etiam est Iurium Regalium explorator. Ideò dictus fidelis, quia fideliter debet Fura Regis perquirere in & rebus ceteris ad Regis ararium pertinentia perquirere; & statim deferre Regis Officialibus Christianis. Zaualachen autem, Alcaydi; id est, subexequutor in locis aliquibus appellatur.

De Daieno.

Inter Iudæos verò est Daien, idest, Iudex, ad cognoscendum de omnibus causis, magnis, parvis, vel minimis constitutus. Qui nec compulsiones, nec executiones, etiam sententiarum ab ipso latarum, exercet aliquas inter eos.

De Hedino.

Hedinus enim, idest Iustitiarius Iudæorum, exercet compulsiones, et mandat sententias executioni, et facit ea inter Iudæos, quæ Zaualetina, vel Baiulus inter Christianos est facere consuetus. Ad quem Hedinum adiri potest circa causas minimas; hoc est, quæ quinq. Solidorum summâ, vel valentiam non excedunt. In optione tamen est petitoris, an ipsum adeat, an ad Daien superius memoratum. Reus tamè pro tali causa modica, ex quo ab Hedino fuerit euocatus; coram eo necessariò respondebit. In defectum autem Hedini, ad Christianorum Curiam recurretur, et procedetur in negotio iuxta formam superius comprehensam, ubi exprimitur, qualiter est agendum, cum pro defectu Zaualetinæ Christianorû Curia recurrendum. Hoc autem cum Iudæus conqueritur de Iudæo: cum verò Iudæus de Christiano, vel Christianus conqueritur de Iudæo; Iudex debet cognoscere Christianus.

De Supraiunctarijs

Sunt etiam Supraiunctarij super Iunctas, idest populorum turmas, à domino Rege, quasi Paciarj constituti. Quorum est ipsas Iunctas, cum necesse fuerit, euocare: et si eas exercitû facere cõtigerit, vel repētini cõcursum, appellitû vulgariter appellatû; ipsas Iunctas, siue populû gubernare. Qui debent fideiussores recipere dandos Iunctis, et cautiones recipere pro eisdem: et pignora eos, qui ad exercitum non vadunt, vel concursum non exierint sua Iuncta. Caveant tamen Iunctarius, atq. Iuncta; quia si quis damnum in suis possessionibus, vel rebus pecuniarijs duxerit infligendum, nisi prius per Iustitiam alicuius Villa domini Regis, quàm id faciant, sententialiter fuerit iudicatum; totum damnum, quod fecerint, dupli restituere compellentur. Quod autem per Iustitiam fuerit iudicatum, non à Iuncta, sed ab ipsa Iustitia resarciatur. Qui tulit sententiam, si iniquè eum apparuerit iudicasse, nisi in narratione facta ab ipsa Iuncta, vel Iuncta maioribus Iustitia fuerit circumscriptus: tunc ei sui actoris mendacium condemnabit. Nec semper hac sollemnitas est in tali sententia observanda, quæ con-

quæ consuevit ab alijs sententijs observari: ut citationes, et alia fieri assuetæ in Iudicijs requirantur. Quia si hæc sunt per Iunctam, vix possent maleficia vindicari. Sed flagitante maleficio, et concursu subitaneo concurrente, si maleficio fuerit manifestum, ita quòd probatione non indigeat, nec aliqua possit tergiversatione celari: Iustitia stans in medio manifestatione. maleficio perpetratum: Interrogante Iuncta, quid facere debeat in hoc facto; ibidem habito consilio, quos habere poterit disceptator, præfatam sententiam Iudicando, Dei presentia supplete absentia delinquentis, si non appareat, qui defendere eum velit, et exprimens, qualiter est ratio notoria, et causam quare proceditur contra eum, sententiet, et declaret: quotiescumq. ad excidium, vel depopulationem debent aliqua asportari. Nam quancumq. fuerit contra factum: si presente Iuncta factum fuerit, ei prohibere valente; damna, et pœnas Fori debitas, pecuniarias tamen duplatas, ipsa Iuncta tenebitur emendare. Si autè, absente Iuncta, asportatio, destitutio, ruina excidij, vel de populationis, vel simile quid in reliquis ab aliquo committatur: eodem modo, et eisdem pœnis erit malefactor pecunialiter puniendus, ac si in alias res infortunio non subiectas talia commisisset. Poterit autem dominus Rex, cui vult, iurisdictionem committere specialem, vel etiam generalem. Cuius tanta erit iurisdictione, quanta ab ipso, in concessione huiusmodi exprimetur.

Hiigitur apud nos olim Magistratus viguerunt: ac præter Maior-domum Regis, reliqui minores censebantur. Quorum potestatis nostris temporibus in Foro nulla exstant vestigia; nominis autem vix vlla: eorum præfertim, qui publicum illud iuris dicendi munus inter Iudæos, & Arabes sustinebant. Ipsi enim aliquandiu permissum fuit, ut in tenebris suis, intra mœnia nostra, metu, ac periculo vacui versarentur. Ac Supraiunctarij, siue Paciarj ipsi, videntur sanè, ad eorum Magistratum similitudinem constituti, qui apud Gothos, Hispaniæ dominatores; Adsertores pacis vocati fuere, solaq. faciendi, faciendæ pacis intentione, Regali destinabantur auctoritate. His namq. verbis eorum potestas à Reccefuintho Rege, in lege de ipsis edita, definitur: quibuscum videre licet Paciarjos nostros nomine satis congruere, re autem non multum differre. Maiores autem Magistratus qui sint, quiq. olim fuerint, eleganter, ac dilucidè solita sua verborum gravitate, explicavit præstans ille noster, Ioannes Petri Nuerus, Fisci Aduocatus, in eo libelli sui Capite, quod supra intexuimus, dum locum illum de Iustitiæ Aragonum vi, ac potestate tractauimus.

uimus. Ibi enim dum apud nos duo esse suprema Tribunalia, quasi duo luminaria, memorauit; subtilissimè fuit totam hanc Maiorum Magistratum feriem, per paucis quidem, sed aptissimis, atq. apertissimis verbis, persequutus. Quapropter eam silentio prætermittā. Neq. enim à me nunc de omnibus nostris Magistratibus institutus est sermo, sed de antiquatis tantum nonnullis. Illud autem præterire non possum, quod legens obseruauit de Maiordomi nominis varietate. Quosdam enim; Maiordomos Regni Aragonum; alios, Maiordomos Regum Aragonum; nonnullos etiam, Maiordomos Curia Aragonum nominatos, cōperio: quibus nominibus, quid quisq. eorū ab alijs differret, indicarunt antiqui. Ac Maiordomus quidē Regni amplissimo Cōnestabuli munere fungebatur: interdūq. absolute, Maiordomus Aragonum vocari consuevit. Cuius ea ferè dignitas videtur fuisse, quæ apud Romanos sub Consulibus, Magistri Equitum: nempe vt Equitatu præesset. Sed in ampliori apud nos honoris gradu constituta. Initio enim Ricis hominibus mandabatur tantum: ijsq. qui *de natura*, vt diximus, essent: scilicet maiorum gentium patritijs. Quibus, vt quādiu quisq. eorum viueret, eo fungi liceret, concedebatur. Postea hæc immutari cœpta sunt, ad Castellanorumq. vt opinor, consuetudinem, à posterioribus nostris Regibus ea dignitas Cōnestabulicæ nomine est insignita: cum in vetustis monumentis, Maiordomiæ tantum inueniam mentionem. Apud Catalanos autem nulla nominis mutatio facta est: sed adhuc priscū nomen manet, Senescalli. Comitē stabuli verò à nonnullis, à Budæo tamē Cōstabulum appellatum legimus; quem vernaculo sermone vocamus, *Condestable*: fortasse, ne idem esse, quod Comes stabuli, cuius Romanorum Imperatorum temporibus, ac præcipuè declinante Imperio, frequens fit mentio, censeretur. Ac Marcellinus, aliquandiu Magistratum hunc, apud eosdem Tribunum stabuli vocatum censet: Protospatarium autem Procopius. Sed illud Protospatarij nomen, & munus apud nostros Reges Gothos vsitatus exstat: constatq. satis inter eos Magistri Equitum locum tenuisse. Comitum autem stabuli vix vlla fit mentio. Quin potius nonnulli eum, quasi Comitē stabilē dictū, illud scilicet idē, quod ipsa vox sonat, arbitrantur: quòd ad aliorum Comitum dissimilitudinem, qui tum apud Romanos, tum apud Reges Gothos, quasi errantes, ac vagi, publicorū munerum fungebantur Officijs; is solus eo ipso nomine notaretur, sic ab ipsis Regibus constitutus, vt fixum illū, & permanentē, quādiu viueret saltem, habiturus esset Co-

mitis gra-

mitis gradus honorem. Siue igitur quòd stabilis, siue aliā quamcumq. ob causam, Cōnestabulus dictus fuerit; apud nos olim, Maiordomus Aragonum appellari, vt supra demonstrauimus, consuevit. At verò Maiordomus Regis, & quandoq. Maior in domo Regis, dicebatur; quasi Palatij Magister, qui erat Aulae Regiæ præfectus; de quo Vitalem loquutum videmus, quandoquidem illum, dispensatorem Regiæ domus, nuncupauit: apud quem aliquandiu, scilicet ipsius Vitalis tempore, ius fuit, nonnulla fieri iudicia causarum. Maiordomus autem Curia, extraordinarius quidam Magistratus erat, vt opinio mea fert, ita vocatus, quòd in Comitibus extra ordinem à nostris hominibus mandaretur. Ea enim Comitialis eorum coitio solita est, Curia appellari. Quoties ergò sponte nostri aliqua ipsis Regibus aut belli adiumenta, aut ornamenta pacis importabant; eum, quem præficiabant eiusmodi molitionis apparatus, Maiordomum Curia nominabant, nomine ipso indicantes, eidem esse omnem eam curationem, & quasi dispensationem ab ipsis Comitibus, minimè autem à Rege, commissam. Qui tandem Magistratus eo vsq. durabat, quoad esset inchoato operi fastigium impositum. Propterea eum, extraordinarium diximus fuisse. Iam verò Delegatorum Iudicum, quorum supra meminit Vitalis, alij Iudices Curia, alij Auditores Curia vocabantur olim: singula ea nomina retinentes, quibus Gothorum temporibus fuisse etiam vocatos comperimus. Gothis autem exactis, quādoq. Alcales, sub vno vocabulo, eoq. vt suspicor, ab Arabibus sumpto, nominati inueniuntur. Sic namq. videmus in Rempub. nostram fuisse Magistratus inductos, vt ab alijs vim, & potestatem, nomina autem simul mutarētur ab alijs. Quos enim Gothi; Optimates Palatij; Comitès patrimonij; Auctores Fiscij; Thimphados; Millenarios; Quingētenarios; Centenarios; Decanos; Compulsores exercitus; Annonarios; Gardingos; Defensores; Numerarios, alijsq. nominibus vocauerunt; Arabes autem, Zaualetinas, & forsitan, Alcales, nuncupabant: nostri aut noua verba facientes, inusitatis vocabulis nominarunt, aut eorum vim, & potestatem in nostrum Forum, simul cum iisdem ipsis nominibus, induxerunt. Atqui Gardingorum voce, Primates ipsius Palatij significatos fuisse, facillimè credam. Horum autem Iudicum Delegatorum, de quibus nunc agimus, sic fuerat iurisdicundi facultas definita: vt Auditoribus minimè permessa esset potestas discernendi, sed audiendi tantummodò causas, de quibus singulis ad Regē referendi. Iudicibus autem concessum erat, vt de eis cognoscerent, ita

tuerent

tuerent, ac iudicarent. Potestatis namq. tantum in vnoquoq. censebatur esse, quanto eos imperio ipse Rex mandandos decreuisset. Idq. nomine solo statuebatur satis. Hi inter domesticos Regum, Regiæq. Curiae affectatores ordinario iure iudicia exercebant. Inter alios verò nequaquam; nisi speciatim ea ipsis iudicandi potestas data esset. Regem autem, quocumq. iret, sequebantur. Vnde Iudices, & Auditores Curiae, idest Regalis Curiae, sunt vocati. Curiam enim, eam etiã Regum affectatorum turbam, appellamus. Atqui ius erat, vt Magistratus hi singulis diebus manè, in ipsa Aula Regia ad causas sederent: quemadmodum supra in Alfonsi III. rerum narratione proulimus. Neq. verò certus vllus erat numerus eorum. Sed Regibus integrum erat, quotquot, quisq. vellet, instituere, alienigenasq. domesticis anteferre. Qua de re grauius maiores nostros videmus in Priuilegio illo generali conquestos fuisse; & quòd ij, qui hunc Magistratum gerebant, illius dignitate vterentur ad quæstum, à litigatoribus extraordinarias pecunias exigentes. Sic autem à nostris fuit huiusmodi petitio informata. *Item que ningun Iudge, ni Oydor en su Cort del Señor Rey no prenga salario de ninguna de las partes por iudgar, ni por oyr pleyto ninguno. E aquells Iudges, que iudgaràn, o oyràn: que sean del Regno de Aragon, los que hauràn a iudgar los pleytos de Arago. E que todas las apellaciones de los pleytos de Aragon sean terminadas dentro el Regno de Aragon, e no sean tenidas ningunas de las partes de seguir las apellaciones fuera del Regno de Aragon.* Cui ibidem ita à Rege fuisse responsum continetur. *A este Capitol responde el Señor Rey: Que los Judges de su casa en su Cort no entienda, que deuan prender salario de las partes, segun que dize el Priuilegio. Mas seyendo fuera de su Cort, si el les haze comisiones, assi como delegados; que puedan prender salario. E plaze al Señor Rey, que se exigan, e se obseruen las otras cosas contenidas en el dito Capitol contenido en el dito Priuilegio general.* Et hæc eadem in Obs. 4. tit. *Interpretationes qualiter, & in quibus intelligatur Priuilegium generale*, paucioribus his verbis annotantur. *Item quod ibi dicitur; Quòd Iudices, nec Auditores Curia non accipiant salarium, ita intelligitur, si ordinariè, & sine commissione cognoscunt: aliàs salarium accipiunt.* Sed illud est, quamobrem istorum Curiae Iudicum mentionem à me nequaquam decuisset prætermitti; quòd nonnullos antiquitatis nostræ studiosos in summo hoc viderim errore versari: vt quos in vetustis monumentis, Iudices Curiae nominatos inueniant, eos omnes statuunt in Iustitiarum Aragonum numerum

numerum adscribendos esse: quippe cum neminem apud nos vnuquam Iudicem Curiae fuisse, nisi solùm Iustitiam Aragonum arbitrentur. Ac verum quidem id esse non negabo, si de Comitiali nostra, vt ita dicam, Curia intelligamus. Apud nos enim Comitij institutis, Iustitia Aragonum illorum notus, atq. erectus est Iudex; in Comitialibusq. actis, Iudex Curiae, nuncupari solet: quemadmodum supra, cum de Comitij egimus, demonstraui. Curiae tamen Regiæ, idest domus Regiæ Iudices, diuersos prorsus Magistratus à Iustitijs Aragonum existisse, manifesto hoc Priuilegij generalis testimonio conuincitur. Cui alia præterea confirmatio grauisimum firmiter adiungit, maximamq. auctoritatem, ac fidem: quòd plures Iudices Curiae inueniantur in ipsorum Iustitiarum tempora incidisse, fuisseq. omnes, punctis temporum eisdem, in publicorum negotiorum tractatione cum suo cuiusq. imperio, ac potestate versatos. Qui verò hi fuerint, indicare curabimus, dum singulorum Iustitiarum ætates, ac gradus, quod nobis tandem superest dicendum, persequemur. Quapropter opinor, Sanctium illum Franconem, quem Surita in suis Indicibus Petro Eximini in Magistratus præfectura anteposuit, non Iustitiam Aragonum, sed Iudicem Curiae existisse. Idq. valde ipsius Suritæ verbis confirmatur, dum ait illum, Ann. Chr. MCCCXIII. ante captam scilicet nostram Urbem, in Aula Regia ius dicere fuisse solitum. Quod de Iudicibus Curiae, quibus ita præstitutum erat, vt in Aula Regia quotidie Iudices assiderent; intelligendum videtur, quemadmodum ostensum est supra: itidemq. etiam, quænam causa sit, cur ante dictum tempus nullius Iustitiæ Aragonum nomen appareat, nec vix vllum Magistratus potestatis vestigium: nimirum quia Ricorum hominum potestas Regiam ipsam dignitatem obsidebat: præcipuè verò, quia bellicis temporibus ciuilia omnia iura conticebant. Itaq. reliquum est modò, vt ad singulorum Iustitiarum tractandam historiam, còtento studio, cursuq. veniamus: vt eorum res gestas, & quo quisq. tempore fuerit, explicemus. Hi nos enim iam pridem vocant ad sese. Atq. ipsis libenter concedemus, vt totum hunc sermonem nostrum absorbeant: sic namq. satis officio meo factum arbitror. Illud autè est in primis huic nostro reliquo sermone præmunendum: quod si quis occurrat Iustitia Aragonum fortasse prætermisus; nequaquam propterea aut commissum facinus, aut admissum dedecus cõfitebor. Plures namq. Iustitias Aragonum non esse, non profiteor: sed tantum plures à me repertos non fuisse, præmefero. Nn esse

esse non dubito : eorumq. obscuratam esse memoriam , neq. tam senio extinctam , aut ipsa vetustate repressam : quàm mira ea , de qua initio conquesti sumus , maiorum in omni veterum monumentorum genere reticentia , & incuria : à qua iam , vt spero , eorum, qui post me rogati erunt , industria vendicabit . Neq. modò facile patiar , sed vehementer gaudebo , vt si plures deinde inueniantur Iustitiæ ; proferantur in medium , & suo quisq. in loco interpolatur appositè : sic enim facillimè , quæ à me nunc inchoata sunt , perfecta Reipub. tribuentur . Neq. tantum mihi assumo , vt statuum me ab alijs corrigi non posse , ac doceri . Satis me præstitisse arbitror , quòd miseram antiquitatem labentem sustinuerim , aliorumq. ingenia ad eandem illustrandam excitarem . Nunc autem ad rem . Vereor enim , ne mihi superfuisse verba videantur , quæ initio credideram defutura .

IUSTITIÆ ARAGONVM


XXXVIII.

IN CAESARAVGVSTANA itaq. Vrbe, primùm se extulit istius nostri Magistratus nomen . Nam ante eam captam, præter id, quod de institutione proditur: de illius potestate, aut ornatu nihil literis mandatum reperitur . Inter quæ tempora , iuxta nostræ computationis rationem, Ducenti ferme , & quinquaginta anni interfuerunt . Quibus omnibus iam supra exposuimus, Magistratum ipsum in antiquis illis Suprarbiensis Fori tabulis inclusum , tamquam in vagina reconditum , exstitisse . At verò Arabibus Cæsaraugusta exturbatis , cùm ea Vrbs summo nostrorum Regum imperio præbuisset quasi illustre quoddam domicilium , ac sedem: illico istius Magistratus nomen monumentis , ac literis mandari coeptum fuit ; & qui eundem gerebant, ipsius nominis dignitate honestari . Quæ vsq. ad hoc tempus continuata permanfit : sed magnis postea ornamenti illustrata fuit , ipsiusq. tandem Regni nominis maiestate insignita .

Petrus

I.

Petrus Eximini .




QVI autem exstat, & de quo memoriæ est proditum, hanc præfeturisse muneris dignitatem, ac nomen : primus est, Petrus Eximini: quem Petrum Simeno quandoq. appellatum, atq. inter Ricos homines numeratum comperio . Sed cuius gentis, aut familiæ fuerit, ignoro . *De Rodelar*, vocitari solitum, atq. hoc ipsi gentilicium nomen fuisse, notatum inueni . Sed incertum puto: cùm adhuc gentilicia nomina in vsu non essent: tamen si patronymica iam pro gentilicij vsurpabantur quandoq. Nec verò diu post, ipforum gentiliciorum nominum vsus increbuit . A quodam Azenario Eximini profectum opinor: quem circ. Ann. Chr. COLXIX. Seniore in Gallipienzo nominatum in priscis monumentis obseruavi . Neq. id ipsum tamen certum habeo . Vetusior autè memoria, quam de eo accepi, illa est, quæ à Surita affertur in Annalibus: dum Ann. Chr. CCCXIII. hunc Iustitiam prodit inter alios Ricos homines in Cæsaraugustanensi expugnatione præstantè suam operam Alfonso I. Imperatori nauasse . Vnde in eo, quod supra intexuimus, Priuilegio, eidè Vrbi ad deducendos colonos irrogato, Ann. Chr. CCCXV. in Testiũ Confirmatorũ numero, iuxta veterè, què diximus, morè, appositus cõtinetur : Iustitiaq. absolutè nũcupatur . Illius prætereà mentio fit ab eodem Surita, Ann. Chr. CCCXIX. quo diuersam à nostra opinionè sequutus, urbè fuisse captã memorauit . Aera tandè CCLXI: quæ in Annum Chr. incidit. hunc ipsum Iustitiã, Regis Iustitiã, nominatum, vt erat illorũ temporũ consuetudo, perlegi in quadam Donatione decumarum à Petro Cæsaraugustano Episcopo, *Capitulo suorũ Clericorũ*, sic enim loquitur, facta: quæ in Ecclesiæ *de Pilari* Tabulario asseruatur . In quo etiã peruestum codicem, *Kalendarum*, seu *Obituum* appellatum, inueni : atq. hæc in eo de istius Iustitiæ morte, ac quodã illius filio, annotata . *V. Non. Madij obiit Petrus Eximini Iustitia . Et commemoratio filij eius Galindi Petri* . Inde autem capio coniecturam, amborum corpora in eadem Ecclesia humata fuisse : ab ipsisq. duxisse genus suum, Galindum

lindum illum Eximini, qui in monumentis rerum gestarum, Ann. Chr. ∞ C XLIX. & ∞ C LXX. & ∞ C LXXIV. sæpenu-
rò, Senior in Belchit, antiquo illo Ricorum hominum more, nun-
cupatur. Sed affirmare id non ausim. Iam verò quamquàm in dicto
Codice, dies istius Iustitiæ obitus annotatus fuit: annus tamen omiffus.
Quamobrem hîc à me certa reddi illius temporis ratio non poterit.

II.

Sanctius Fortunionis.




1123 **E O D E M** verò Ann. Chr. ∞ C XXIII. atq. vt coniscere
possim, exeunte; Sanctius Fortunionis, seu Fortuniones, idest, For-
tunij F. in Petri Eximini locum successus fuit. Iustitia enim absolu-
tè nominatus exstat in Priuilegio decumarum ab eodem Alfonso
Rege, Turiasonensi Episcopo Martino, dicto anno, concessio. Cu-
ius scriptorem, quendam Enneconem fuisse, perlegi. Rursus ex alio
simili, Cæsaraugustanèsi Ecclesiæ irrogato, Aer. ∞ C LXVI. Anno
1128 siquidè ∞ C XXIIIX. eundè Sanctiũ, Magistratui præfectũ esse, col-
ligitur: ex vario autem monumentorum genere, primum Zalmetinã
nostræ Urbis, postquàm ea à Maurorũ fluctibus seruitutis emerfit, ex-
stitisse; postea altiorè hunc fuisse dignitatis gradũ assequutũ. E Ricorũ
autè hominũ Ordine fuit: licet genus illius ignoratur prorsus. Plures
enim Ricos homines, ac Mesnadarios, fuisse, quàm ab ipsis illis Anti-
quarijs propositi fuère, nõ dubito. Duos tamen, Iustitiam hunc, fratres
habuisse conijcio; alterum Eximinum Fortunionis, Anno Chr.
 ∞ C XXVI. Seniore in Calafanz, & Bardaxin nuncupatum: à
quo fortè nobilis Bardaxinorum familia dimanauit. Alterum Inni-
cum Fortunionis, Ann. Chr. ∞ C XXXIII. vetusti Mequinentiæ
opidi expugnatorè. Sed certi nihil habeo præter patronymicorũ no-
minũ similitudinẽ. At verò Sãctiũ Lopeziũ, à Surita in Indicibus, An.
 ∞ C XXV. suppositum, Iustitiã Aragonũ nõ fuisse, persuadeo mihi;
sed Exæita apud nos vocati opidi: cùm in Priuilegio eidem concessio,
Iustitia nominatus inueniatur tantũ, vnde tractum fuisse vidimus,
& ab

& ab eodem ipso audiimus Surita. Deniq. Sanctium Fortunionis Iu-
stitiam, vix quinq. annos muneris potitum apparet.

III.

Sanctius Galindi.




N A M eodem ipso Ann. Chr. ∞ C XXIIIX. illius locum 1128
occupauit Sanctius Galindi, *Galindez*, vulgò appellatus: modò sit
præfati Excellentis. domini Archiepiscopi Ferdinandi testimonio
tribuenda fides. Is enim testatur, se in priscis monumentis istius an-
ni, hunc Sanctium Galindi, Iustitiam appellatum comperisse. Sed ex-
plicare omisit certam aliquam huiusmodi monumetorũ generis ratio-
nem. Atqui hæc sanè Galindorum gens, patritia olim fuit nobilissima,
ab Aragonensibus nempe Comitibus ducta, vt opinor. Tot autem
Galindos antiquitus vocatos inuenio, vt iam tunc videatur, Galindi,
id nomen, non tam ad indicandum patrem, aut aum, qui præci-
pius erat patronymicorum nominum vsus; quàm ad docendum de
gentilitate ipsa vsurpari solitum fuisse. Quidam enim exstat, Rai-
mundus Galindi, Senior in Estada nominatus circ. Ann. Chr.
 ∞ C LIV. A quo fortè, qui postea Sanctius Galindi, Senior in Bol-
tayna, Ann. Chr. ∞ C LXVII. reperitur, profectus est: atq. ab eo,
Atho ille Galindi, qui Ann. Chr. ∞ C CI. inter Ricos homines me-
moratur. Cuius fratres suspicor fuisse, Eximinum Galindi, Fortunium
Galindi, Galindum Galindi, & Innicum Galindi: quorum Surita
in Annalibus, circ. Ann. Chr. ∞ C XIIIX. mentionem facit. Qui-
buscum omnibus duco, hunc Iustitiam cognatione generis fuisse con-
iunctum: ab eoq. Fortunium Galindi, & Martinum Galindi, postea
profectos; illum quidem Ann. Chr. ∞ C XXXIII. Seniore in
Osca, & in Alquezar passim; hunc autem eodem Anno, Senio-
rem in Ayerue vocitatum. Quos omnes videmus, summo quo-
dam, ac singulari studio, ad illustrandam nobilitatem suam, Ga-
lindi id nomen retinuisse semper. Sed iam pridem illud anti-
quaturn est: atq. in aliud fortasse gentilitium transfusum. Istius

verò Iustitiæ nullam alibi mentionem inueni, præter eam, quæ ab Archiepiscopo Ferdinando fit.

III.

Lupus Sanz.




NEC verò ullam aliam habeo magis certam huiusce Lupi Sanz Iustitiæ, qui nunc mihi illustrandus proponitur, notitiam. Nisi enim esset præfati ipsius Excellentiss. domini Archiepiscopi testimonio cognitus, eum, ut multos alios fortasse, vetustas obliuione obruisset. In illius autem Cōmentarijs sic scriptum est. *Lupus Sanz*, (inquit) ¹¹²⁹ *Iustitia Aragonum Magistratum gessit, Ann. Chr. MCCCXXIX: ut ego in priscis monumentis obseruauit: genus autem monumentorum non memini.* Atq. hoc solùm habeo, quod ipsi assentiar de eo: sed quid ipse sentiam, non habeo. Suspicio tamen à Graos, siue à Iaca gentilitium illius nomen tractum fuisse: quòd nonnullos Equestris Ordinis viros per hæc ferme tempora obseruarim, anonyma illa, Sanz, voce, gentilitijs huiusmodi nominibus antelata, appellatos. Sed tamen nuper, immo verò modò, ac planè paulò ante quàm hæc typis mandarem; in istius Iustitiæ hanc incidi & nominis, & muneris apertam mentionem. Siquidem Alfonso I. Regem, ad Zalmetinam Urbis Sanctium Fortunons (quem diuersum statuo à superiori) epistolam mississe constat, sic scriptam latinè. *Alfonso Rex tibi Sanctio Fortunons Salmedina de Zarragoza meo amabili, & fideli Salutem. Scripsi tibi ista mea carta de Logroneo: & Sapias, quod vidi rancurantem illo Episcopo de Zarragoza, & suos Clericos, quomodo non habent, neq. non sunt penes illos, Ecclesias adhuc de illos Alhobzes, & de illos furnos, qui fuerunt de illas Meschitas. Et iam habeo tibi missas meas alias cartas. Et ego dixi tibi, & non habes hoc factum: & times; & amas mais illos Seniores, & illos Moros: quàm meum mandamentum. Et vide, quod facis. Et modò dico tibi, & mando fortè, ut semper reddas ad illas Ecclesias: & mittas illos Clericos poterosamente in illos Alhobzes, & in totos illos directaticos, quos habuerunt*

buerunt in tempus de Moros ad unamquamq. Ecclesiam, quæ sit in illos Castellos, & villas de toto illo Episcopatu de Zarragoza, siue illas Meschitas, quæ sunt in illas ciuitates. Et si me amas, amplius non veniant mihi inde rancurantes. Et hoc non fallat per nulla causa de isto seculo: auxiliante Deo. Testes Enneco Xemenos: & S. Fortun Xemenos: Lope Sanz, Iustitia. Nec verò notatū fuit tēpus istius rei. Alhobzes autem, Arabica vox est: eaq. arces, & Castella significari persuadeo mihi.

V.


Fortunius Azenarij.



CETERVM Fortunij istius, eodem Archiepiscopo teste, clara exstat memoria in ea Priuilegij rogatione, quam Ann. Chr. MCCCXXXII. Alfonso idem Rex Cæsaraugustanis Mozarabibus tulit, dum eos, quemadmodum narrauimus, Manlienis opido donauit: quòd tametsi septi, & inclusi, intestinam, quam potuerant, operam ad expugnandam Urbem cōtulissent. Ricum hominem autē fuisse cōiugio: eundē siquidem, quē aliquibus post annis, perfunctū iam munere, Senoiré in Tarazona vocatū obseruauit; suspicorq. cuiusdā Aznar Azenarij filium, nepotē autē fuisse Pipini Azenarij, circ. Ann. MCCC. inter Ricos homines in priscis monumētis memorati. Ac fortè hic fuit Aragonēsiū Comitū ortus nobilissima stirpe. Sed nullam aliam de eo, quod Magistratū gesserit, inuenio factā mētionē.

VI.


Ioannes Pelaius.



POST Fortunium aliquot annis, ut ex eiusdē domini Archiepiscopi Commentarijs perspicitur, fuit iste Ioannes Pelaius: sci-
Nn 4 licet,

1140 licet, Ann. Chr. ∞ CXL. Ranimiro II. iam regnante Rege. Verumtamen de illius genere, aut nomine nihil aliud mihi legisse videor.


VII.
Atho Sanz.



DE Athone autem non ita. Illius namq. Iustitatus permultis publicarum literarum testimonijs comprobatur. Ac primùm quidem apertis his, in cuiusdam hortuli venditione à Bernardo Biarrag, cuiusdam Don Guald facta, appositis verbis; quæ ipse perlegi: *Facta* (inquit) *carta Aer. ∞ C XXXI. in mense Januario: Bernardus Episcopus in Zaragoza: Atho Sanz. Iustitia in Zaragoza: in illo anno quando fuit Daroca poblada.* Qui, ut cum Aera conueniat, Annus Chr. 1143 fuit, ∞ CXLIII. Rursus alibi. *Facta Carta Aer. ∞ C XXXI. in mense Nouemb. in Anno, quando prensi Comes Barchinonensis Mëtpester: Atho Sanz. Iustitia in prædicta Zaragoza: Quadrat Zalmetina.* Atq. 1145 eodem prorsus modo nuncupatus in monumentis Ann. ∞ CXLV. reperitur. Sed hoc est maximè ad memoriam sui Iustitatus in signe, quod in vetusta membranula legi; in præfatæ Ecclesiæ de *Pilari* Tabulario recondita. Etenim cum inter Cæsaraugustanum Episcopũ Bernardum, & quosdam è Romæorum gente patritios, magna lis, & controuersia esset orta, de adeunda cuiusdam Lupi Arcez hereditate: apud hunc Iustitiam, Iudicem, huiusmodi causam actam apparet, ab eoq. sententiam promulgatam fuisse, Ioanne, atq. ut ibi legitur, *Jouane Didaci, Zalmetina in Cæsaraugusta*, præsentis: & quod summũ est, in Raimundi Berengarij Barcinonensis Comitis, Principisq. Aragonensis conspectu, Ann. ∞ CXLIX. Aera scilicet ∞ CXXXVII. Ipse verò Atho Sanz, Iustitia in Cæsaraugusta, nuncupatur. Ita enim aliquandiu Magistratus iste vocari consuevit, quòd in ea vrbe iudicia exercent, ut in Vnionis Priuilegijs, quorũ supra meminimus, cautum fuit. Atq. hunc, primum Iustitiam, inuenio in forensibus causis iudicandis fuisse versatum. Vxorem duxit, Domnam Sanctiam: ex qua

ex qua filios, ac filias procreauit. Aedes habuit in Parochia Sãctæ Crucis, ipsius Ioannis Didaci, quem Zalmetinam hoc tempore fuisse constat, ædibus continentes. Nam hæc omnia sic annotata sunt in membranula alia perueteri, quæ in eodem Tabulario asseruatur. De genere autem, patricium dicerem, si eum cognatione coniunctum arbitrarem cum Fortunio illo Sanz, qui in monumētis Ann. ∞ CCXIV. vel circa, Senior in Baylo, & Eliso, vocitatus legitur. Sed cuius familiæ fuerit, nullam sanè facere potui coniecturam.

VIII.
Ioannes Didaci.




ET illud idem affirmare cogor in istius Ioannis Didaci, qui Athoni successit, narratione. Vix namq. adhuc, cuius familiæ fuerit, conijcere queo: tametsi suspicor patronymicum illud Didaci nomē aliquandiu sibi, ac posteris gentilicium mansisse. Quendam autem Ioannem Didaci, qui in monumentis Ann. ∞ CXXXIII. Senior in Cascante, & in Arguedas, vocatus legitur; diuersum ab hoc Iustitia fuisse, existimo: quippe cum ille patria Nauarrus esset, hic verò ortu Aragonensis vir: atq. ex Equestri Ordine, ut opinor, Cuius gentilem fuisse puto, Ferdinandum illum Didaci, in Valentini Regni expugnatione tantopere celebratum. Quem ob fidelem præstitam in ea re operam, Iacobus I. magna illa Mesnaderiorum dignitate honestauit; cum antea Don Blasci Alagonij, qui Morellam cepit, Vassallus, ut tunc loquebantur, ac Maiordomus etiam Curia existisset, eodem ipso tempore, quo ipse Blasus magnum illud Maiordomi Regni munus sustinebat. At hunc Iustitiam, antequam Magistratum adipisceretur; Zalmetinam fuisse Urbis, certum est. Interdum autem, Ioannes, nominatus reperitur. Quòd Magistratum gesserit, ea est vetustior memoria, quam inueni in Permutatione inter quosdam, *Julianum, & Don Nauarro*, facta, Ann. ∞ CLII. Ibi enim, testium Confirmatorum loco, appositus est his verbis. *Facta carta, Aer. ∞ CXC. Testes qui neq. viderunt, neq. audiuerunt: Garcia Ortiz, Senior in Zaragoza;*

1153 *goza; Joā Diaz, Iustitia.* Et eodē modo nominatus legitur in monumētis insequētis An. **CCCLIII.** quo mortē obiit, vt opinor. Vxorē ei⁹ Domnā Sol fuisse, veteribus apparet ex scriptis: filiorūq. quos ex ea suscepit, vicariū in hoc munere, quē mox nominabimus, successisse.

VIII.

Petrus Monio.




1154 **I**N venditione enim à Domna Vrraca cuidam Petro de Aierb facta, Ann. **CCCLIV.** hæc istius Petri Monionis memoria exstat. *Facta carta in mense Maij sub Aer. CCXCII. Regnante Comes Barcinonensis in Aragon, & in Zaragotza. Dominus Petrus Villabeltran Episcopus: Monio Iustitia sub manu filiorum de Joan Diez.* Vnde colligitur, superioris Iustitiæ vitam nequaquam longiùs, quàm nos retulimus, fuisse productam. Porro autem in venditione *Pardina* Vidalis Basfæ, & coniugis, cuidam Don Sanz, ita vocato viro, concessa: *Facta carta* (inquit) *in mense Março, Aer. CCXCV. Ragimundus Comes Regnante in Aragon, & in Lerida, & in Tortosa, & in Zaragotza, sub manu eius Palaz in Princeps: Monio Iustitia.* Ita enim absolutè positus continetur. Petri autē illius nomē fuisse, satis quidē ex alijs monumētis compertum est: triēniumq. vix, Magistratus potitum. Atqui Ferdinandus Archiepiscopus Iustitiam hunc testatur, Petrum Monoy appellari debere, idq. se in antiquis Tabulis comperisse. Alij, Mironē, appellandum censent: quòd quem ita vocatum temporibus his, Iudicē Curie obseruarint: Iustitiā Aragonū exstitisse arbitretur, nullā ipsorū munerū differētiā ducentes. Sed apertè ex his, quæ proximè adduxi, documētis, & alijs, fuisse Monionē nuncupatū apparet. De cuius genere nihil certi habeo, quod possim afferre. Iacobus Rex in suis Cōmētarijs cuiusdā meminit Paschasijs Monyos: quē patria natū tradit Turolis, fuisseq. ex intimis patris sui domesticis, ac familiaribus. Forte is ab hoc Iustitia profectus est. Haud enim interfuere plures, quàm sexaginta anni inter eos. Sed hæc ex sola gētilicij nominis similitudine capio cōiecturā. Neq. aliter posset huiusmodi argumētū illustrari, si quo sensu, ac cōiectura rapiamur, interdū proferri in medium non liceret.

.....Didaci,

X.


.....Didaci, Ioannis Didaci F.



AT verò Petro Monioni, Magistratu abeunti, filius successit Ioannis Didaci, eodem Ann. **CCCLVII.** Cuius nomen legere non potui. Abrasum est enim in venditione, quam inueni, cuiusdam agri in *Attabaff* locati: sic enim olim vocabatur ea Urbis Regio, quæ nunc dicitur *Altavas.* Ipsi autem venditionis tempus his verbis notatur. *Facta Carta in illo Anno, quando Comes Barsolonensis, & Princeps Aragonensis erat supra Trincatalla. Et erat P. de Villabeltran in Casar Augusta Episcopus: Palaz in Dominus in Casar Augusta: & filius Joānis Dicies, Iustitia in Casar Augusta: Aer. CCXCV.* quæ dicto Anno conuenit. Atq. eodem Anno alibi ipsiusmet Iustitiæ inueni factam mentionem: sed illius nomine omnino suppresso. Tantum enim, filius Ioannis Dicies, Iustitia nuncupatur, nullo loco vacuo relicto, quo vllum eius nomen collocari posset: quasi nullam aliā ipse ab ineunte ætate habuisset, nisi quam à patre acceperat, causam celebritatis, & nominis. Dicies autem idem esse, quod Didaci; certum est: nam quod Hispanè *Diez*, proferri debuisset, Latinè Dicies, proferendum placuit.

XI.

Petrus Medalla.



IS T I V S autem Petri Medallæ in antiquis monumentis multiplex mentio fit. Varijs enim Magistratibus præfuit. Iustitiam siquidem, ac


dem, ac Merinum Turiasonæ fuisse comperio: post Magistratui præpositum, interdumq. Iustitiam Maiorem, interdum Iustitiā in Cæsaraugusta, vt antiquus mos erat, appellatum. Illud verò Cæsaraugustanensis Merini munus aliquandiu gessisse apparet, quendam Ciprianū Quitrad: qui se in eo esse, istius Iustitiæ Vicarium suppositum, in quamplurimis Tabulis profitetur. In venditione autem, quam Garfias Aierb cuidam Don Per fecit: *Facta carta* (inquit) *II. Non Febr.* 1161 *Aer. CCCXCIX. Petrus Episcopus in Zaragotza: Palaz in, qui dominabat Zaragotza, sub iussione Comitis: Petrus Medalla Iustitia maior: & Sanctio Fortunions de la Porta Valètia Zauamedina.* Atq. hunc primum inuenio, Iustitiam Maiorem nuncupatum. Quandoq. autem, Medalgan vocitatum legi, aut Medalam, simplici, l: sæpius tamen Medallam & nonnumquā, Iustitiam in Cæsaraugusta. Magistratus enim Iustitiæ Aragonum, tum Iustitia Maior; tum Iustitia in Cæsaraugusta; tum quoq. Iustitia domini Regis; vel per manum domini Regis vocari consuevit. Quarum nominationum, præter ea, quæ supra adhibuimus, infra etiam nonnulla, quæ se offerent, exempla subijciemus. Ipsius verò Sanctij Fortunions Zalmetinæ gentilicium nomen à Cutanda erat. Nam illud, quod sibi, *De Porta Valentia*, nomen impositum fuit, ex eo ductum opinor, quòd ad eam Urbis regionem, quæ ita vocitatur, ædes fitas haberet: vt in veteribus scriptis obseruauit. Rursus in alia, *Auctoritatis, & venditionis, vocata carta*, quā Domnā Oriam de la Anacra, & Gulielmum cognatum eius fecisse constat Petro Priori Sanctæ Mariæ & ad alios Canonicos, & laicos illius domui, sic enim legitur: *Testes sunt huius rei, Visores, & Auditores; Don Poncio de Tarba: & Don Guillen Arnalt de Peremartin. Aliala, duos morabetinos, & septem denarios. Facta carta, & venditione in mense Octobris: Episcopus Petrus in Sarragotza: Palaz inus, qui dominabat Sarragotza, sub iussione Regis Aldefonsi, filius Comitis: Orti Ortiz in Roda, & in Quarton de Sarragotza: Petro Casteralol in Calataiube, & in Quarto: Blasco Maça in Borja: Galin Ximenez in Belchit: Petro Medalla Iustitia in Sarragotza: Sanctio Fortunions de Cotanda Zauamedina.* 1162 *Sub Aer. CCC. Garfias scripsit, & signum suum fecit.* Quādoquidem autem in Alialæ vocis mentionem incidimus, non abs re erit, quid olim sonuerit, & vnde ducta fuerit, annotare. Hæc igitur de ea obseruata inueni à perantiquo nostrarum legum interprete. *Aliara* (inquit) seu *Aliala*, dici debet *Alifara*. Et est verbum Arabicū à duabus his dictionibus, *alif*, &, *ara*, compositum. Cuius Etymologia hæc est.

Alif

Alif, prima litera est Alphabeti Arabici: vt apud nos, *A*. qua principium designatur. *Ara* verò significat, rem. Unde *Alifara*, quasi principium rei. In venditionibus autem antiquum ius erat, vt emptor, in signum adeptæ possessionis, prandium aliquod vendenti præberet, vel depactam pro eo pecuniæ quantitatem. Quæ nisi solueretur, seu venditor fateretur solutam; contractus censebatur imperfectus. Propterea ad illius firmitatem in ipsa Venditione, vt apoca soluti pretij, ita etiam olim apponi consuevit *Alifara* data expressa ipsius vendentis confessio. Alias possessio quacumq. caduca, & vacua reddebatur. Iam verò, vt ad rem redeam, Medallā hunc Ann. CCC LXIII. & CCC LXIV. 1163 Magistratum gessisse constat. Ac longiùs ego eundem produxissim, 1164 in annos scilicet. CCC LXVII, & CCC LXIIX. quibus eum, Iustitiam in varijs monumentorum generibus vocatum inueni: sed Suritæ auctoritate motus, eundem dicto Ann. CCC LXIV. Magistratu abiisse, in Fastis affirmavi: nam eo anno Galindum Garfiæ, muneri præpositum refert. Quam autem verè ipse viderit. Ne quis enim posset nostram, in hac temporum, ac Iustitiarum adhibita ferie, fidem coarguere: harum omnium rerum auctores, ac testes producendos statui, non tam diligentia, quam veritatis obsides futuros. Priusquam tamen ad sequentem narrationem traducar, animaduertendum duxi, in pluribus monumentis, in quibus istius Medallæ Iustitiæ fit mentio, Aeram pro anno sumi debere, vt cohærere possint extrema cum primis: atque eundem Medallam, *El Adelantado de la ciudad de Çaragoça*, vocatum reperiri. De quo munere, quod dicere possim, neq. vt probabilia dicam, non habeo. Audio tamen, olim curationi finium vrbs fuisse præfectum.

XII.

Galindus Garfiæ.




VERTENTE itaq. eodem, vt dictum est, Ann. Chr. CCC LXIV. Alfonso II. Rege regnante, Surita noster Galindum 1164 hunc Garfiæ, muneri præpositum tradit. Ac de eo, vt suspicor, in Kalendarum Codice, quem supra retuli in Tabulario de Pilari esse

Oo reconditum

reconditum, ita scriptum exstat. VII. Id. Septemb. Obijt Galindus Garcez, frater nostræ congregationis. Olim enim complures, tametsi sacris minimè erant initiati, cum Religiosis hominibus, quas vocabant, fraternitates inibant: solebantq. illius congregationis fratres, appellari. Annus autem in eodem prorsus, quo & Petri Eximini, iacuit silentio. Neq. verò hac de re vllum mihi, præterquàm quod verisimile videtur, occurrit argumentum: nec quodquam aliud de istius Magistratu, nisi id, quod diximus, Suritæ testimonium: iuxta quod è Ricorum hominum Ordine Iustitiam hunc apparet exstitisse. Illud autem Garciæ nomen, non tam patronymici, quàm gentilicij nominis loco vsurpatum autumo; ab eo Lupo Garcez tractum fortasse, qui in monumentis Ann. 00LIV. Senior in Vncastello, & Arrosta vocitatus legitur. Cuius fratrem suspicor fuisse, Eximinum Garcez, Seniore in Boyl, iisdem ferè temporibus nuncupatum. Eorum autem postea, nisi me fortè fallo, gentiles fuère, Atho Garcez, qui Senior in Barastro circ. Ann. Chr. 00CXXVI. dicitur: & Lupus Garcez, quem Surita in Annalibus, Ann. Chr. 00CXXXIII. inter Ricos homines memorat: rursusq. Fortunius ille Garcez, què idem Surita eadem tempestate bellicæ virtutis laude floruisse, Mazæq. fratrem fuisse prodit. Vnde nonnulli Iustitiam hunc à Mazærum gente profectum putant: quòd eos obseruarint eo Garcez, seu Garciæ patronymico nomine frequenter vti fuisse solitos. Sed hæc in coniectura tantùm posita sunt. Quamobrem integrum erit, vt quiuis iudicio, ac sensu suo, istarum rerum fidem metiatur.

XIII.

Sanctius Garciæ Sancta Olalla.




POST Galindum, Sanctius successit Garciæ Sancta Olalla, seu, vt nuper inueni, Arcez Sancta Eulalia, vocitatus. Quem Sanct Vincent,

cent, quandoq. appellatum inuenio, quòd ita vocati opidi potiretur: quandoq. Sanctius Garcez tantùm nominatus inuenitur. Eundem tamen suspicor fuisse: nosq. in eo nominando à Surita non tam re, quàm nominis dissimilitudine discrepare. Magistratum autem gessisse constat Ann. Chr. 00CLXVII. ac inter Ricos homines locum tenuisse, eorumq. more, aliquamdiu in Cæsaraugusta, & Osca, primarijs Urbibus, possedisse Honores: rursus Ann. 00CLXIX. & 00CLXX. muneri præpositum fuisse. Sed ea clarior de eo exstat memoria, quam idem Dominus Archiepiscopus Ferdinandus retulit se legisse in Donatione parietinarum, de Vera, ab Alfonso II. Rege Verolensi monasterio concessa. Ibi enim hanc prodit istius Iustitiæ muneris, ac nominis fieri mentionem. Stante (scilicet) Sanctio Garcez de Sancta Olalla, Iustitia per manum Domini Regis in Aragonia. Facta carta in mense Março, Ann. Chr. 00CLXXII. Olim enim Iustitiæ Aragonum; interdum Iustitiæ Domini Regis; interdum Iustitiæ per manum Domini Regis vocabantur: quòd Magistratus hic à Regibus ipsis, vt dictum est sæpe, mandaretur. Quod ad genus attinet, in monumentis Ann. Chr. 00CXIV. quendam Ferrizem Sancta Olallam, Ricum hominem memoratum comperio. Sed an eiusdem stirpis fuerit, incertum est mihi.


XIII.

Petrus Ferdinandi
Castrus.



ITIDEM Q. nequaquàm mihi satis est adhuc istius Iustitiæ ratio explorata. A nullo enim alio inter Iustitias memoratum inuenio, præterquàm à Surita: qui eum in suis Indicibus eidem Ann. Chr. 00CLXXII. supposuit. Quare dubitanter fuisse illum Iustitiam affirmabo. Accidisse enim puto, vt quod eius nomen dubiè datum fuerit, pro certo sit acceptum. His autem Castris, quæ annotauimus, Insignia tribuuntur.


XV.
Sanctius Touia.



1179 PARI etiam ratione, istius Sanctij Touiæ Iustitiatus mihi incertus esset, nisi Suritæ de eo testimoniū legissem, ipsius Archiepiscopi Ferdinandi auctoritate approbatum. Sed placuisset mihi, ut non tam ex ipsorum verbis, quàm ex aliquibus pendèret veterum monumentorum scriptis. Credendum est tamen, quandoquidem ab eis Anno ∞ CLXXIX. subijcitur, licet nobis lateant monumenta, ipsis verò nequaquàm latuisse: satisque firma habuisse eos ad faciendum istius rei fidè argumenta. Touiarum autem gens patricia non fuit: sed Mesnaderiorum: à quibus hunc suspicor profectū fuisse. Propterea Touiarum, quæ supra dum de Mesnaderijs egimus, Insignia annotavi; tribuenda huic censui: non quod certum id iudicem, sed tantum probabile. Atqui eorumdem ante hunc Iustitiam vix exstat memoria. Post verò non ita. Nam Iacobus I. Rex in suis Commentarijs quemdam memorat Eximinum Touiam: quem strenuum militem fuisse prodit, ac secum in Xatiuæ opidi expugnatione affuisse, ab eoque primùm ob eam rem illius Castris fuisse præfectum custodem. Tum Iacobi II. vita, quidam Berengarius Touia miles floruit, qui mirificè illis temporibus militaris disciplinæ vsum percalluit. Tum etiam alterius Eximini Touiæ mentio fit in monumentis Ann. Chr. ∞ CCCIX. quem Supraiunctarij Casaraugustani gessisse munus comperio: illiusque filium fuisse Sanctium Touiam, qui ex intimis fuit Alfonso nostri III. Regis: quasi Iustitia hic, primus Touiarum gentis, quod antea non tam notum erat, nomen extulerit.

Stephanus

XVI.
Stephanus ::::: :::::




ALITER tamen de hoc Stephano sentire oportet. Quamdiu enim Magistratum gessit, proprio illo tantum Stephani contentus nomine, gentilicium suum assidue suppressit: solumque se, aut Iustitiam Stephanum, aut Stephanum Iustitiam nuncupavit. Cuius rei exempla sunt huiusmodi. In venditione enim à Guilielmo Samatàn, & vxore Tota, alteri Guilielmo Pinæ facta, hæc eius, ac temporis, quo munere fungebatur, fit mentio. *Facta Carta in mense Octobris Aer. ∞ CC XIX. Dominus Stephanus Iustitia.* Est autem, qui huic Aeræ conuenit, Annus ∞ CXXCI. Porro in donatione, quam, ut ibi legitur, *Ego Tota mulier facio ad Vos Don Navarro de tribus meis hereditatibus: Facta Carta (inquit) in mense Aprilis Aer. ∞ CC XXI. Testes sunt, Blasco Romeu Senior in Zaragoza: Dominus Petrus Episcopus: Martinus Orella Zalmetina: Iustitia Stephanus.* Postremò in quadam de nonnullis controuersijs stipulata pactio inter Egidium Bilas, Canonicum Sanctæ Mariæ, & Fatimam, ut ex scriptis apparet, nobilem feminam, secum cognatione coniunctam: *Facta Carta (ut ibi continetur) in mense Januario Aer. ∞ CC XXIII. Testes sunt, & viros huius rei: Don Estevan Iustitia: & Mahomat Gatoz.* Atque hanc vltimam accepi de illius Iustitiatu memoriam. Nuper autem in vetusta membranula extremam tantum legere potui ipsius nominis gentilicij syllabam, Priores namque literæ interlitæ erant: sic tamen, ut posteriores duæ constarent integræ. Nam ita illius erat nomen scriptum. *Stephanus: ::::: ::::: it Iustitia.* Vnde coniecturam capio, à Belchit, nobilissima sic vocata gente, quæ hac tempestate florebat multum, Iustitiam hunc duxisse genus suum.

Oo 3 Petrus

XVII.

Petrus Sessessius.




I A M verò Petrus Sessessius nomine, atq. honore notissimus fuit. Patricium namq. fuisse, nobilissima Sessessiorum stirpe generatum, compertum est satis: itidemq. benè se gessisse in Magistratu. Cuius mentio fit à Surita in Annalibus in narratione rerum Ann. Chr. 1188 ∞ CXXCIIX. Alfonso II. Rege gestarum. Rursumq. in Ann. 1196 Chr. ∞ CXCVI. & ∞ CCI. qui iam in Petri II. tempora inciderunt. Maiordomum autem Curia, aliquamdiu fuisse comperio: Medianæq. opidi abundè potitum, quòd illius dominationem iamdiu maiores sibi in perpetuum comparassent. Iam enim his temporibus Honoraria illa Ricorum hominum iura eorum filijs, quandoq. hereditario iure, obueniebant. Sentio tamen auctoritatē Regum aditæ huiusmodi hereditatis exstasse. Tunc enim apud nos vetus ista Reip. nostræ gerendæ ratio vigeat: ut Honores ij ipsorum Regū penderēt ad nutum, dummodò circum Ricos homines ipsos assidua illa, quam diximus, conuersione torquerentur perpetuò. Sed iam Rici homines ipsi videbantur hoc tempore, inclinatione voluntatum in eam, quæ sibi, ac suis mansit, Honorum potiendorum condicionem propendere: nempe ut eorum permaneret ipsis stabilis, ac certa possessio, ne ea ampliùs, quemadmodum solita quondam fuerat, vacillaret. Atq. id ipsum in istius Iustitiæ filio, Petro etiam Sessessio appellato, factum fuisse, ex ipsius Suritæ colligitur scriptis. Prodit enim eidem Iacobum Regem I. Ann. Chr. ∞ CCLXV. cùm Cæsaraugustæ adesset, illud idem Medianæ opidum contulisse, quo patrem eius, Rex pater donauerat. Ipsum autem Petrum Sessessium filium, siue forte extulerit fortuna, siue labor, ac industria, ut plures alios, quos scimus, illustrarit; Moratæ quoq. Almonazirij, aliorumq. locorum potitum apparet: quæ suis posteris sanè diu hereditaria manserunt. At hunc Iustitiam plures annos Magistratum gessisse non dubito. Sed illorum ratio incerta est nunc mihi.

Petrus

XIIIX.

Petrus Petri Tarazona.



Q V O D si cuiuspiam ex veteribus Iustitijs vsq. ad nostram ætatem memoria remansit: nullius maior, quàm istius, Petri Iustitiæ, reperietur. Neq. id tam, ut suspicor, ob diuturnitatem temporis, quo muneri præfuit (quadraginta enim ferme annos illud gessisse constat) nec quòd in eo se omnibus valde probasset, prout probauit sanè: quàm quòd primus, Iustitia Aragonum assiduè vocari cœptus fuerit, primusq. ut existimo, Aragonij nominis maiestatem, in publicis monumentis, Magistratus nomini, ac dignitati consecrarit. Eaq. propter arbitror, Ioannem Eximini Cerdanum, dum Iustitias Aragonum numerauit, ab hoc sumpsisse scribendi initium, ceteris, qui eum antecesserunt, omisissis: non quasi nullos ei antecessisse putarit, sed quòd in hoc primùm Magistratus nomen cœpisset, assiduè ea Aragonij nominis dignitate illustrari, cùm antea, aut Iustitia maior, aut Iustitia domini Regis, aut Iustitia in Cæsaraugusta, quemadmodum demonstraui-mus, nuncupari solitus fuisset. Ob eam itaq. causam Ioannes Eximini Cerdanus hunc, primum Iustitiam memorauit: quem fuisse prodit, Iustitiam Aragonum, & Tirazonæ. Ac Iustitiam quidem Aragonum fuisse certum est. Tirazonæ verò eum ius dixisse, incertum puto: tamen si statuo testimonio tanti viri credi oportere. Indidem autem cōpertum est sanè, illius nominationem, ac generis antiquitatem fuisse profectam. Equestri namq. familia, à Tarazona, ipsius siquidem Urbis nomine, nūcupata, è Mesnaderiorū Ordine natus fuit. Fratrem habuit, Eximinum Petri Tarazonam: qui cùm postea ad intima Regis Iacobi I. consilia peruenisset; ab eo amplissima ditioe donatus, cui nomen erat Arenos, inde sibi nouum gentilicium nomen comparauit, ab Arenos se vocari, libenter ferens. Et ea certè nominis mutatio Ricis hominibus, qui tunc florebant, molesta non fuit. Fuere tamen ipsis odiosæ, & acerbæ, quæ eidem à Rege fiebant & fortunæ, & dignitatis accessiones. Nouos enim, & adscriptitios homines, qualem Exi-

Oo 4 minum

minum esse palam dictitabant, in eorum, qui antiquo iam iure sociati erant, cœtum immitti, dicebant plenissimè iura nostra vetare: nec quemquam posse vltam Honorum huiusmodi partem attingere, qui non esset genuina Ricorum hominum stirpe generatus. Quamobrè contendebant, eum neq. illius ditionis, qua donatus fuerat, potuisse impertiri, necdum Rici hominis nominis dignitate honestari: cum quæ leges irrita faciebant, rata esse non possent. Neq. tam id ipsum factum, ob id quod esset factum, exprobrabant: quàm ob periculosam imitationem, quæ in posterum prodebatur, exempli. Qua de re tunc inter Ricos homines, ac Regem multæ, & magnæ contentiones fuerunt. Nihilominus inuitis omnibus Eximius fuit, suffragante sibi Rege, summum illum Rici hominis gradum assequutus: ipsamq. ab Arenos ditionem, vna cum gentilicio nomine inde tracto, posteris hereditariam reliquit. Qui tandem aditus multis postea spem præbuit simillimæ faciendæ transitionis: nonnulliq. deinde, cum Equestri loco tantùm orti essent, in eum se Ricorum hominum Ordinè, Regum beneficentia, infuderunt. Olim enim ea Ricorum hominû dignitas, propter honoris, ac potestatis magnitudinè, tanta contendebatur ambitione, vt nihil magis, qui ex intimis Regum essent, optarent illis temporibus, quàm ad eam peruenire, quam summam ducebant, altitudinem gloriæ, & fortunæ. Vnde veteres illi maiorum gentium patricij, Rici homines *de natura* vocari cœpti sunt, vt ab alijs, qui se permittè cum ipsis implicauerant, distinguerentur & nomine; quos Ricos homines *de Mesnada* nūcupabant, quasi natura, & genere à se disinctos esse indicantes, tametsi omnibus erant pares gradus honorum: quemadmodum iam antea de his satis, vel etiam nimium multa. Itaq. hic Eximius ex Honore, quem adeptus fuerat (ita enim eæ, quæ Rici hominibus à Regibus fiebant, donationes vocabantur) gentilicium sibi nomen, quasi ipsius Honoris nomen, arripuit; Arenosium se apertè vocitari curans. Armorum autem, quæ dicuntur, Insignia non mutauit. Nuperrimè namq. quæ signata sunt supra, impressa comperi in peruetusto cereo sigillo, quod ex membranula quadam pendeat. Apertissimèq. tum ex scriptione, quæ in literis circû sigilli orbem appositis exstabat, tum ex ijs, quæ in eadem Tabella scripta reperiuntur, colligitur: ea esse Eximini ipsius, ac Tarazonæ suæ gentis Insignia. Atq. inde iure transferri posse constitui ad hunc illius fratrem, Iustitiam: præsertim cum ab eo gentilicium à Tarazona nomen, mutatum non legerim. Hic igitur, vt ad eum redeam, eodem


Archie-

Archiepiscopo teste, Ann. **CCIIIX**. Magistratû gerebat. Perhibet enim illû in Priuilegio, Darocæ Vrbi à Petro II. Rege irrogato, Aer. **CCXLVI**. quæ dicto Anno conuenit, testè appositum inueniri, Hispanis hisce verbis, proprio scilicet, patronymico, gentilicio, ac Magistratus nominibus vocitatum: *Testigos son de aquesto, Don Pedro Perez de Tarazona Justicia de Aragon: Pedro Menguchè Juez de Daroca: y Don Garcia Romeu*. Iam enim his temporibus publicarum literarum exempla exarabantur Hispanè. Tum idem iste Iustitia Iudex sedit in Comitijs Ann. **CCCXXII**, & **CCCXXV**. Tum etiam in 1222 terfuit, ac præsens vidit, quæ inter Iacobum I. nostrum Regem, ac 1225 Thibaldum Regem Nauarræ depacta fuerunt, dum se vicissim singulorum Regnorum heredes adoptarunt Ann. **CCXXXI**. Præ- 1231 terea dum idem Rex Iacobus Ann. **CCXXXII**. Altonsum si- 1232 lium, susceptum ex Eleonora, legitimum decreuit: tametsi ab ea Regem diuortium facere debere Romanus ipse Pontifex constituerat. Quin etiam multa, & magna istius Iustitiæ memoria reperitur in monumentis An. **CCCXXXIII** & **CCCXXXIV**. Sed ea magis præ- 1233 stas, & nota, quæ in For. *De Confirmatione pacis*. An. **CCCXXXV**. 1234 edito, continetur. Quamquam autem in excusis legitur, *I. Petri Iustitia*: legendum est, *P. Petri Iustitia Aragonia*: atq. ita in manuscrip- 1235 ptis codicibus obseruauit. Et licet ij nequaquam corrigerent mendû hoc, ex veritate ipsa, ac temporum ratione conuinceretur apertè, quandoquidem grauissimo cõfirmatur publicæ alterius legis, quæ, *De Confirmatione moneta*, inscribitur, testimonio, hunc Petrum Petri, Magistratum gessisse Ann. **CCCLVII**. quo ea lex Oscæ lata fuit. Ibi 1247 enim expressis literis ita illius nomen scriptum exstat: *Petrus Petri Iustitia Aragonum*. Hæc autem nobis celeberrima Comiticia exstiterunt. Ipsi enim Iustitia hic præfuit; in quibus Vitalis ille Remp. nostram temperauit, non tam nouis prolatis legibus, aut institutis, quàm quod antiquum ius nostrum, nequaquam satis artificiosè digestum, generatim componeret. Nec longius puto, istius Iustitiæ vitam productam fuisse. Sed id minimè mihi exploratum est satis, cum neq. ex Ioannis Cerdani scriptis, neq. adhuc scire potuerim aliunde. Ioannes enim Cerdanus tantummodò reffert, ad Beati Dominici Cæsaraugustanense cœnobiū humatum esse: tempus autem, quod sibi fuerat præcipuum futurum, silentio prætermisit. Et nos id ipsum facere necesse erit; tametsi coniectura ducimur ad suspicandum, Iustitiam hunc eo ipso tempore obiisse. Tres autem filios reliquit; Ioannem Pe-

nem; Petrum; ac Belasconem: qui omnes illud idem, Petri, patronymicum nomen cum gentilicio à Tarazona sumptum retinentes, *Perez de Tarazona*, vocati reperiuntur. Ac Ioannes quidem in patris locum successus, Magistratum obtinuit. Reliqui verò adulterini numeri crimine notati, & conuicti, pœnas, quæ tanto sceleri debebantur, dependerunt: Petrus scilicet & vitæ, & opidi *Trasmoz*, cuius potiebatur, amissionem: Belasco verò, quòd sacris initiatus esset, *Tirafonensi*q. Ecclesiæ, vt loquimur, Sacrista præpositus; à Fortunio Episcopo in custodias inclusus, perpetui carceris pœnam subiuit. Tãtoperè ambo hi filij à paterna virtute degenerarunt. Istius verò facti narrationem Iacobus idem Rex fusiùs in suis Commentarijs persequitur: deq. cuiusdam Iudicis Curiaë consilio, quem *Ombret* nominat, se in eo facto sententiam dixisse perhibet Ann. **CCCCXLVII**. Qui decennio ferme eiusdem Regis interitum antecessit: istius verò Iustitiæ mortem, viginti annis, vno, aut duobus, vt opinor, minus, sequutus est post.

XVIII.


Ioannes Petri Tarazona.



VERVMENIMVERO Ioãnis Petri Tarazonæ Iustitiatus in 1249 priuatis Suritæ monumētis, quæ aliquãdo perlegi, An. **CCCCXLIX**. subijcitur. In Indicibus autem oblitus est eius. At ex vetusta membrana XVII. Kal. April. Ann. **CCCCXLIX**. perscripta; Domnam Euam illius vxorem fuisse apparet. In ea enim se aperte, viduam esse Ioannis Petri Tarazona, quondam Iustitiæ Aragonum, profitetur: atq. vt ex illius verbis elicitor, iam diu in ea solitudine, ac mariti viduitate alebatur. De prole autem, nec de vllis eius factis, nihil habeo, quod dicam.

Martinus

XX.


Martinus Petri
Artassona.

DE huiusce autem Magistratu fat liquet. Nam Iudex præfuit Comitij Alcagnizij habitis Ann. **CCCC**. in quibus nullum officij sui munus, quod exequi oportebat, prætermisit, ab omnibusq. existimabatur adeptus haud mediocrè cum iustitiâ coniunctam prudentiã. Quã cum Iacobus Rex magis experiens, vehementer probaret: frequenter illum sibi deinceps in consilium consuevit, nedum de publicis, sed de priuatis etiam rebus, adhibere. Propterea illius multiplex, ac varia in omni monumentorum genere mentio reperitur, gentilicio tamè nomine sæpius suppresso. Ac illa quidem honorifica est satis, nec ignota, quæ à nostris scriptoribus fit; dum Iustitiam hunc memorant, vna cum ipso Rege, Augusti mense, Ann. **CCCCIII**. Tutellam ver- 1253 sus profectum fuisse, cum Margarita, Thibaldi ipsius Navarraë Regis vidua, de consociandis communibus consilijs verba facturum. Tum etiam, dum insequenti Anno, D. Didacus Lupi Harus, qui Vizcayæ do 1254 minatum tenebat, Iustitia hoc inspectante, eidem Regi nostro fidem suam iurifiurandi nexu obligauit. Prætereà dum Ann. **CCCCVI**. 1256 Alfonso Castellæ Rex, Romanorum Imperator designatus, eundem Iacobum Regem inuisit: cui nequaquam foceri nomen ademerant ciuiles quædam, tametsi permagnæ, inter eos commotæ dissensiones. In quas tandem Ann. **CCCCVII**. Iustitia hic, vna cum alijs, ab am- 1257 bobus Regibus selectis viris, statutus fuit arbiter, præscriptumq. ipsi, vt quoquomodo fieri placeret, controuersiam illam totam iudicaret. Ad summam enim, quam diximus, illius prudentiam summus quoq. accesserat ciuiliū rerum gerendarum vsus. Atq. eo sanè plus ipse, nõ nullorum iudicio, quàm rei militaris scientia pollebat. Etenim cum Ann. **CCCCVIII**. ab eodem Rege Iacobo mitteretur, vt de Luna, 1258 ita vocato opido, D. Artaldum præpotentem virum, qui in illud se introitu-

introtulerat, dimoueret; visus est certè inanes omnes impetus fecisse in eam rem, vel quòd imparatus in paratum incidisset, vel quòd occasione nequaquã potuisset occurrere. Artaldus namq. audacter ei obstitit præsidio amicorum, omnesq. illius conatus facillimè refutauit. Sed nec diu post, satis multa dedit & fortitudinis signa, & virtutis, neq. tam eum esse, quàm sui obtrectatores dicebant, bellicæ rationis 1260 expertem. Nam eiusdem Regis iussu, Ann. ∞ CCLX. Alvaro Cabrera, qui totam Balbastrensem ditionem compilabat, obuiam factus, fortiter, prudenterq. exultantem illius furorem, & audaciam repressit, patriamq. suam (inde namq. illum nonnulli profectum autumant) magnis liberauit temporum, ac rerum angustijs. Neq. verò eò anno ampliùs, hunc Iustitiam memoratum inuenio: tametsi longiùs illius Iustitiatum productum opinor. De genere autem nec quidquã aliud affirmare possum, præter sententiam, & opinionem meam: Equestris scilicet loco eum natum fuisse; quòd nominatus sæpe inter Equestris ordinis viros reperitur.

XXI.

Petrus Martini Artassona I.




AT hunc Petrum, superioris Iustitiæ filium esse, certissimum est: Iustitiam verò fuisse, incertum existimo. Id enim solius Suritæ, quod sciam, testimonio comprobatur: cùm Iacobus Rex in suis Commentarijs, eodem ferme, quo à Surita in Annalibus proditur, Ann. 1265 ∞ CCLXV. Clericum eum esse commemoret. Neq. tamen eò dico, quòd mihi veniat in dubium ipsius Suritæ cognita satis in his rebus, spectataq. fides: sed vt consilij mei, quemadmodum pollicitus sum, rationem exponam. Itaq. non re ipsa ducti, sed opinione, istius Iustitiæ nomen in Fastis adscripsimus: quod in Indicibus eidem Suritæ in memoria non fuit.

Petrus

XXII.


Petrus Sanctij.



ET verò Petrus iste Sanctij, cuius gentis fuerit, ignoratur. Illud enim Sanctij patronymicum nomen latissimè patet, & ad plurimas familias, quemadmodum demonstraui, pertinet. Equestris autem Ordinis fuisse, dubium non est: quippe cùm publicam iam lata, & promulgata esset lex illis temporibus, quæ ab huiusmodi Magistratu omnes aliorum Ordinum viros prohibebat. Et quod illum gereret Ann. ∞ CCLXVI. exploratum est satis. Eo namq. anno 1266 ipsi Iustitiæ Iacobus idè Rex de suo iure concessit: vt vbiq. intra Aragonios fines Iustitia adesset, de omnibus causis in prima actione cognoscere posset, ac statuere. Tum; vt quæq. fierent à Iudicibus ordinarijs iudicia, ad eundè Iustitiam defferrentur primùm: deinde, vt ad Regem prouocatio esset. Qui quidem aliquamdiu vixit iudiciorum mos. Verùm istius Iustitiæ Magistratū Ann. Chr. ∞ CCLXIX. 1268 non excessisse conijcio: tantummodòq. eum, biennium muneris potuisse potiri.

XXIII.

Rudericus Castelluelus.




ET ENIM quæ vix alterius Iustitiatus tam certa temporis ratio reddi potest, Iunij mense, Ann. Chr. ∞ CC LXIX. Rudericus 1269
Pp Castelle

Castellezuelus (quem nonnumquam Rudericum de Castroaciolo, seu de Casterazol, vocatum inuenio) eiusdem Iacobi Regis beneficio, Magistratum adeptus est. In tam longa enim ipsius Regis vita plures Iustitiæ Aragonum exstiterunt. Et hic quidem Rudericus magna apud illum gratia fuit; apud filium autem Petrum acerbo in odio: quod tandem in miseram istius Iustitiæ vitam erupit; & qui postea illius interfectori ad eundem Petrum aditus patuit, comprobauit. Nam
 1272 cùm Iacobus pater in Comitibus Exeæ habitis Ann. M C C LXXII. assidente hoc Iustitia, Petrum ipsum à generali Regni Procuratore amouisset, ad quam Primogenitos Regum iura nostra vocarunt: Petrus illatam sibi iniuriam hanc acerbissimè ferens, quamuis ea de re nulla Magistratus auctoritas intercesserat, sed priuatum solùm istius Iustitiæ, aliorumq. quorundam Regis ministrorum consilium; nihilominus tamen visus est eum multò peius, quàm alios odisse: eoq. etiam impendio magis, postquam ipsdem Comitibus cùm ab habitatoribus opidi, cui nomen est Zuera, quædam esset cum Ricis hominibus nonnullis, iniuria damni, contestata lis, Zuerenses viri ex ipsius Iustitiæ edicto in bonorum possessionem, quorum Rici homines potiebantur, venerunt, vt ex eis, quæ dicebant sibi fuisse facta, damna resarcirent. Atq. Ricos homines eos Petrus quidem habebat studiosos sui. Propterea offensorem in se esse, quàm pati deceret, istius Iustitiæ animum iudicabat: quòd simultatem, quam secum gerebat, cum ipsius etiam Petri studiosis, vt ipse opinabatur, exerceret. Itaq. dum A. D. XIIX. Kal. Iulij, Ann. Chr.
 1274 M C C LXXIV. ad Xatiuæ opidum Beltrandus quidam Canelas hunc interemit Iustitiam; repentina omnibus suspicio iniecta fuit, Petrum illi mortem attulisse. Sed neq. id ipsum omni asseueratione affirmabo: tametsi interfector postea Regnante Petro impunitatem nonmodò assequutus est sceleris, sed extraordinarios etiam honores. Castellezuelorum autem gentem patriciam fuisse perspicuum est planè: magnamq. satis eorum virorum copiam effudisse, qui singularem & virtutis, & dignitatis præstantiam, & interdum quoq. fortunæ consequuti sunt. Sed illius Pelegrini Castellezueli præter ceteros nobilitata fuit olim, quæ in tertio Interregno tantopere enituit, solertia: dum à nostris missus, vt Petro Ataresio Regnum deferret, committere sibi non placuit, vt nocere vnumquam Reipub. posset tanta hominis insolentia, ac fastidium, cùm se, ac Petrum Tizonium Cadreytam, eiusdem

eiusdem muneris socium, Ataresius ante oratam rem maiori, quàm orata deceret, arrogantiā excepisset. Quamobrem mutato vultu, ac sermone, propositaq. alia legationis causa, simulato officio eundem Ataresium, spe iam, atq. animo inflatum, vacuum relinquēs, nostros ad Ranimirum monachum, Regem adsciscendum excitauit. Nec diu postea, siquidem Ann. M C XLIX. quidam Pontius Castellezuelus, *Senior in Calatayud*, vocitatus reperitur, proditurq. eundem in Ilerdensi expugnatione Raimundi Berengarij Aragonensis Principis interfuisse consilijs. Istius verò Pontij fuisse filios, aut nepotes conijcio, Petrum Castellezuelum, & Pelegrinum Castellezuelum, in monumentis, Ann. Chr. M C LXVI. frequenter, priorem quidem, Seniore quoq. in Calatayud, posteriorem autem in Balbastro, & Alquezare, memoratos. A quibus suspicor duxisse genus suum, Raimundum Castellezuelum Cæsaraugustanæ Ecclesiæ ante Ann. Chr. M C LXXIX. in quo obiit, præpositum Antistitè; illustre sanè illis temporibus sanctitatis, ac religionis exemplum. Tum etiam quemdam alium, Gulielmum Castellezuelum Maiordomum Regis, ac Seniore in Osca in monumentis Ann. Chr. M C XCIX. vocitatū. Quos omnes Ricos homines fuisse non dubito. Sed hunc Iustitiā ex Equestri ordine profectū, vt dicamus, publicæ eiusdè legis testimonio conuincimur: aliter enim minimè Magistratui potuisset præponi. Nihilominus suspicor à patriciorum stirpe dimanasse, illiusq. nobilitatem, vt plurimum aliorum, sensim ad Equestrium virorum Ordinem delapsam fuisse. Interdum enim eadem ipsæ familiæ vaga, & mutabili ratione labuntur. Propterea eidem patriciorum Insignia tribuenda duximus. Per id autem temporis quædam Ferrarium Manresam, Iudicem Curia nominatum inuenio.

XXIII.


Fortunius Ahe.



ET hic quidem Fortunius, Equestri, & clara Aheorum familia natus fuit: quorum antiquitatem è nobili Tahustij opido profectam

profectam, Iacobus Rex scribit, & nos in antiquis Commentarijs inuenimus. Sed iam pridem esse defierunt. Memoriam autem nec ipsa quidem vetustas obscurauit. Viua namq. vsq. ad nostram ætatem remansit: eorumq. feruntur plures & domi, & militiæ singularem, ac promptam præstitisse fidem. Verùm inter eos omnes Fortunium hunc memorabilia multa fecisse perhibent, in Siciliensi patrocínio præcipuè. Regiæ namq. dignitati non defuit, nec cum periculo quidem suo, si quid tunc fuit, in quo ingenuum quemquam interesse deceret. Ruderico autem in Magistratu successit Ann. Chr. 1275 ∞ CC LXXV. cui à Surita subiicitur in Annalibus: in Indicibus 1276 autem sequenti Ann. ∞ CC LXXVI. Nec longiùs comperio illius Iustitiatum productum. Eum autem hac in re maximè memorabilem prædicant. Etenim cùm seditiosi nonnulli Cæsaraugustanum interemissent ingenuum ciuem, Egidium Tarinum: Iustitia hic fontes illos, capite damnatos, morte multauit; quòd Rex animaduersionem, & supplicium, quo vsurus erat in eos, remisisset sibi. Ceterum *Ull*, ita vocati opidi, potitus fuit: quod eo mortuo ad Eximinum Artiedã peruenisse constat. Quo autè iure, neq. magis certam huiusmodi rerum rationem non comperi, quin illa his temporibus paululum interrupta est. Atq. ea me causa impulit, vt sermoni, qui nunc mihi proponitur, reseruarim, quæ de Martino Sagarra veterum scriptorum monumenta testantur. Neq. enim tam aptè ille inter aliorum Iustitiarum, quàm inter horum ætates, potuisset interijci: cùm Salanouam antecessisse, ipsdem ipsis appareat ex scriptis.


XXV.
Martinus Sagarrã.



I T A autem istius Martini Sagarræ Iustitiatu tacitus fuit, vt nisi extraordinarijs esset quorundam testimonijs cognitus, Iustitiam illum nesciremus fuisse. Ac de eo quidem satis multa monumenta loquuntur

loquuntur. Molinus enim in suo Repertorio, in verbo, *Probatio*, hæc prodit. *Ann. Chr. ∞ CD XXXIV. in causa Bartholomei de Azuara fuit deliberatum: quòd probatio per euidenciam, inducebat casum manifestum. Et de hoc fuit dictum in dicto Consilio, quòd erat quadam Obseruantia Domini Martini Sagarra, Iustitia Aragonum.* Sic enim illius nomen est scriptum. Tum idem alibi in verbo, *Contributio*, eundem Sagarram perhibet Obseruantiarum nostrarum, vt illius verbis utar, compilatorem fuisse. Præterea Bages dum antiquos numerat nostrarum legum Obseruatores, hæc subdit: *Martinus* (inquit) *Didaci Daux, habitis penes se omnibus libris, & quaternis Obseruantiarum, & vsuum scriptorum per Martinum de Sagarra, Sanctium de Ayerbe, Pelegrinum de Ançano, & Eximinum Petri de Salanoua, Iustitias Aragonum; Joannem de Patos, Jacobum de Hospital, & Arnaldum de Francia Locumtenentes; Obseruantias, quas habemus, compilauit.* Et in pluribus alijs veterum monumentorum fragmentis clara ipsius Sagarræ mentio reperitur: sed ea clarior, dum illius testimonio ipsius Magistratus institutio, vt supra docuimus, comprobatur. Illud tamen dolendum est, nusquam temporum seriem annotari. Vnde fit, vt obscura dilucidis intexere cogamur; Sagarram quidem Iustitiarum numero adscribentes, incertam verò relinquentes temporis, quo Magistratū gesserit, notationem: quòd eam nequaquã adhuc studio, aut diligentia consequi potuerimus, neq. de illius genere compertum quid satis, quod afferre possimus, habeamus.

XXVI.
Petrus Martini Artassona II.




I A M verò Petro III. regnãte, siquidè Ann. ∞ CC XXCI. certa exstãt in publicis, ac priuatis literis monumeta huiusce Petri Martini Artassonæ II. Nã eo anno proditur, à Rege missum fuisse, vt Magistratus

stratus auctoritate interposita, quæ inter Magalioneses viros, ac Lupū Didaci Harum ortæ fuerant, controuersias tolleret. Sed quid in ea causa effecisset, nequaquam proditur. Rem tamen bene actā opinor: quod magnū esset hominis in prouidendo consiliū, & in agendo industria singularis. Cuius cū in publicis negotijs satis multa testimonia dedisset: tum verò præclarum illud, nec obscurum fuit, dum in ipsius Petri Regis regnandi initijs, in quibus tot turbines sæui extiterunt; antiquam illam coeundæ Vnionis consuetudinem, ad retardandam acrem, & vehementem Regis naturam excitauit, quæ, vt in illius rerum narratione docuimus, tot mala, & pericula miseræ Reip. moliebatur. Tunc enim ad ea propulsanda, in amplissimis illis
 1283 Ann. Chr. M C C XXIII. Cæsaraugustæ habitis Comitijs, Iustitia hoc asidente, quod nunc habemus, & generale Priuilegium dicimus, rogatum fuit. In quo reposita fuisse videntur, quasi lumina quædam, & ornamenta Reip. ad memoriam sempiternam libertatis. Ea verò quò nostris grata acciderunt, eò Regi ipsi iniucunda, & acerba. Maior autem Regiæ acerbitalis vis in hunc potissimum Iustitiam erupit: quod eo auctore, & impulsore Rex ipse affirmaret, fuisse nostros ad Vnionem illam constandam excitatos. Itaq. Magistratum eidem nec diu post, supposita quadam suspicionis causa, abrogauit; contraquam nostri, fieri licere, contendebant. Regis tamen voluntati in illis asperitatibus rerum, & angustijs temporum, obsequendum fuit: quia lex nondum lata erat, qua id facere, nefas decernitur. Sed inde penitus in nostrorum animis cogitatio insedit, vt Magistratum hunc abrogationis difficultate septum esse, publica ea de re edita lege, curarent; ne qui huic muneris (in cuius sumus præsidio, & tutela) præpositus sit, intempestiuè ab illius curatione cogatur discedere. Verùm de his mihi iam satis supra dixisse videor. Quamobrem missa faciamus, quæ iam dicta sunt, vt reliquorum Iustitiarum ætates, & gradus, de quibus modò propositus est sermo, persequamur. De hoc autem Iustitia plura haud comperi, quæ animaduertam, præterquam quod Salanouam, aliquamdiu illius Locumtenentem fuisse obseruauit.

Ioannes

XXVII.
 Ioannes Egidij
 Tarinus.



ARTASSONAE autem successit Ioannes Egidij Tarinus, Cæsaraugustanensis ciuis, & fortis, & grauis, qui dominabatur Mozotæ. Tarinorū autē nomē in ipsa Vrbe magnum, & clarū fuit: fuere namq. in ea olim Consulares duæ, vt ita dicam, familiæ; Tarinorum altera, altera Tarbarū, nimium dissentientes inter se. Quarū tam acris, & vehemens aliquādiu fuit veteribus inimicitijs incensa contentio, vt sæpenumero turbulentos, ac seditiosos populi motus afferrent vniuersæ Reip. quietæ, & tranquillæ. Memini tamen, ni fallor, me legisse, fuisse eas nonnumquam, communium consiliorum societate coniunctas, familiariterq. & licenter in aliorum ciuium fortunas irrupisse. Verùm si id fortè aliquando fuit; ea omnis sanè inter ipsas fuit reconciliatæ gratiæ fides infirma. Sæpius namq. in antiquis monumentis, earum dissensiones interneccione ciuium diudicatas comperio, non iam vlla reconciliatione concordiæ; alteramq. semper alterius æmulam laudum extitisse. Horum autem ciuiliū malorum semen, quam supra commemorauit, Egidij Tarini mortem, fuisse conijcio. Neq. verò ea fuit, vt inimici crediderant, ipsum Tarinorum nomen obrutum: quinimmo elatum magis; quando quidem plures ex Tarinis postea à Regibus fuere honorificentioribus decretis honestati. Sed omnium amplissimus Tarinorum familiæ honos, huiusce Ioannis Egidij Iustitiatus fuit. Ad cuius amplitudinem peruenit, gradibus ascendens Magistratum. Etenim cū omni prudentiæ genere, ac iuris ciuilis intelligentia præstaret; Iacobi Regis I. Consiliarius fuit. Ab eoq. postea, Ann. M C C LXXIII. Zalmetina factus est vrbis. In quem annum, seu non multo secus, idem ille grauisissimus Egidij Tarini casus incidit. eò inimicorum suorum prorupit audacia, vt nulla neq. priuata, neq. publica ipsius quasi Prætoris potestatis auctoritas,


Pp 4 quam

quam tunc Ioannes iste gerebat, illos posset à tanto edendo scelere auocare. Nec dubito, quin Iustitia hic, ipsius esset interfecti filius. In eo namq. Egidij illud patronymicum nomen id valet. Verùm hoc de meo sensu iudico : nam comperisse me, dicere non possum. Itaq. vt ad rem redeam, cùm illius in gerendis rebus industriam Rex Petrus experiens, vehementer probaret; Magistratui Iustitiæ Aragonū
 1284 eundē præfecit, Aprilis, vt proditur, mēse, Ann. 0000XXXIV. Quo
 in munere se gessit valde bene: ac præcipuè cùm Iudex præfuit am-
 1285 plissimis illis sequenti Ann. 0000XXCV. habitis Comitijs; in quibus præclara illa, quorū in narratione ipsius Petri Regis meminimus, iura nobis constituta fuere. Neq. verò istius Iustitiæ opera nostris solum, sed & ipsi Regi exstitit grata, & iucunda. Iam enim ipse Rex exorabilem se præbere cœperat nostrorum querellis: ac si diutius vixisset, multò lenior fuisset, ac mitior. Nec postea sanè eadē ipsa istius Iustitiæ arguta sedulitas, iniucunda accidit Alfonso filio, qui eodem Anno, Regi Petro successit: quinimmo Alfonso proditur, Iustitia hoc ad grauissimam sæpe vsum fuisse, nihilq. duri, nihilvè acerbi fuisse sibi, dum se, effrenatè in nostros irruentem, Iustitia hic temperauit: vel quòd ea magna sit æquitatis vis, vt factum, in quo integra præstetur fides, improbari vetet, vel quòd ea esset, quæ re vera fuit, optima ipsius Alfonso natura, vt se pateretur à falsa opinione, si in eam fuerat adductus, deduci facillimè. Et istius Ioannis Iustitiatus in ea dictorum Regum, Petri, & Alfonso, incidit tempora, quorum altera pars calamitatis nimium habuit, altera tranquillitatis parum. Ambo-
 rum namq. ipsorum Regum in nos, libertatesq. nostras acriores interdum exstiterunt impetus, quàm deceret: ac nisi ij opportunè fuissent compressi, haud mediocri facta fuisset iuris nostri iactura. Cùm autem maiores nostri, illis temporibus, firmiora sibi esse ad eam rem præsidia statuissent, quæ in acerrima illa Vnionis vi, non quæ in Magistratus lenitate latèrent; Vnio autem ipsa non scripto aliquo, sed communitantum fortasse vsu, antiquo more, multisq. & notissimis veterum exemplis niteretur: tunc demum maximè hoc patrium fundauit ius, quæ in Cæsaraugustanis Comitijs Ann. 0000XXXVII.
 1287 ab eodem Alfonso Rege Vnionis Priuilegiorum rogatio lata fuit. Quorum vtrumq. significabat, non nouam, aut infantem, sed antiquam, & veterem fuisse illam Vnionis à nostris confluendæ facultatem, vt à ceruicibus suis vi, & armis depellerent illatam vim; & quam dispersæ non possent, singulorum tandem collectæ vires retarda-

retardarēt. Sed illud est, quamobrem non sui istius facti mentionem intermittere, quòd Iustitia hic, Comitijs illis Iudex præfuisse, in quibus Priuilegia huiusmodi rogata fuere. Nec longiùs constat illius Magistratum productum, quàm in Ann. 0000CCXC. quo ab eo Comitiam 1290
 lia quædam iudicia feruntur facta, ad quorundam Optimatum causas componendas opportuna. Verùm dicto anno, vt mihi quidem persuasum deo, decessit. Filium habuit, D. Ioannem Egidij Tarinum: itidemq. ædes, in parochia Sanctæ Crucis locatas, quantum conijcere possum, quo nunc, quæ Castrorum vocatur, sitæ sunt loco. Integritatis, ac prudentiæ suæ magnum & Regi, & Regno desiderium reliquit.

XXIIX.

Ioannes Zapata
 Cadreto.



SE D illud statim leniuit, qui ei successit, Ioannes, omni laude, & memoria dignissimus vir; ab antiqua, & generosa profectus Zapatarum gente. Cuius cùm exstiterint plures familiæ, varijs illis, quæ diximus, cognominibus appellatæ; hunc satis constat, ab ea, quæ de Cadret cognomen sumpsit, originem duxisse. Siquidem Ioannes Zapata de Cadret dictus fuit; opiduloq. ita vocitato, à Cæsaraugusta non longè, vt opinor, potitus. Generis autem sui antiquitatem Vnca stelli ex opido profectam esse, cùm certa res sit: de Insignibus Armorum ita cenfui, vt ea hoc loco apponenda constituerim, quæ Zapatas inde oriundos gestare consueuiffet, tum omnium ipsius opidi incolarum, tum etiam picturæ, quæ ibidem in vetustissimo clypeo Ecclesiæ Sancti Ioannis exstat, testimonio, ac fide comprobauit. At verò in Sanctæ Fidei illustri prope ipsum Cadreti locum cœnobio, quod postea Michaël Petri Zapata, clarus, & præstans vir, circ. Ann. Chr. 0000XLIV. fundauit, & extruxit, eadem illa Valtorresiorum, quæ supra depinximus, Insignia, è robore dolata, hisce literis in orbem scriptis, inspiciuntur: *Roderici Zapata, Fundatoris Filij*. quasi istorum

rum *de Cadret*, eadem illa prorsus, quæ Valtorresiorū, fuisse Insignia videantur. Etenim Iustitiam hunc, ipsius Michaëlis fuisse patrem, proditur: tametsi matris nomē non proditur. At is Michaël filium habuit, ipsum Rudericum: an verò ex Domna Sanctia *Garcez de Famuas*, an ex Domna Eluira *Ruyz de Lihorri* (hasce enim duas Michaëlem habuisse vxores constat) incertum est mihi. Et Rudericus, qui dicitur, Fundatoris filius, ex Domna Maria Sanctij *de Huerta* filium reliquit, ac posteros, satis superq. magnifici illius ædificij celebritate honestatos. Itaq. cum omnes hi è Zapatis *de Cadret* fuerint, illæ autem, quæ in robore exstant insculptæ, literæ iam fidem faciant, Rudericum ipsum Valtorresiorum illa Insignia gestasse: probabile fit, vt illud idem videatur de istius Iustitiæ Insignibus censendū esse. Sed à definitione istius rei me omnino temperabo: nulla enim hætenus monumenta, sigillo istius Iustitiæ obsignata, deprehendi, vt certi quid statuam hac de re. Quapropter alia proferam, explorata quæ habeo, vt exponam: scilicet Iustitiam hunc Alfonsi Regis à consilijs fuisse, tantamq. virtutum omnium præstantiam consequutum, vt nemo se ei neq. honore, neq. gratia anteferet. Ad Angliæ Regem Ann. **CCXXCVI**. legatus missus, socium habuit Petrum Martini Artassonam II. cui Petrus Rex Iustitiatum, vt diximus, abrogauit.


1290 Anno autem **CCXC**. in Ioannis Egidij Tarini locum suffectus, non eodem solū, sed maiori etiam pondere apud omnes fuit.

1291 Cūmq. sequenti Ann. **CCXCI**. Anglicam iterum legationem obisset, vt conficeret dotem Reginae Eleonoris, Angliæ Regis, filia, nostri autem Alfonsi Regis sponsæ: inde Reipub. voce reuocatus est, quòd Alfonsus ipse immaturè è vita, in ipsa iam aduentantis coniugis expectatione, excessisset. Neq. verò qui ei successit frater Iacobus, postquam Regni curationem suscepit, in deliberationibus, quas habebat de Rep. pluris quemquam visus est facere, quàm ipsum hunc Iustitiam. quin illum solitus est, in consilium sibi frequentius adhibere. Ipse verò Iacobo Regi multis in rebus magno vsui fuit, & fides eius, & prudentia, quantum studio, & fidelitate consequi potuit, illi non defuit. Cūmq. ex eo Rex in plurimis negotijs bene sperauisset; tū autem magis existimare cœpit ex ijs iudicijs, quæ de eodē fecerat,

1292 cognitis Ann. **CCXCII**. in conciliandis sibi quorundam Ricorum hominum animis, qui ab ipso Rege dissidio dissidebant. Quorum Artaldus Alagonius primarius vir erat, Teresiae Petri, sororis Regis, maritus: qui non ciuili solū contentione cum Rege, sed prope etiam

pe etiam armis decertârat. Eum igitur, & omnes alios cum ipso Rege prudenter confociauit. Rursum Ann. **CCXCIV**. Magistratus auctoritate interposita, similes discordias ab eo sedatas comperio, magnamq. in quamplurimis monumentis illius Iustitiatus, nominisq. & cognominis Zapatae *de Cadret*, factam mentionem. Eo autem anno illum conijcio mortuum fuisse: Magistratu saltem abiisse, compertum est satis; cum eodem ipso anno notatum sit illius, qui ei successit, Iustitiatus initium. Hi verò eius ætate Iudices Curia inueniuntur: Martinus Petri Huefca: Gulielmus Galuanus: & Raimundus Cuyllanus. Quos hîc propterea nominandos duxi: vt quàm diuersa eorum fuerit à Iustitijs Aragonum ratio, perpendatur.

XXIX.

Eximius Petri
Salanoua.

ORDINE M autem sequens necessariò incurro in notam illam, & iucundam Eximini Petri Salanouæ, omni monumentorū genere memoriam consecratam. Ioannis enim Zapatae successor fuit, in eius locum eodem ipso Ann. **CCXCIV**. Surita teste suffectus. Ita autem est ad nostrorum temporum rationem vetus, vt Vitali excepto de prisca nostra iudiciorum disciplina nullius scripta, lectione digna, exstant antiquiora. Neq. verò ea nisi priuata exstant; & manca, & imperfecta pleraq. Neq. scripsit solū, sed & docuit alios. Fuit enim omnino vir egregius; & Eques cum primis honestus, ac præstans intelligentia iuris ciuilis; antiquitatisq. nostræ, & in inuentis, & in actis scriptorum veterum peritissimus. Tam vacuas autem suas omnibus aures præbebat, vt eius domus cunctis nostris, tamquam Isocra- tis quondam vniuersæ Græciæ, quasi ludus quidam patêret, discendiq. officina. Omnes enim vehementer delectabant illius pleni literatæ senectutis sermones, singularis præterea, & grata in eius vultu serueritas, tum etiam verborum pondera; cū ex ipsius ore nihil vquam


quam non consideratum exiret. Quæ omnia vitæ decorabat integritas. Sui autem nominis splendore, ac muneris, cui præfectus fuit postea, dignitate, fiebat magis speciosa, & illustria, quæ dicebat. Cùm verò multa scripsisset accuratè, tum magna dedit dicundi iuris præcepta: quæ si minorem habent apparatus, sunt enim exilia, tamè habent ordinem, & quasdam errare in eo non patientes vias. Ab eo autem quòd ille, tum diuturna obseruatione notasset, tum notata ab alijs, quæ diffusa, & dissipata erant, coëgisset in genera: Obseruantia Salanouæ, dicta sunt. Cuiusmodi satis multa exempla protulimus, dū locum illum de antiqua Ricorum hominum dignitate tractauimus: itidemq. responsa, ex ijs quæ exstant, nonnulla, Iacobo Regi II. quocum ætate coniunctus fuit, de publico nostro iure sciscitanti, data. Cùm enim apud omnes multum, tum apud ipsum Regem plurimum, auctoritate valebat. De eo deniq. ita ad vnum omnes sentiebant, vt lumen esse, atq. ornamentum Reip. prædicarent; & ad Magistratum gerendum magis idoneum reperiri, quàm ipse erat, potuisse neminem: præsertim cùm iam ab adolescentia dedisset documenta maxima, quàm incorruptè, atq. integrè iudicaret, dum Petri Martini Artassonæ II. locum, vt dictum est, tenuit. Itaq. cùm Iustitia Aragonum modò renuntiatus fuit, & exspectationi populi, & ipsius Salanouæ erga Remp. meritis satisfactum fuit æquè. Postquam autem Magistratum obtinuit; non magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit. Cùmq. in vtraq. re consultissimus esset; ita iustus, & bonus vir erat, vt natura, non disciplina videretur consultus. Per multos annos Magistratum gessit. Cuius omnem vim in publica salute consumpsit, cõmuniq. tuenda Regis, ac Regni domestica, ac ciuili concordia. quæ tandem istius Magistratus sunt partes. Ceterum quæ effecit ipse ijs

1300 Comitibus, quæ eo præside, Ann. Chr. 00 CCC. 00 CCC I.
 1301 00 CCC VII. & 00 CCC XI. tum Cæsaraugustæ, tum Alagonis
 1307 opido, tum etiam Darocæ, habita fuere: persequuti iam sumus intra
 1311 Iacobi ipsius rerum narrationis cursum. Quapropter missa ea faciemus. Illud tamen notandum videtur, ne quis fortasse legens decipiatur, Iustitiam hunc, quandoq. P. de Salanoua tantum, nominatum pluribus in locis inueniri: vt in Proœmio Fororum eiusdem Regis Iacobi. quasi sat sibi interdum duxisset, proprio Eximini nomine suppresso, solis patronymico, & gentilicio nominibus appellari. Quod qui ignorant: alium esse Iustitiam arbitrantur. Sed eundem hunc ipsum esse, conuincitur tum ex publicis monumentis, quæ per eadem tempora

tempora conscripta exstant quamplurima, in quibus Eximini illud nomen ab eo expressum fuit; tum graui Suritæ testimonio, qui illius Iustitiatū ab Ann. Chr. 00 CCXCIV. in Ann. 00 CCC XXX. producit; tum Ioannis etiã Eximini Cerdani auctoritate, qui Eximum Petri Salanouã testatum reliquit, per quadraginta ferme annos Magistratum gessisse: quamquam oblitus est omnium, qui eum antecesserunt, à Petro siquidem Petri Tarazona. Quem cùm primum Iustitiam Aragonum numerasset, Salanouam hunc, secundum introduxit. Sed quæ me caussa impulerit, vt ex ea annorum summa, quam Surita Iustitiæ huic tribuit, quinq. annos in Fastorum editione detraxerim, & quid in vtramq. partem mihi veniat in mentem; statim in sequentis Iustitiæ narratione explicabo, dum prius de domesticis istius Salanouæ rebus concludam. Magnam enim intra suos quoq. parietes aluit gloriam. Vxorem habuit Domnam Martinam Petri Tarbam, locupletem, atq. optimam feminam. Quam V. Id. Iulij obiisse notatum comperio in codice Kalendarum Ecclesiæ de *Pilari*: Annum autem silentio prætermisit, quisquis ille fuit publicæ illius scripturæ magister. Ex ea vxore plures filios, ac filias procreauit. De quorum progenie, præter id, quod Cerdanus refert, nihil habeo, quod dicam: et ille etiam prodit, Salanouæ ædes in Beatæ Mariæ parochia fuisse sitas; atq. eius corpus in eiusdem Virginis templo sepultum, in Sanctæ Fidei, quod nunc Villanouarum gentis est, sacello. Verùm ita hæc omnia confecit, ac consumpsit vetustas, vix iam vt appareant. Iam verò hi Iudices Curia in Salanouæ Iustitiatus tempora inciderunt: Raimundus Besalú: Rudericus Egidij Tarinus: Petrus Villarasa: Gulielmus Aulomarius: Sanctius Sanctij Munnoz: & quidam alius *Bosbon Eximini*. Neq. verò isti omnes simul, eodem ve tempore, sed quorum alij alijs successerunt. Minimè tamen deinceps eorum seriem persequemur: cùm Iustitiarum, qui post Salanouam fuerunt, apta iam, & continuata series inueniatur: Iudicum autem Curia non nisi longis interuallis temporum interrupta, quippe qui nec diu post esse desierunt. Non tam verò nobis propositum fuit, eorum nomina, ac ætates indicare; quàm vt temporibus notatis singulorum, facilius comprobetur, Iudicum Curia Magistratum, à Magistratu Iustitiæ Aragonum diuersum exstitisse.

Qq Sanctius

XXX.
Sanctius Eximini
Ayeruius.



POST Salanouam ergò, Magistratum obtinuit Sanctius Eximini, qui gentilicium nomen suum ab Ayerue traxit. Ayeruiorum autem (vt ex ipsius domini Archiepiscopi scriptis colligitur) duæ olim familiæ fuerunt: Regalis altera; altera patricia; quæ à Regali, patronymico eo Eximini nomine, distingui consuevit. Ego verò tertiã adiungerem, Equestrem scilicet: ab eaq. Iustitiam hunc profectum affirmarem. Ac Regalis quidem auctor, & parens fuit, D. Petrus, Infans Aragonum, Iacobi I. & Domnæ Teresiæ Egidij Vidauræ, vt diximus, filius. Is enim cùm Ayeruij opido, ac ditioe donaretur à patre; D. Petrus Ayeruius vocitatus, Ayerue illud gentilicium nomen, inde sibi impositum, posteris suis hereditarium reliquit. Sed iam pridem omnis eius euauit posteritas, cum Ayeruiensis illius veteris imperij vestigio. Patriciæ autem Ayeruiorum familiæ quisnam auctor fuerit, ignoro. Non enim me pudet, quod nesciam, fateri me nescire. Belasconem quemdam Eximini Ayeruium in priscis monumentis sæpius nominatum obseruauit: quem memorant à Petro III. Rege, *Acheblas*, ita vocata villula, donatū primū, ad intima postea Alfonsi Regis filij consilia peruenisse. *Acheblas* autem villulam, intra eius opidi fines cōstitutā tradūt, quod Galicolim quondā, modò Lunā vocitari retulimus. Nec verò inueni hætenus Ayeruiorū nominis quemquam antiquiorē. Illius ergo Belasconis nonnullis placet Sanctiū hunc, gentilē fuisse. Sed eum, tametsi patriciorū illa, quæ supra appinximus, Insignia gestarit: à patricijs tamen duxisse genus suum, non ausim affirmare: cùm patriciū huic muneri præponi lex nostra vetaret. Iccirco tertiam Equestriam Ayeruiorū familiã libèter, vt dixi, duabus prioribus adiunxissem: nisi fortè eorū, vt aliorum pluriū, aliquando factæ fuerint ab vno Ordine ad alium transitiones. Vt vt autem se res habeat, Iustitiã hūc Equestri loco


loco ortū esse, certa res est. Neq. verò ad publicū hoc mūnūs capefferendū ignarus legū, aut iuris, hæsitans ve in maiorū institutis accessit: sed tum industria, ac labore instructus, & doctrina; tum à Salanoua optima sui imitatione eruditus, quamdiu tenuit illius viui, ac spirantis locum. Etenim cùm eius Locumtenens esset; mortui postea locum occupauit. Sed tamen hæc mihi circa temporis notationem occurrunt. In Declaratione enim Priuilegij generalis, cuius supra fecimus mentionē, et à Iacobo II. facta fuit in Cæsaraugustanis Ann. ∞ CCCXXV. habitis Comitijs, non iam aliquo suppresso nomine, vt in obser. 8. *Item pone. tit. De probationibus*, sed expressis verbis, *Sanctius Eximini de Ayeruo, Iudex Curie*, subscriptus reperitur. Et quoniam rogatio ea in publicis Comitijs lata fuit, Comitiorum autem Iudicem, dum de Comitijs egimus, Iustitiã Aragonum esse docuerimus, ac Iudicem Curie, idest generalis Curie in Comitialibus scriptis, cuiusmodi est illud, appellari; quòd generalem Curiam, & quandoq. Curiam simpliciter, latinè loquentes, Comitiam illum Regum, ac Regni conuentū nuncupemus: sequitur ergò his constitutis, quandoquidem in Comitiali sermone tota ea Declarationis Priuilegij versatur oratio, vt cùm Ayeruium hunc, eo tempore Iudicem Curie esse appareat, verborum vi, & interpretatione vrgeamur, vt de generali illa Curia intelligendum sit: minimè verò de eo Magistratu, quem cùm diuersum fuisse à Iustitiæ Aragonum Magistratu indicauimus, Iudicem Curie vocari solitum, Regiæq. Curie affectatoribus dicere consueuisse protulimus. Eum enim, Iudicem Curie in Comitialibus decretis appellari nec debere, nec posse, multoq. minus Comitijs interesse, nō dubito. Si igitur generalis Curie: efficitur ergò, vt Ayeruium iam, eo Ann. Chr. ∞ CCCXXV. Iustitiam Aragonum esse concludatur, errasseq. Suritam, & alios, qui Salanouæ Iustitiatū longiùs produxerunt. Atq. eo etiam magis, quòd in ea Declaratione nulla fit Salanouæ muneris memoria, nec nominis: cùm fieri debuisset aliqua, si non muneris, id enim video omnino necessarium non fuisse: nominis saltem nec ingrata: quandoquidem is vir erat, quem tanta de re & consuli, & scire æquum erat. Tale enim eius iudicium non poterat non cuius summè esse iucundum: quòd cùm ita esset, esse omnibus gratum, necesse fuit. Atq. hæc quidē sunt, quæ in hac vidētur sententiã duci posse: quæ sequuntur autem, in contrariam partē afferrī. In primisq. Suritæ testimonium. Is enim prodit Salanouam, Ann. Chr. ∞ CCCXXX. obijisse: post autem aliquanto, eodem Anno ipsius locum Ayeruium

uium occupasse . Quod tametsi illud per se ipsum solum constare posset , nuperrimè tamen inueni grauisimo alio argumento confirmari . In Tabulario namq. Ecclesiæ *de Pileri* publicas literas per legi ab ipso Ayeruiio Magistratus auctoritate eodem Ann . Chr . ∞ CCC XXX . XI . Kal . Martij inter opidorum *de Calatorau* , & *de Cappanis* (sicenim ea nominat) habitatores rogatas : in quibus , dudum Salanouam suum prædecessorem fuisse , memorauit . His enim verbis se ipsum loquentem inducit . *Dudum Dominus Eximini Petri de Salanoua, Iustitia Aragonum, prædecessor noster, per suam literam mandauit* . Omitto reliqua , quia ad institutum nihil pertinent . Cùm ergò ea vox , dudum , in eiusmodi publicas tabulas relata , de breui tempore dici consueuerit , nec æquè videatur posse ad quinque annorum tempus retorqueri , maximè verò in forensi nostra , ac iudiciali loquendi consuetudine : fit quoq. quod inde sequitur , necessarium , & vt id maximè cum eo Suritæ testimonio conueniat . In quam tandem sententiam ingenuè fateor me esse propensorem , postquam publica ea inspecti dictæ Ecclesiæ *de Pileri* monumenta . Suspicio enim accidisse , vt Salanouam , quo tēpore generalis ea Priuilegij declaratio rogabatur , aliqua vis morbi conficeret , aut grauis alius , infestusve casus ; qui à Comitali illo congressu eundem auocaret . Cùmq. iure nostro constitutū sit , vt Iustitiæ Aragonum absentis , Locūtenentes munus exequantur ; eo autem tempore Ayeruius , Salanouæ esset Locumtenēs ; Salanoua verò ibidem non adesset : obeam causam , Ayeruium eo loco Iudicem Curix appellari : nō quòd suam (quasi iam tunc Iustitia esset) sed quòd alienam , (Salanouæ scilicet absentis , cuius operæ vicarium , eo casu , ipsum Locumtenentem supponi lex nostra iubet) grauem illam Iudicis Curix personam sustineret . Itaq. sic illū Declarationis locum interpretor , vt dum se Ayeruius , Iudicem Curix , appellauit , generalis illius Curix intelligamus : id autem non tam suo , quàm Salanouæ absentis nomine vsurpatum : ideoq. ipsius fuisse mentionem intermissam . Neq. hæc interpretatione mea aut planius exprimi possunt , ornatiusve explicari . Vt igitur modum aliquem , & finem huic disputationi faciamus ; in Ayeruiio hoc certum ponitur , eum dicto Ann . Chr . ∞ CCC XXX . Magistratum gessisse , Alfonso III . dicti Iacobi II . filio , iam regnante Rege . Et verò vir fuit auctoritate grauis ; ac tum publici , tum priuati iuris peritus . Nonnulla obseruauit circa nostrorum iudiciorum morem , quæ Iacobus Hospitalis postmodum inter eas , quas notauit Obseruantias Salanouæ , collegit , seq.

git , seq. ea fatetur ex varijs cum eodem Ayeruiio habitis sermonibus excepisse . Eum namq. ætate consequutus est , & ipse eum audiuit , & scribit de mortuo in ea , quam supra adduximus , octaua , tit. *De probationibus* , Obseruantia . Sic enim ait . *Fuit per consequens absolutus per sententiam domini Sanctij Eximini, Iustitia Aragonum, me presente* . Nam quæ veteres legum Obseruatores , memoriæ causa , in singulos libellos retulerunt : ea fuere , auorum ætate , à Martino Didaci Auxio Iustitia Aragonum , cum selectis viris , in publicas tabulas , quas Obseruantias appellamus , ex Comitali decreto , & stabili auctoritate , relata . Auxius autem eadem ipsa verba , quibus conscripta erant , supposuit , ne quæ oportebat fides , in vniuscuiusq. eorum sententia simpliciter referenda , deesset . Itaq. sic accipi debent , quæ in octaua ea Obseruantia continentur , non quasi ab ipso Martino Didaci prolata , vt vulgus imperitorum existimat , sed vt ab Hospitali de hoc Iustitia Ayeruiio dicta intelligantur . Eo enim tempore primùm attigit forum Hospitalis . Et tum etiam , paululum verò ætate antecedens , floruit Ioannes Petri Patos , Cæsaraugustanus , vt ipse de se tradit , Iurisperitus , ac Miles . De quorum scriptis ea fuit olim opinio , vt plurimum tribueretur ambobus . Vterq. namq. eorum scriptitauit . Patos quidem quosdam in nostras leges edidit Commentarios Ann . Chr . ∞ CCC XXXV . antiquitatem ipsam redolentes , & qui valde probati prisca illis sæculis fuerunt . Sed an viuo , an mortuo hoc Iustitia , compertum non habeo . Nam eodem Anno Ayeruius interiit .¹³³⁵ In Hospitali tamen postea laus fuit illustrior , quòd diligentius , ac melius de ipsis legibus scripsisset . Sed de eo alibi dicendi locus erit . Ita autem amborum euauerunt scripta , vt vix vlla existant . Neq. quid ab Ayeruiio hoc proditur memoria dignum : præter illud , quod in Alfonso III . vita protulimus , in controuersia de finibus Ortæ opidi factum iudicium . Nec dubito , quin si illi vita longior fuisset data , tulissetq. fors ; plura alia fecisset grauiora . De ipsius autem obitu nullam certiore tēporis notationem inueni . Cerdanus perhibet ad Sancti Dominici Cæsaraugustanense cœnobiū in sacello beati Thomæ sepultum fuisse : domosq. habuisse in parochia Sancti Saluatoris locatas , domibus D . Ioānis Gilbertij cōiunctas , quātū cōiungere possum , in exteriori Urbis ædiū parte , vbi nūc sita est magnifica , & nobilis eorū , qui mercataram exercent , officina . Nepotē ex filio habuit Sancti Eximini Ayeruium , qui Sacri obiit Ann . ∞ CCCLXIX . Cuius soror D . Maria Eximini Ayeruiia , opidi *de las Pedrasas* dominata fuit , Cerdano viuo ;

sed longius illo, vt ex ipsius scriptis apparet, grandiori ætate prouecta. Et verò Ayeruiorum nomen vsq. ad nostra tempora manauit: ac fortasse etiam genus. Non tam enim puto illud extinctum esse, quàm repressam eius, ipsa vetustate memoriam. Sed nunc ad eum veniamus, qui Ayeruo in Magistratu successit.


XXXI.
Stephanus Egidij
Tarinus.



ET is quidem, Tarinus iste fuit; qui & rebus suis gestis floruit, & maiorum etiam nixus opinione: ac si non diu spiritu, minimè enim biennium confecit, virtutis tamen, & doctrinæ laude vixit, nominisq. splendore diutius. Doctum virum fuisse proditur, & in forensi nostro vsu, & exercitatione versatum; nonnullaq. tametsi exaruerunt, de nostris legibus scripsisse: quo in genere studiorum, illa ætas magnam doctorum hominum copiam effudit. Ioannis autem Egidij Tarini gentilis fuit. Cuius recens eo tempore erat, nec iniucunda nostris memoria Iustitiatus. Et istius quidem Stephani, in tam exiguo, & breui sui Magistratus curriculo, hoc habuit ad decus, & gloriam maximè insigne: quod eo Iustitia, atq. vt tunc omnibus persuasum fuit, eo auctore, & impulsore, Quartus idem Alfonsus Rex de Regio iure Magistratui concessit; VTI deinceps Iustitijs Aragonum perpetuò liceret, publicos Curia suæ Notarios adhibere, quibus ad exercenda iudicia assidue vterentur. quod ad muneris dignitatem amplissimum ornamentum fuit, ad vtilitatem verò non leue. Ex eo enim Iustitijs fatis apta viuendi ratio comparata est. Nam ante dictum tempus, solùm ipsis decretum erat annuū Florenorū auri, quod ex Regum ærarijs persoluitur, stipendium, & quæ ipsi iura, pro singulis sententijs ferendis, à litigatoribus exigebāt. Sed hac de re graue nullius, nisi Cerdani testimonium comperi: idq. sine vlla tēporis designatione (quod in eius scriptis maxi-

maximū vitiū est) sed tantū personarū. Inde autē colligitur, necessariò factū illud in extrema ipsius Alfonsi tēpora reijciendū esse, atq. vt cōiecturā capio, in Ann. **CCCCXXXV.** quo & superior Iustitia mortē ¹³³⁵ obiit, & hic in eius locum successus fuit: qui non longius suam vitam perduxit, quàm ad sequentem Ann. **CCCCXXXVI.** Tunc enim ¹³³⁶ Iustitiam hunc mortuum fuisse, memoriæ traditur: & ad Sancti Dominici cœnobium nobili in sepulchro constitutum. Vxorem habuit, D. Eluiram Lupi Verguā, patriciæ Verguarum gentis à nobilissima stirpe profectam. Quæ filium, & filiam peperit: filium quidem, Stephanum Egidij Tarinum, quem sine prole decessisse suspicor: filiam verò, certa res est, D. Gombaldo Tramacetio, patricio itidem fuisse postea nuptam nobilissimo viro. D. Gombaldus autem filium habuit, D. Gombaldum etiam vocitatum: qui vnicam filiam, quam suscepit, D. Petro Castro, patricio quoq. viro, despopondit: eidemq. præter aliam dotem largitus est ædes in parochia Sanctæ Crucis locatas, quæ Ioannis Egidij Tarini, vt exposuimus, quondam, postea verò istius Stephani Iustitiæ fuerunt. Atq. eo pacto illas ferunt in Castrorum gentis potestatem venisse. Et inde etiam ducuntur ad suspicandum nonnulli, hunc Stephanum, ipsius Ioannis filium esse, aut nepotem. Nec mihi quidem displicet, vel dicam, ea maximè placet coniectura.

XXXII.
Pelegrinus Anzanus.



STEPHANI successor, Pelegrinus iste Anzanus fuit. Si quidem illum eodem ipso Ann. Chr. **CCCCXXXVI.** Iustitiam ¹³³⁶ Aragonum nominatum in publicis monumentis in Tabulario *de Pillari* reconditis obseruau; expressamq. illius, quod in iudicio A. D. V. Id. Iul. pro Tribunali sederet, factam mentionem. Itaq. non successit, quemadmodum imperiti nonnulli prodidēre: sed alteri antecessit Pelegrino; cuius continenter ætatem, ac res gestas persequemur. Et idē Surita, Pelegrinum hunc Ann. Chr. **CCCCXXXVII.** Iustitiam ¹³³⁷ esse, &

esse, & à Petro III. qui iam Alfonsi patris Regna adeptus fuerat, mēse Martij ad Romanum Pontificē maximis de rebus legatū fuisse missum, locuples est auctor in Annalibus. Quin & in Kalendarū codice eiusdē Tabularij ita istius Iustitiæ obitus diē notatum inueni. *X. Kal. Jun. Obijt dominus Pelegrinus de Anzano Iustitia Aragonum, Anno Domini Milleesimo Trecentesimo Trigesimo octavo*: lōgius siquidem, quàm ego in Fastis illius Iustitiatū produxerā. Indidē autē elicitur, vxore orbatū, Martina Aysa vocata, decessisse. Sic enim in eodem codice scriptū est de ea. *V. Non. Mart. obijt Domna Martina de Aysa, uxor domini Pelegrini de Anzano Iustitia Aragonū Ær. CCCCLXXIII. Anno scilicet CCCXXXV.* Ceterū nihil scripture dignū proditur ab hoc Iustitia in Magistratu decretū. Illū Iuris peritū, ac Cæsaraugustanēsem ciuē fuisse constat, atq. ab ingenuis profectū, quos Infanciones appellamus: vt nuper in publicis ipsius ingenuitatis literis perlegi. In quibus se Anzano opido, antiqua Infancionum stirpe ortum profiteretur, ibiq. & genus suum, & maiorum suorum vestigia cōtineri. quasi quæ sibi, ac suis loci, & generis: eadē etiā & nominis patria fuisset. Vni cā filiā habuit, D. Mariā Lupi Anzano. Cuius postea filiā, Ioānis Lupi Sesselsij Iustitiæ Aragonū filio nuptā fuisse primū, deinde eo mortuo, Valētino cuidā D. Petro Villaragutio, nobili viro, matrimonio cōiunctā, Cerdanus scribit: itidemq. istius Iustitiæ ædes in parochia Sancti Iacobi sitas, ad Berēgariū Bardaxinum Iustitiam Aragonum peruenisse. De sepultura autem hæc tradit: illius nempe corpus ad Beatæ Mariæ de Pilari Ecclesiam delatum, & in sepulchro conditum fuisse in facello, quod sua ætate Sanctij Azenarij Gardenij erat. Sed iam hæc omnia interiēre: nec mirum, cū rerum hoc natura, nec manens, sed inconstans ratio ita ferat.

XXXIII.

Pelegrinus Oblitas.




I N F R A superiorem autem Pelegrinū, Pelegrinus alter Iustitia fuit: qui ab Oblitas Nauarræ opido & maiorum genus, & inde etiam

etiam traxit nomen suum. In hoc enim ambo hi Pelegrini, simillimi videntur fuisse. Et hic quoq. legum peritus fuit, & à Cæsaraugustanensi populo ciuitate donatus. Nam ortu Aragonensis erat; nec aliter potuisset Magistratui præponi: maiores tamen sui, externi, & aduentitij; ab eo Oblitas opido ad Tahustij opidū traducti fortasse. Atq. hoc non aliunde, quàm ex literis ingenuitatis huiusce, vt suspicor, Pelegrini conijcio. Proximis namq. diebus penes me fuere publicæ literæ, ab Alfonso III. Cæsaraugustæ decretæ VIII. Id. April. Ann. Chr. CCCXXXV. In quibus Alfonso ipse, de quodam Pelegrino Oblitas verba faciens, cū eum esse Cæsaraugustanensem ciuem memorasset: *Dictus* (inquit) *Pelegrinus coram Eximino Petri de Salanoua Iustitia Aragonum, probat a prius sua Infancionia possessione, ad eam saluandam produxit duos Milites Iuratores; Fortunium de Burgia, & Michaëlem Petri del Castellar, vicinos de Takust: qui dixerunt eum esse Infancionem: & quod ostenderent Casale, si necesse erit, unde sua ingenuitas processit: quod dixerunt esse de Oblitas. Vnde Nos Alfonso Rex dictū Pelegrinum, Infancionem esse declaramus.* Ac dum Magistratum adeptus fuit: Militiæ dignitate illustratum ad munus capeffendum oportuit accedere: quod difficile factu non fuit, cū, vt dictum est, Infancionum Ordo Ordini Militari sit proximus. Nec dubito quin hic etiam fuisset, è Salanouæ ipsius disciplina doctus. Vix enim quisquam, ad Magistratum gerendum idoneus, videbatur illis temporibus, qui non prius à Salanoua traditam ad iudicia exercenda scientiam percipisset. Cū verò ad eam rem Pelegrinus iste instructus accessisset multa, & optima & bene dicendi, & rectè faciendi nobili magistra doctrina: probari omnibus vehementer cœpit. Sed Petro III. Regi præcipuè: postquàm illius fuit maximam industriam expertus. Itaq. eum muneri statim præfecit, eodem ipso, vt suspicor, quo Anzanus mortuus est, anno: saltem sequenti Ann. Chr. CCCXXXIX. Maij 1339 mense, Pelegrinum hunc, & Oblitas, & Iustitiam Aragonum nominatum, vna cum vxore D. Sanctia Petri de Larrax, fuisse censum cōperio certam pecuniæ quantitatem Priori, ac Canonicis Ecclesiæ de Pilari, ob sepulturæ locum sibi, ac posteris in beatæ Annæ, Virginis matris, facello constitutum. Qua de re legisse me attestor eam, quæ adhibita tunc fuit à Michaële petri Moriello Notario stipulationis formula, ipsius rei, ac temporum rationi consentanea. Atq. id mirificè cum Cerdani testimonio consentit: qui Iustitiam hunc prodit in dicto Beatæ Annæ facello humatum fuisse. Illius tamen obitus dies in dicto

dicto Kalendarum Codice his verbis notatur. *Prid. Non. Julij obiit dominus Pelegrinus de Oblitas Iustitia Aragonum Aer. Milleſima Tri-
1339 centeſima Septuageſima ſeptima: Ann. Domini. 0000XXXIX. tā breuis ſibi vita poſt Magiſtratum adeptum data fuit, vt vix videatur integri anni tempus confeciſſe.*

XXXIIII.

Garſias Ferdinandi
Caſtrus.

CETERVM quemadmodū Ayeruiorum, vt diximus, duæ ſic & Caſtrorum duæ quoq. familiæ fuerunt. Quarum altera, Regalis habita, & dicta fuit; quia ab eodem ipſo Iacobo I. Rege, ſcilicet à Ferdinando Sanctij, illius filio, cuius in eius vita meminimus, propagata: altera Equeſtris, cuius quiſnam fuerit auctor, non proditur. Proditur autem, quod certum exiſtimo, ab ea Iuſtitiam hunc, atq. illū ipſum Petrum Ferdinandi Caſtrum, Iuſtitiam itidem, quem ſupra retulimus, ortos eſſe: deq. Armorum Inſignibus priores à poſterioribus in eo, quod ſingulis tribuimus, animaduertiq. facile poteſt, diſcrepaſſe: nēpe vt qui genere differebant, diſtinguerentur Inſignibus. Cūmq. vniuerſa ea Caſtrorum gens, atq. adeò illa ætas, plures tuſiſſet præſtantes viros: inter eos omnes Garſias iſte Ferdinandi Caſtrus vnus excellens fuit: homo tum omni laude, ac Equeſtri ipſo ordine, è quo ortus erat, digniſſimus, tum verò etiam Magiſtratu. Ad cuius amplitudinem eum, poſt Pelegrini poſterioris interitū, Regis Petri IIII. beneficentia perduxit. Neq. verò ipſe fuit tam literis, ac doctrina præſtans, vt opinor; quàm naturalem quamdam prudentiam conſequutus, aſſiduo maximarum rerum vſu, & tractatione expolitam: tametſi nō dubito, quin ad eximiã eius, illuſtremq. naturam vis aliqua accederet, nec inops ratio, cognitioq. doctrinæ: cū non vulgaris, aut domeſtica, ſed artibus, & diſciplina limata ſuorum conſiliorum maturitas videretur. Atq. huic eius ſolertiæ oblata tunc fuit diuturna illa, & grauis domeſti-

domeſticarum ſeditionum tempeſtas, ignito eiufdem Regis furore, inſatiabiliq. cupiditate nouandarum ſemper rerum concitata. Cui tametſi ab eo prouiſum non fuit, quominus vehementes vndiq. vëti, acturbines ſæui exiſtiſſent (neq. id enim præcaueri potuit, cū nō tam commutabilis eſſet Regis natura, quæ ſe pateretur ab ea, quam ſemel ingreſſus fuiſſet, via, vlllo ſlecti negotio, aut detorquëri) at eius tamen opera, quamdiu vixit, deſiderata nō fuit, in auerſis tum ipſius Regis, tum populi conatibus reprimendis, quin, quantum ipſe poſſet, Remp. labentem conſilio, fortuna, ac fide ſuſtineret. Sed proſectò fuit fatalis illa quædam veteris Vnionis fortuna, vt in idem tempus incidere, & Regis, & noſtrorum hominum mentes, ad eas perturbatio- nes procliuës: quamquàm non deſuëre ſani, & integri viri, qui quietas cogitationes callidioribus conſilijs prætulerunt. E quorum numero cū Garſias hic eſſet, minus ſeditioſis hominibus probabatur. Priuſquam autem ampliſſimum hoc munus obiret, eiufdem Petri conſiliarius fuit: ab eoq. ad Alfonſum patrem Ann. 0000XXXV. Valentiam miſſus de priuatis controverſijs, quæ inter eos fuerāt ortæ, tranſigendis. In Petro namq. inexplibilis illa agendi ſemper aliquid cupiditas, vna cum ipſa ætate adoleſcebat. Ita autem tota ea ratio ab hoc Garſia temperata fuit, vt ambo in illam, eo arbitro, ac diſceptatore vterentur: & cū ipſe ambobus fidem ſuam, ac diligentiam præſtaret, vterq. illum numeraret ſuum. Ipſe verò neutrius ſtudio plus, quàm concedebat æquitas, largiebatur. Nihilominus eum proditur aliquādiu Petro, vt erat ſuſpicioſus in omnes, occultè in ſuſpicionē veniſſe, fuiſſeq. in odio, quòd ageret partes nouercæ Reginæ. Sed poſtquam Alfonſo patri Rex Petrus ſucceſſit, ſuſpicioſe deſiſſe, eo vti frequentius conſueuit. Quamprimūmq. illum Ann. 0000XXXVI. ad Pont. Max. grauiſſimis de rebus legauit. Poſt in domeſticorum ſuorum numero iuſſit reponi, quos illa ætas Meſnadarios, vt ſuo loco diximus, appellabat. Deniq. eidem detulit Iuſtitiatum, quem repentinus Pelegrini Oblitas interitus orbem reliquerat. Per hos enim omnes honorum gradus elatus fuit ad præclarum, & ſummum iſtius Magiſtratus imperium: idq. eodem ipſo Anno, quo Oblitas interiit. Nam, vt memoratus Archiepiſcopus Ferdinandus prodit, ex Archetypis Diplomatum opido Alcagnicienſi rogatis Ann. 0000XXXIX. 1339 quæ ſe legiſſe teſtatur, Garſiam hunc conſtat, eo tempore Iuſtitiam fuiſſe. Tum multa illius mentio fit in ea perturbationum con- 1344-
curſatione, quæ incidit in Ann. 0000CXLIV. 0000CXLV. & 1345
0000CXLVI.

1346 ∞ CCCXLVI. In quibus cum iam grauis illa de Costantiæ, Regis filia, successione, populariter agitata contentio, fluctuans versaretur, quæ nostros ad arma Vnionis voce capienda misero compulit Reipub. fato: incredibile est, quantum Iustitia iste contulit studij, ac laboris, vt fatum illud (si fas est dicere) flecteret, si posset. Nam modò cum ipso Rege, modò cum nostris separatim loquebatur: ne turbulentè quid agerent, nec miseræ patriæ, quæ communis erat omnium parens, voluntarias perturbationes afferrent, atq. vt regredi profus, quàm progredi mallent. Ac Regi quidem naturæ suæ acerbiter obijciebat: quòd tantopere nouis semper rebus studeret, vt se in eis plerumq. ferri præcipitem, ac cæcum pateretur. In ea verò Costantiæ filia causa, quæ malorum omnium semen, & causa erat, quòd præposterè agendum decreuisset: cum nihil esset, quamobrem ipsemet sibi præcidere deberet masculinæ prolis suscipiendæ spem; quandoquidem & valetudine satis firmus erat, & natura; nec tantum processisset ætate, cum ad trigessimum annum nondum peruenisset, quin satis, superq. roboris, & virium haberet. Atq. tanta in seueritate non deerat comitas opportuna, vt liberior is istius Iustitiæ sermo petulantia vacaret. Cum nostris autem non iam hortationibus, aut consilijs, sed fraternis precibus constanter agebat: ne belli tentaret, aut periclitarentur fortunam, cum paratissimum Regem peditatu, & equitatu viderent: eosq. è nostris Optimatibus ad illius sententiam traductos; qui dudum se nostrarum partium principes numerabant. Eis autem ita Regis partem cõualuisse dicebat, vt ad resistendum reliqui omnes essent imbecilles. Ne ve Regis fratribus cõmitterent causam Reipub. Ipsi enim non eam sanare, sed iniurias suas per nostros persequi, ac vlcisci studebant. Nullum deniq. officium ab eo prætermisissum fuit, quantum eniti potuit, quin Regem, & nostros ad concordiam, & pacem incitaret. Neq. verò omnes fuere, quos in eam rem impetus fecit, inanes: quin eò causam aliquando adduxit, vt libenter Rex ad nonnullas pacis condiciones descenderet, satis quidem, multorum iudicio, temporibus, ac rebus consentaneas, & quæ magis optandæ, quàm sperandæ de acri Regis natura videbantur. Ac ne qua subesse posset fraudis suspicio, sed vt ipse Rex integritatis suæ publicum nostris testimonium daret; Tarracone, vbi aderat, Ann. Chr.

1347 ∞ CCCXLVII. in istius Iustitiæ verba iurauit, se Cæsaraugustam Urbem quamprimùm ad Comitiam habenda venturum: in quibus, nouarum legum rogatione, omnis cõsuetudinum deprauatio tolli poterat, nostriq.


nostriq. ab ijs arcèri, de quibus tãtopere cõquererentur, iniurijs. Nec antea è nostris Regibus vllum cõperio in Iustitiæ Aragonum verba iurasse. Inde fortasse, qui nobis mansit, inductus fuit mos, publica nunc lege constitutus: vt de Regibus, priusquam possint gubernacula Regni tractare, Iustitia Aragonum fidem recipiat sollemni religione cõstrictã. Quamquàm autem ea Comitiam celebrari cõcepta fuere in magna prosperi futuri euentus spe: nec diu tamen post fieri desierunt; eaq. omnis bona spes cum maiori rerum desperatione cõfixit. Nostri enim in Iacobi, Regis fratris, iniuria se se despectos esse, patriæq. libertatem contemptam, & abiectam prædicantes, belligerandum sibi cum ipso Rege, & armis decertandum decreuere. Aderant quippe Regis fratres, qui ardentes suas faces quorundam nostrorum hominum furij ministrabant. Itaq. tumultuosa illa Vnionis voce excitata, repete fuit per omnes vrbes vicos, & plateas armorum strepitus ingens exauditus: & quod summum fuit, nostri lætitiæ exultantes, cõperunt palam gaudio triumphare, quasi iam explorata sibi, & domi condita victoria esset. At verò Garfias hic videns, quanta excitaretur tempestas, & quanta impendèret Reipub. labenti procella: Februarij mense, Ann. Chr. ∞ CCC XLIIIX. (qui 1348 ob rerum magnitudinem, quæ in eum inciderunt, maximè memorabilis est) maiori, quàm vmquã antea virium cõtentione, nostros denuo ad pacem hortabatur. Non quòd ipsis suaderet, vt ita quisq. vitam, corpus, fortunas, rem deniq. familiarem seruaret, vt pro eis libertatem; sed vt pro libertate illa omnia, tamquam pignora iniuriæ, proijceret. Dicebat autem, tunc in consilium non tam fortitudinem, quàm multo magis prudentiam adhibendam esse: quæ licet viderentur seiungi non posse; seiungenda tamen; quandoquidem ea ipsis erat formidolosissimi temporis tempestas oblata, quæ magis prudentiam, quàm fortitudinem postulat. Quod si fortitudo dimicare iubebat; prudentia, vt cautioribus vterentur consilijs: neq. fortitudinè, quæ sine prudentia fit, fortitudinem esse appellandam; cum & eadè ipsa fortitudo, tametsi laboris, ac periculi fit, prudens tamen interdum cum aliqua vtilitatis, & cõmodi ratione cõtemptio. Vt enim Medicorum scientia non ipsius artis, sed bonæ valetudinis causa laudatur; ob ipsamq. vtilitatem ea gubernatoris probatur ars, quæ rationem habet nauigandi bene: sic fortitudinem eam censendam esse, quæ fit tamquam artifex conquirendæ, & comparandæ tranquillitatis, & otij. Neminè autem tam amentem, vecordem, aut insanum futurum, qui si nauim, in qua vehatur, cõtrarijs ventis agitata inspiciat, neq. eum petere posse, quæ antea probarat, portum securum, sed alium minus fortasse tutum,

R. r & tran

& tranquillum: non tempeftati potius parendum, quam cum eadem pertinaciter sine vlla spe salutis pugnandum arbitretur. Propterea omnia tunc confilia, tamquam aliquod nauigium, ex Reip. perturbatione moderari oportere: cumulatèq. nostros fidei fatifacturos esse, ac officio, si eam sequerentur rationem consiliorum, quam Reip. status, inclinatio temporum, ac ipsa demum necessitas flagitaret: ne qui seruatores Reipub. nominabantur, iidem illius perditores viderentur fuisse. Deniq. affirmabat, causlam in tempus conferendam esse, opportunioremq. agendi maturitatem exspectandam, quòd victoriæ acerrimos plures aduersarios haberent, interitus autem vix vltos vltiores. Sed in tam angustum adducta res erat, vt cum plures pæniteret cœpisse; verùm iam desistere nequaquam liceret. Imprudens tandem quorundam consilium omnes nostros ad Epilensem illam depulit calamitatem, qua Vnionis vires ab excitata fortuna ad extremã, & funditus auersam descuerunt. Verùm iccirco hæc omnia hoc loco breuiter à me, strictimq. dicuntur, quia supra satis fufè, & copiosè pro suscepto munere, vt mihi quidem videtur, percurfa sunt: simul & illud etiam expositum, quid causæ fuerit, cur in tam horribili ea procella, ac tempeftate minimum nullum memoretur istius Iustitiæ factum intercesisse, nec dictum, Magistratus auctoritate interposita, quo is tantus motus, & agitatio fluctuum sedaretur: nempe quia ad retinendam libertatem, quamdiu Vnionis viguit potestas, & vis, firmiora censebantur esse, quæ ab ipsa Vnione, quamquæ à Magistratu petebantur præsidia: quinimmo cum ea excitabantur, quasi obscuratis ceteris, sola apparebant. Post Vnionem autem deletam, ab hoc scilicet tempore, in quo fatalis, vt ita dicam, illius casus instabat; ea omnia in Magistratus arcem confugerunt: atq. eò hucusq. Magistratus ipse multa coaceruans, tum ab ipsa Vnione, tum à Ricorum hominum dignitate petita, vna sola sui ipsius complexione deuincit. Attamen Iustitia hic in ipsius ruinæ timore decessit. Summa namq. felicitate vsus, ante commissum Vnionis prælium interiit; fortasse angoribus, ac molestijs confectus: tum siquidem cum lugere faciliùs Remp. potuisset, si viueret, quam iuuare. Nec sanè dubito, quin si diutius vixisset, hunc maximum præter ceteros omnes sustinuisset dolorem, nostros ipsis armis, quibus semper didicerat vti gloriosè, tunc quemadmodum salutariter vterentur, non reperisse. Eius autem obitus diem non possum, nec quidquam certum, præter id, quod initio dixi, de ipsius gentilitate notare

notare: quamquam nec id quidem valde dubium est, eum ante Kalendas Iulij eiusdem Ann. Chr. ∞ CCC XLIIIX. obiisse. Etenim in publico ingenuitatis Priuilegio, Turoli ab eodem Rege cuidam Petro Lastanosæ, VI. Non. Iul. dicti Anni rogato, istius Iustitiæ, tamquam paulo ante mortui, mentio fit. Atq. eundem etiam proditur cum D. Athone de Foces, patricio, nobilissimo viro, fuisse cognatione coniunctum. Qua autem cognatione, non proditur: neq. vlla adhuc inueni, quæ de priuatis ipsius rebus monumenta loquantur. Nam, quod mirari satis non queo, Cerdanus illum silentio prætermisit, cum paululum sibi antecessisset ætate, & paucos habuerimus nomine, ac memoria digniores. Sed pergamus ad reliquos: ad quos, subblata Vnione, Magistratus delatus fuit, maioribus sensim præsidijs ornatus, tum ad forensem vsus, tum ad decus, & firmamentum potestatis.

XXXV.
Galacianus Tarba.



GALACIANVS igitur Tarba Garfiæ Ferdinandi Castro successit: vtrum verò ante, an post Vnionis prælium; compertum non habeo. Ego quidem postea conijcio. Atqui initio eum constat ipsius Vnionis partes egisse: fuisseq. Ann. Chr. ∞ CCC XLVII. vnum ex illius præfectis, quos Conseruatores appellabant, publico iudicio delectum; quòd illius industria, firmissima tunc spes, atq. Vnionis subsidium, putaretur. Sed ab ea statim desciiuit, tum Regis pollicitationibus reuocatus, tum cuiusdam Dominici Tarbæ suasionem, & impulsu, qui magnum eo tempore Procancellarij Regis munus sustinebat, eratq. nostri huiusce Galaciani, si non, vt suspicor, frater, propinqua saltem cognatione coniunctus. Ferunt etiam, cum acres eo tempore versarentur in vrbe inter Bernardinos, & Tarbas, ceteroquin conciuēs, & amicos, contentiones: Galacianum hunc, quò faciliùs posset Bernardinos ipsos

Rr 2 perfe-

persequi, & vlcisci, eò libentius ad Regis voluntatem incubuisse. Nisi fortasse sibi, quod nonnullis bonis viris interdum videretur, Vnionem eam iam tunc pestem esse, ac strumam libertatis. Quoquo modo verò se res habuerit, quos priùs fouerat amicos, postea virtutis suæ sitientes deseruit, eamq. Vnionis causam, quæ publica tunc esse censebatur, derelinquens, Regis Petri sequutus est imperium. Quod cum similiter alij fecissent, & inter eos ex nostris Optimatibus plures; Rex, ferox magis ad conculcandam libertatem redditus, rem ipsam properauit in vltimum discrimen adducere. Exercitu namq. suo magis firmo, se facillimè nostros perrumpere posse confidebat. Nostri etiam nequaquam diffidentes copijs suis, non recusarunt in certamen illud, quod ferro decernendum proponebatur, deuenire: eòq. celerius, quod Iustitia Aragonum mortuo, nemo de ipsis vnus ad hæc interdum temperanda adesset. vsq. eò infelix patria nostra tunc fuit, vt vitare non posset, quin ab amicis inops, atq. à Magistratu nuda, magnam, quæ impendebat, tempestatem subiret: neq. solùm infamia ad ipsius Vnionis funus duceretur, sed fatalem ipsum casum præpropere festinatione præriperet. Nostri enim

1348 XII. Kal. August. eiusdem Ann. Chr. MCCCXLIIX. collatis signis, vrbe egressi sunt, & victoriæ auidi, & celeritatis quoq. vehementer. Eis autem ex Epilensi opido obuiam prodire, qui Regis Petri imperium sequebantur. Cum vtrinq. ergò acies conuenissent, ad committendam pugnam expeditæ, quamquam ea aliquamdiu fuit summa contentione pugnata; exitum tandem horribilis victoria terminauit: nostriq. victi, & profligati in victoris Regis manus deueniunt, metu debilitati feruili. Sed id meliores exitus habuit, quam putarant: posteaq. prosperæ res deinceps multæ nostros consequutæ sunt, atq. vt mihi quidem videntur, secundiore. Rex namq. suam ipsam illam vehementem, & acrem à se abijciens personam, nouam aliam sumpsisse visus est, lenitatisq. & misericordiæ partes libenter egisse: tametsi iracundiam suam exercuit in nonnullos. Ipsam verò à se tantopere percussam Rempublicam altiùs extulit manibus suis, atq. ita patriam libertatem stabiluit, vt ad eam retinendam nequaquam infirmiora fuisse illa præsidia censeantur, quæ huiusmodi infelicitate illata, quam quæ maiorum nostrorum virtute parta fuere.


1348 re. Etenim eodem ipso Ann. Christ. MCCCXLIIX. præclaris illis, quorum meminimus, Cæsaraugustæ habitis Comitibus, Iustitia hoc assidente (quem tunc muneri præpositum fuisse conijcio

conijcio, neque enim vllam antea illius mentionem factam inueni) quamlenissimè tulit idem Rex, vt in Iustitiæ Aragonum Magistratum congererentur & potestatis, & dignitatis ornamenta permulta, modò funditus deleretur inueterata illa acerrimæ conflandæ Vnionis consuetudo: ad cuius labefactandum statum, omnem suam exacuebat aciem ingenij, ac suum deniq. vt explicuimus, mucronem distinxit. ac si ad illius exitum necesse tunc fuisset, simul & Martis vim, & iram victoriæ, & ciuiliū legum iudicium conspirare; vt nouis blandimentis libertas consopita, procul à præcipitibus populi disiuncta furoribus, in Magistratus gremio sedens, tamquam in sinu pacis posita, iam somnum capere posset iucundiorē. Itaq. nostris in sententiam Regis adductis, Vnio ipsa tunc sublata fuit, neq. ex moribus, ac disciplina solùm, sed ex literis, grauissimæ legis rogatione, deleta. Sed hanc iuris iacturam continuata, & iuncta nouorum iurium compensatio leniuit. Tunc enim Iustitiæ Aragonum integra data fuit in Regios quoscumq. Magistratus, si à nostri iuris regula discederent, grauius animaduertendi potestas. Tum, vt summum de ipso iure sciscitantibus respondēdi munus sustineat, quasi totius publici fœderis maximè interpretationi præpositus: vt in For. sub tit. *Quod in Dubijs non crassis*. Tum etiam iisdem Comitibus multæ, & maximæ leges fuerunt, ad vim Regiæ potestatis temperadam constitutæ. Id autē ex earum præclaris, ac ciuilibus, & debiti officij plenissimis inscriptionibus perspici potest: quarum iccirco nonnullas hunc in locum conducendas statui, nequaquam immutatas, sed vt sunt. Sunt autem huiusmodi. *De Juramento præstando per Officiales de seruando Foros, Priuilegia, libertates, vsus, & consuetudines Regni Aragonum*. Ea enim lex iubet, Regiorum ministrorum debitam Reip. fidem sollemni religione constringi: neq. conscientiæ solam (id enim iam antiquo iure constitutum erat) sed sceleris quoq. pœnam parem in ijs, qui iniuriam fecerint, remanere. quod noua tunc ea lege statutum fuit. Nec non alia sic inscripta sancitum: *Quod Priuilegium generale, & Declaratio ipsius sint Fori, & pro Foris habeantur, & obseruentur*. quippe cum fatius esse videretur nostris, rogationē eam, publicæ legis; quam Priuilegij simili promulgari. Porro grata alia populo tunc lata fuit lex, vitiosæ cuiusdā, & corruptæ consuetudinis emendatrix, his verbis inscripta. *Vt Iudices Aragoni iudicēt, & audiāt causas, & relationes faciāt, & nō alij*. Visum est enim, alienigenas his muneribus exclusos esse oportere, eaq. domesticis patere æquius esse. Atqui ego in hūc sensum allicior, vt lex

suasq. ædes in eadem parochia habuisse locatas. Forsitan eæ sunt, quas nunc pene complanatas videmus in platea. Vxorem habuit, D. Ysabelam Alòs: filiumq. ex ea susceptum, Raimundum Tarbam. Cuius tres filias primarijs viris, Lanuzæ, Cerdano, & Franciæ, nuptas fuisse, idē ipse auctor est Cerdanus. Illius autem genus, manifesta res est, à Senatoribus vrbis profectum fuisse. Eam verò, quæ Franciæ nupta fuit, filiam, Claram Tarbam fuisse vocatam; ipsum verò Franciam, Raimundum appellatum, ac ciuilis iuris fuisse peritum, è veteribus monumentis colligitur.

XXXVI.

Ioannes Lupi Sesselsius.



C V M Q. Sesselsiorum gens patricia olim fuerit: Iustitiam hunc Equestris Ordinis fuisse, vel inde colligi potest aperte, quòd aliter Magistratum obtinere nequiret. Neq. verò ob eam rem illius genus aliunde ductum, quàm à Sesselsijs patricijs arbitror. Similes namq. transitiones in nonnullis familijs factas obseruau: & cum eadem essent, à superiori ad inferiorem Ordinem omnino descendisse, alias interdum altiorem dignitatis gradum assequutas. Itaq. Ioannes hic, qui Galaciani Tarbæ locum occupauit, meo quidem iudicio, illius Petri Sesselsij gentilis fuit, quem Alfonso II. Rege floruisse diximus, grauiusq. & præclare eundem ipsum gessisse Magistratum. Medianæ tamen opidum, quo ille tunc potitus fuit, minimè ad Ioannem hunc comperio peruenisse: quin aliquamdiu egestatem suam domesticò D. Lupi Lunæ, primarij nobilissimi viri, qui per hæc tempora, Lunensis Comes, vocitari cœpit, subsidio sustentasse. Ea namq. vicissitudo in omni ferè cursu conseruata est, vt mundus ipse, maxima sua constanti conuersione, circum se omnia contorqueat, ac vertat. Ac initio quidem Iustitia iste in populari illa opinione fuit: & tã studiosè Vnionis partes agebat, vt à nostris constitueretur illius, publico delectu, Conseruator. Postea eum ad Regis voluntatem tradu-


xit, D. Lupus ipse Luna, ipsius Vnionis deferendæ princeps: qui Petro Regi ad reportandam illam victoriam maximo quidem adiumento fuit; sed ad eandem ipsam temperandam, quantum conijcere possum, non minori. Non enim adduci possum, vt credam, ab ijs, qui tunc ex nostris ab ea Vnionis voce recesserunt, ita Reipub. causam desertam fuisse, vt furori Regio omnia concederent. Immo eos existimo, interea dum aliquid iracundiæ Regis permisserunt, accuratiùs de patriæ salute, ac de illius ornamentis, & commodis cogitasse: & re fortasse quemquam à Republica, animo autem non ita defecisse. Quod si de alicuius fide, de nullius profectò magis, quàm de istius Iustitiæ licet suspicari. Semper enim patriæ studere visus est. Postquam autem accessit ad Rempublicam, perquam bene multa & belli, & pacis adiumenta administravit. In primisq. Magistratum adeptus; cum Iudex præfret Comitijs Cæsaraugustæ habitis eodem Ann. **CCCCXLIX.** medio mensis Martij; (nam sic est apud Tabulas) multam operam, atq. vtilem Reipub. præstitit in præclaris legibus, quæ tunc fuerunt editæ, statuendis, & vt è patrio in Latinum conuerterentur sermonem. Cui rei, vt mihi persuadeo, Iacobi illius Hospitalis, cuius meminimus, manus etiam accessit. Nam istius Iustitiæ Locumtenens fuit: iam diuq. in multis, & grauisimis causis, atq. in principibus patronis versabatur. Sesselsium autem non tam iura nostra calluisse comperio, quàm bellicæ rei gerendæ disciplinam. Quantum autem auctoritate valeret apud Regem, aperte eius rei exitus indicauit, quam haud leuiter tentauit idem Rex, Perpiniani opido cum adesset An. Chr. **CCCCCLI.** Et nisi illum Iustitia hic, graui verborum suorum pondere, à præcipiti consilio reuocasset; patria, quæ credebatur è tantis fluctibus emeruisse, denuo fuisset demersa in eisdem, ac duriore forsitan fortuna conflictata. Etenim ignea illa Regis natura nunquam agitatione vacua esse poterat, neq. sui otij, aut quietis conciliatrix erat, sed ipsamet sibi suarum semper molestiarum lena. Cum igitur Rex ipse infantulum filium Ioannem, ex Regina Eleonora, Siciliensis Regis filia, procreatum, futurum sibi successorem ab omnibus Regnis acclamandum, decreuisset, & ad eam rem nostros per publicas literas iussisset accersiri, vt illuc ad constitutam diem omnes venirent, solito fœdere, puero Regni deuincturi fidem: hunc Regis conatum Iustitia hic refutauit, liberè, & audacter edicens, euocari ex eo opido nostros non licere, neq. extra patriam constitui ipsis vadimonium posse: sed in Cæsaraugustam vrbem conuocandos, & ibidem Comitijs institutis illam

tis illam ferri rogationem ius esse: quod nostra vrbs hanc prærogatiuam haberet, vt in Templo maximo illius, priusquam alibi, Regibus regnare incipientibus, eorumq. filijs Primogenitis, cum futuri successores designantur, publica ipsa fides sollempni religione obligetur. Quinimmo nostros in ea re ita ceterorum Regnorum faciem præferre, vt non iam ibi pro se ipsis solis viderentur adesse, sed illustrem, & claram totius Regiæ ditionis vocem, singulorum voluntatis indicem, personare. Neq. enim, vt Iustitia ipse memoria repetebat, ab alijs Regnis, sed à nostro tantum, Reges constituebantur antiqui. Sic deniq. sententiam suam Regi probauit, vt quamquam ea de re literæ scriptæ erant, & obsignatæ; Rex illas præciperet statim conscindi, nullamq. fieri iuris nostri iacturam. Atq. ita hæc, quæ tunc commota fuerant, in pace, & otio quamcitò resedêrunt. Enimverò postmodum quietus ille Reipub. status perturbatus est totus. Etenim cum iam pridem esset inter nostrum Regem, atq. alterum Petrum Castellæ Regem, Crudelem vocitatum, iniustum animis, atq. insitum odium: Castellanus improuiso fines nostros inuasit; cuncta dissipans, & disturbans. Cumq. Cæsaraugustanæ vrbi minitaretur ferrum, ac flammam; illius custodiæ Iustitia hic præfectus fuit, & à nostro Rege Ann. Chr. MCCCCLVII. vnus ex cunctis ad magnum illud discrimen delectus imperator. Ipse verò cumulatè susceptum munus exequutus fuit. Urbem enim firmissimis præsidijs muniuit: illius muros refecit: ballistas lapidum, & reliqua tormenta, quibus illa ætas vti consuevit, opportunioribus in locis collocauit: ex priuatis ciuium ædibus, siquid telorum esset, iussit efferri, & inermibus viris dispertiri: delectam iuuentutem contra inimici impetum armatam coëgit: aciem instruxit: portarum custodes designauit, viarumq. insidiatores, qui locis omnibus dispositi essent, vt quò inimicus pergeret, obseruarent: minoribus Magistratibus; vt noctu vigilias agerent, præcepit: at verò suam ipsius operam ad quoscumq. rerum euentus præstantem, & præcipuam reseruauit: cautè deniq. cuncta composuit, quippe quia intelligebat ipsius vrbs summè defendendæ curam apud se solum totam excubare. Castellæ autem Rex postquam urbem copijs refertam esse, & contra se munitam intellexit; extra Calataubiensem tractum, quem totum vexarat, pedem non intulit. Sed per Turolium Valentiam petens, decursionibus per equites suos ea loca, quæ incurrit, vastauit: nonnulla cepit: ac maiora damna Regis nostri fortunis importasset; nisi ab eo in tantas angustias fuisset compul-

sus, vt

sus, vt inopia simul conficeretur, ac ferro; atq. armis deniq. pulsus, & fugatus, confestim in patriam suam inglorius reuertisset. Hoc itaq. bellum, commotum ab vno, & confirmatum ab altero, Remp. nostrâ aliquamdiu turbauit. Vt inimici autem Regis aduentus nostros afflixerat; sic illius discessus omnes sollicitudines leuauit, & angores. Iamq. depositis armis huic Iustitiæ integrum fuisset eius vrbs, quam conseruârat, conspectu, tranquillo animo, & quieto frui, si non sibi per breue post eam rem viuendi fuisset curriculum datum à natura. Anno enim MCCCCLX. mortuus fuit; atq. vt Cerdanus perhibet, in Alba 1360 latensi opido sepultus. Ex eo namq. generis illius antiquitas profecta censebatur. Filium habuit, qui Pelegrini Anzani neptem, vxorem duxit. Sed nec illius, neq. matris nomen proditur. Atq. ego quidem illius filium fuisse conijcio, Garciam Lupi Sesselsium, præstantem virum, quem Olieti opidi dominatum comperio: & cui nobilissima femina, D. Catharina Martini Viotæ, Sanctij Martini Viotæ, Gubernatoris Aragonum, vnica filia, & heres, nupta fuit. Verum de his rebus difficile est plus intelligere, quam quantum ex ipsis monumentis suspicari licet. Neq. verò in eis semper expressa personarum, & temporum designatio inuenitur. Ideò inuiti cogimur nonnumquam maximas res silentio præterire.

XXXVII.
Blascus Ferdinandi
Heredia.



ATQVI eadem ipsa necessitas nos premit, vt istius Iustitiæ narrationem in similes prorsus angustias compellamus; cum neq. ex Cerdani scriptis, neq. aliunde adhuc claram, quam voluissimus, rerum ab eo gestarum, ac domesticarum præsertim, eruere memoriam potuerimus. Et Cerdanus ipse videtur ieiuniùs de eo, quam de pluribus alijs scripsisse: siue quòd illius Iustitiatus breuior fuerit, siue quòd non habuerit rerum nostrarum, quemadmodum qui


dum qui proximi fuerunt, varietatem. Eodem autem Ann. Chr. 1360 ∞ CCC LX. orsus fuit: atq. vt Surita refert, exeunte. Anno verò 1362 ∞ CCC LXII. exitum habuit. Nec latiore campum illi vita dedit, in quo eius posset virtus excurrere. Et ea quidem tranquilla satis tempora fuerunt: quòd in Petro Rege viderentur ardentia illa vexandæ Reip. studia, ætatis flexu, reddita fuisse languidiora. Cùmq. antea Iustitia iste eidem Regi subinuisus esset, quia ex domesticis erat nouercæ Reginæ: post modum Regis illi gratiam conciliauit Ioannes Ferdinandi Heredia, ipsius frater germanus; qui in primis auctoritate grauis apud Regem, gloria verò clarus apud omnes fuit. Nam is vir fuit, qui præstanti sua virtute eximiam illam dignitatem Magni Hierosolymitani Magistri consequutus, amplissimum Herediarum eò extulit genus, vt pulcherrimo, quo nunc gaudet, Fontensis Comitatus titulo, ipsdemq. istis ipsis clarissimis Armarum Insignibus illustratum, in summum nostrorum Optimatum locum ascenderit, quem videmus. Blascus quoq. iste satis amplum posteris & rei priuatæ, & sui etiam nominis patrimonium reliquit. Fuit enim omnino præstans, ac præclarus vir; & ab eo, qui Botorritæ dominati sunt, originem duxerunt. Aguilonis autem tantum opido fuisse illum potitum comperio, ob idq. nonnumquam Blascum *de Aguilon* nominatum: quasi inde tracto vt cognomine videretur. Quod qui ignorarunt nonnulli, deprauatè scriptum illud, *de Aguilon*, nomen iudicantes, *de Alagon*, potius legendum arbitrati sunt, nouumq. alium Iustitiam, Blascum Alagonium vocatum, post Blascum hunc Herediam, Iustitiarum numero adscripserunt. Omninoq. in hoc est omnis error, quòd Iustitia hic, cùm gentilicium suum nomen ab Heredia esset, quandoq. ab Aguilone vocari consuevit, se eo opido potiri præ se ferens. In Obseruantia autem, *Notandum est. tit. De procuratoribus.* istius Iustitiæ nomen mendosè scriptum esse animaduerti. Nam sic est apud impressos omnes, & apud manuscriptos Codices nonnullos. *Notandum est: Quòd Processus habitus inter homines de Ferrerueta, & de Lagueruela super quodam monte, seu vetato de la Pedriza, fuit annullatus per S. Ferdinandi, Iustitiam Aragonum.* Apud alios autem impressos vetustiores sic legitur: *per G. Ferdinandi, Iustitiam Aragonum.* quasi prioris literæ nota videatur indicare, Sanctium fuisse illius proprium, quod vocamus, nomen; posterioris verò, Gulielmum: quin & in nonnullis illud Gulielmi nomen, expressis literis scriptum obseruauit.

uauit. In alijs verò manuscriptis, *V. Ferdinandi de Heredia*, gentilicio eo appposito ab Heredia nomine. tot modis confusum, & variatum, ob librariorum imperitiam, in ea Obseruantia istius Iustitiæ nomen versatur. Sed in Hospitalis monumentis, de quibus tota ea ad verbum est expressa, Blascus Ferdinandi *de Heredia* legitur. Et ea, *V.* literæ nota, quæ in nonnullis manuscriptis inuenitur, id significat. Olim enim nostri non Blascum, sed Velascum, & quandoq. Velasconem proferebant. Hospitalis verò istius quoq. Iustitiæ locum tenuit, & ipsum illud, cuius in ea Obseruantia fit mentio, iudicium iudicauit. Ac per illud idem tempus, vt ipse de se prodit, in ea præcipua re elaborabat, vt quæ apud nos solo vsu constabant, & post Salanouam diffusa, & dissipata erant: in singula sua genera coacta, deinceps suorum scriptorum fide niterentur. Quæ verò ipse de iure nostro didicerat, iam tunc in eo videbantur esse perfecta, & suam quandam maturitatem habere. Vnde quæ ab eo tunc fuere animaduersa, & notata, Hospitalis Obseruantia, dicta sunt. Equarum numero Obseruantia illa est: & à Martino Didaci Auxio ex illius scriptis deprompta, in Obseruantiarum, quod nunc nobis editum exstat, volumen relata. Itaq. non, S. Ferdinandi, sed B. Ferdinandi legendum est in ea: eorumq. sententia exploranda prorsus, qui alium illum, ab Alagone Iustitiam, fuscitarunt. Cerdanus enim patrem suum huic Herediæ successisse tradit. Nec verisimile est, fuisse illum in ea præsertim re tam obliuiosum, vt eum, qui patri suo antecederet, silentio præteriret. Ceterum Blascus hic, patre natus fuit Laurentio Ferdinandi Heredia. De matris verò, atq. vxoris nominibus mihi hætenus compertum nihil est. Filium habuit Blascum: qui ex Violante Buyl vxore Blascum illum suscepit, quem Cerdanus istius Iustitiæ nepotem, atq. Aguilonis dominum appellat. Quo autem anno obierit, & quo loco sepultus fuerit: itidem exploratum non habeo, tametsi quæ potui, scrutatus sum. Illud exploratum est satis, istius Blasci Iustitiam non esse longius, quàm supra diximus, pro ducendum.

sf Dominicus

XXXVIII.

Dominicus Cerdanus.



SI QUIDEM in præfatione legum Montifoni editarum eo
 1362 dem ipso Ann. Chr. ∞ CCC LXII. illustris, & clara istius Do-
 minici Cerdani Iustitiæ mentio fit. Ipsi namq. Comitij Iudex præ-
 1366 fuit. et alijs etiam Calataiubij habitis Ann. Chr. ∞ CCC LXVI.
 1367 et Cæsaraugustæ habitis alijs tum sequenti Ann. ∞ CCCLXVII.
 1372 tum Ann. Chr. ∞ CCC LXXII. itidem & ijs quoq. quæ Tama-
 1375 riti Ann. Chr. ∞ CCC LXXV. habita feruntur. atq. ijs tandem
 1381 quæ Cæsaraugustæ Ann. Chr. ∞ CCC LXXXI. fuerunt, celebra-
 ta. In quibus omnibus quæ maximæ, & salutares leges constitutæ
 sunt, eadem omnes fuere ab hoc Iustitia è vulgari in Latinum con-
 uersæ: quemadmodum idem Rex Petrus in singulorum Comitiorum
 præfationibus attestatur. Fuit quippe Iustitia hic, & cõmunis, & priua-
 ti iuris valde peritus: priuati fortasse quotidianis Hospitalis congressi-
 bus peritior factus. Nam eo Locumtenente aliquamdiu vsus fuit. Iam
 tunc autem tantopere ipsius Hospitalis nomen celebrabatur in foro,
 vt mancus, ac debilis videretur cuiusuis Iustitiatus, non eo Locumte-
 nente, futurus. Nec diu tamen postea, vt suspicor, vixit Hospitalis.
 1389 Istius autem Dominici Iustitiatus ad Ann. Chr. ∞ CCC XXCIX.
 productus fuit. Et nos eum dem aliquando longius, in annum siqui-
 dem ∞ CCC XCI. de Suritæ tamen auctoritate, produximus. Sed
 nuperrimè in publicis monumentis Ann. Chr. ∞ CCC XC.
 Ioannem Eximini Cerdanum, istius Dominici filium, Iustitiam Ara-
 gonum vocatum obseruau: Comitijq. præfuisse, quæ nobis eo an-
 no, Ioanne I. Rege, ipsius Petri filio, habita fuerunt Montifoni. vt
 necessariò cogamur affirmare, istius Dominici Iustitiam dictum
 Ann. Chr. ∞ CCC XXCIX. nequaquam excessisse; aut si forte
 excessit, iam paulo post quidem. Neq. verò me opinioni meæ pri-
 stinæ putau potius assentiri debere, quàm quantum scripto aliquo, aut
 ipsa veritate niteretur. vsq. eò Ioãnes ipse Cerdanus in designãdis Iusti-
 tiarum

tiarum temporibus ieiunus fuit, vt huiusce patris sui temporis seriem
 incertam reliquerit, nec minus dubiam sui ipsiusmet Iustitiatus no-
 tationem. Vnde fit, quemadmodum initio sum conquestus, vt de
 eadem re varias nonnumquam, & discrepantes sententias necesse
 fit sequi, cum ex nullius scriptis de hoc genere, annorum ratio nisi
 imperfecta, & mutila eruatur. Rerum autem non ita. Eas enim
 vberius Cerdanus ipse persequutus est: et verò sua, & istius paren-
 tis sui facta præcipuè; tametsi nonnulla silentio prætermisit, quæ
 omnino egregia fuerunt. Sed de Ioanne continenter dicendi lo-
 cus erit. Quare nunc ad Dominicum. Cuius præter illud maximum,
 & clarissimum, quod in Petri III. Regis narratione protulimus,
 dum eidem Regi de vi interdixit, ne Ioannem filium Primogenitum
 à generali suscepta Regnorum gubernatione depelleret; factum
 aliud proditur Ann. Chr. ∞ CCC LXVIII. ab eo gestum ex Ma-
 gistratus auctoritate præclarum. Etenim ab eodem Rege missus, vt
 D. Mariæ, Infantis Ferdinandi viduæ, & quorundam ex nostris
 illius affectatorum fugam reprimeret, eosq. Vncastelli in opido con-
 sequutus, cum negotium ex sententia confectum Regi nuntiaffet,
 Rex verò iussisset eosdem detineri, & sine vlla mora, abiecta omni
 cunctatione, cuiusdam Arnaldi Franciæ, quem Rex malè oderat,
 è ceruicibus caput abscindi: Iustitia hic tam iniustum sibi iustum de-
 scribi à Rege non æquè ferens, ab ea pœna Arnaldum liberavit,
 eumq. ac ipsam D. Mariam, & ceteros omnes, quos manu compre-
 henderat, illico dimisit à se se, ne Regis iracundiæ subiacerent, &
 aliquo fortasse afficerentur supplicio, quos nouerat in discrimen il-
 lud non alicuius delicti culpa, sed sola Regis acerbitate vocari. Re-
 ctè factorum autem ea maxima est vis, vt quo maius quis timeat, ali-
 cuius in se odium concitare, eo sibi magis illius benevolentiam con-
 ciliet, & gratiam. Vnde sapiens illud ortum putatur, tantopere apud
 antiquos celebratum, dictum, quo monemur: *Nullam spectandam
 esse fortunam, dum præstetur fides: atq. etiam si mercede careat, tamen
 sit se ipsa contenta.* Fit autem plerumq. vt rectè facta præmium &
 maius, quàm quis speret, & quàm quis credat, citius consequatur. Rex
 ergò tametsi ob eam rem magno animi motu perturbatus fuit (nam
 fuit equidè) sed non tam magno, quin hunc Iustitiam domum reuer-
 tentem, eodem exciperet vultu, quo solebat: expositaq. omni istius fa-
 cti, consilijq. ratione, admoneri se ab illo pateretur, vt in puniendo
 saltem iracundiam suam omnino prohiberet, quòd cum ea rectè fieri
 Si 2 quid


quidquam vix posset. Eos enim, qui Reipub. præsint, affirmabat, ipsarum legum similes esse debere, quæ ad puniendum tantummodò æquitate, minimè autem ducuntur iracundia. Neq. fat esse eum, qui iniuriam facit, iniuriæ pænitere, quando irrita fieri non potest; si non toleranter patitur se, nequid tale committat, fieri interposita aliqua cunctatione tardiolem. Eorum quidem obsequium perniciosum esse, qui iracundiæ Regis indulgentes, eam præcipitem sinebant ferri, quò vellet. Eapropter dicebat, se nihil umquam in vita præstitisse, in quo magis sua in Regem fides, obsequiumq. constaret, quam dum illam subtraxerat ipsius iræ materiam. Sic namq. effectum fuerat, vt molestiam, quam iure debuisset capere, non cepisset; eam fortè cepisset, qua penitus debuisset carere. Tantum deniq. valuit dicendo, vt Rex ipse apertè prædicaret nonmodò non molestum sibi, sed vehementer gratū, præstitum illud factū iam videri, seq. pro eo Iustitiæ, ac mereretur, iustam, & debitam gratiam relaturum. At quibus præmijs eundem affecerit, nihil sanè mihi legisse videor. Post autem aliquanto illum extraordinario quodam honore, ac pene dicam omnium amplissimo, decorauit. Cæsaraugustæ enim Comitijs institutis eodem Ann. Chr. ∞ CCC LXIII. cùm Regem inde noua quædam necessitas auocaret: ne ad Comititalia negotia expedienda, Regis opera deesset, quæ oporteret; Iustitiam hunc Rex ipse, vt quamdiu abfuturus esset, eius ageret partes, vicarium constituit. Tunc itaq. Iustitia iste, tres personas vnus sustinuit: suam; Magistratus; & Regis: quem honoris gradum neminem alium inuenio consequutum; neq. Iustitiā ipsū ad eundē umquam deinceps peruenisse, quamuis Rex eo deinde sæpius, & fideli, & beneuolo consiliario vsusest. Et hoc quidem Iustitia assidente, præclara alia Comititia habita fuerūt sequenti Ann. Chr. ∞ CCC LXV. in quibus idem Rex peruetus Calataiubienſe opidum, clarum, & nobile, Ciuitatis dignitate honestauit, quòd illius incolæ benemeriti fuissent de Repub. cùm inter eum, & Castellanum Regem, quod diximus, bellum versabatur. Calataiubium autem ad Salonis fluminis ripam, prope antiquam Bilbilim, ab Aiubio Aboualibio, Arabum Rege, fuisse conditum, Surita in suis Indicibus scriptum reliquit. Sed ob id initio horum Comitiorum mentionem nullam feci, quia in eis nulla legum rogatio lata fuit; tamen si id habuere, quod modò singillatim attigimus, ad memoriam nostræ antiquitatis insigne. Per id quoq. temporis, ac de istius Iustitiæ consilio, præclarus ille vir, D. Bernardus Cabrera capite damnatus

natus fuit. Quem multi existimarunt, magis ob Regis iram, quam pro meritis extremum illud supplicium pertulisse. Atq. eo etiam illius facti atrocitas augebatur, quòd tantus vir omnibus nostrarum legum, ac libertatum excluderetur præsidijs, quæ tenuissimis quibusuis patebant. Nihilominus tamen non facile credam iuris splendorem in ea caussa inquinatum fuisse, neq. in eo iudicio aliquid ab hoc Iustitia sine maxima ratione esse factum; cùm singularis integritas illius, multis, magnisq. in rebus spectata, mihi certè non det obscurè de eo quidquam suspicandi locum. Tandem cùm exacta esset ætate, à Ioanne. I. Rege impetrauit (iam enim Petrus III. obierat) vt Iustitiatum Ioanni Eximini Cerdano filio deferre posset: cui delatus fuit statim ipso Ann. Chr. ∞ CCC XXCIX. tunc cùm Dominicus iste optandam sibi esse mortem prædicabat, perfuncto rebus ijs, quas fuerat adeptus, ac gessisset. Sed vitam suam ad Annum Domini Nonagesimum secundum perduxit supra Millesimum, ac Tricentesimum. Nam sic de illius obitu scriptum exstat in Kalendarum Codice *de Pilaris*: in qua Ecclesia humatus fuit. *Pridie Id. Martij obiit Venerabilis, & discretus vir Dominus Dominicus Cerdan, Miles, ac Iustitia Aragonum Anno Domini ∞ CCC XCII.* Vxorem habuit D. Mariam Sanctij Aliagam, Iacobi Aliagæ, & Mariæ Sanctij Magallionis filiam. Ex ea autem filios: Ioannem, qui sibi in Magistratu successit; ac Martinum, qui in Siciliensi expugnatione mortuus fuit. Filias quoq. Beatricem, Gundifaluo Linyanio; alteram verò, cuius nomen non comperi, Ioanni Eximini Salanouæ nuptam. Quorum vterq. Equeſter vir fuit. Istius etiam Iustitiæ ætate, quemdam Dominicum Martini Aladrenum grauisimas defensitasse causas accepimus; Hospitalisq. aliquamdiu competitorem, in magno numero fuisse patronorum. De eo tamen existimari non potest, cuius nec publica, nec priuata vlla exstant scripta.

XXXIX.

Ioannes Eximini

Cerdanus.



SED ecce in manibus omni laude dignissimus vir, ac temporibus illis doctissimus, singulari fide, ac prudentia præditus, Ioannes Eximini Cerdanus. cuius Iustitiatus multis, ac præclaris monumentis ad posterorum omnium memoriam commendatus est. Ipse enim & se ipsum nobis, & plures alios Iustitias Aragonum in medio posuit in sua illa, maximarum rerum plena, & interdum etiam iocosa epistola, quam scripsit paucis ante, quam mortuus est, an diebus, an mensibus; ut & ceteros Iustitias, & se ipsum cognosceremus per se. Quamquam autem ieiunè nimis huiusmodi argumentū pertractauit, cum sine temporum designatione nihil possit esse, nisi aridum, exile, & concisum: iure tamen laudandus videtur, quod primus illud scriptis illustrarit, ex omnibusq. princeps extiterit, qui genus hoc ornarit scribendo. Nam ante eam litera nulla est, quæ Iustitiarum Aragonum seriem complectatur. Ei autem honos à maioribus nostris habitus est tantus, sola ut ex omnibus nostrarum rerum monumentis, publicarum legum volumini connexa, earumdem videatur vim, ac dignitatem obtinere; longè, multumq. alia quæcumq. auctoritate, & fide superare. Si quid autem in ea est historia dignum, supra fusè persequutus sum, ac ipsas quoq. iocationes suas. Fuit enim sale conditus, & facetijs: sed ita tamen, ut si de iocosis rebus loqueretur, leporem adhiberet; si de serijs autem, seueritatem, non inuidiosam, aut popularem, sed infimo cuiq. gratisimam. Priusquam autem amplissimum hoc munus obiret, Regalis Fiscus, ut vulgo loquimur, Aduocatus fuit. Deinde in patris locum successit, cum illius animus tamquam in acie positus cerneretur, nullum vnumquam visus fuit, nisi publicæ utilitatis respectum, quæsiuisse. Nec paternam modò, sed maiorem etiam gloriam consequutus est. Illius namq. Iustitiatus casus habuit interdum rariores. In quibus releuandis maximè sibi necessarium

rium fuit, multum ponere industriæ, & laboris, ut ijs, qui nauigant in flectendis promontorijs, propter ventorum mutationes, quas sentiunt. Deniq. labor in negotijs, fortitudo in periculis, in agendo industria, in conficiendo maturitas, ac in præcauendo consilium, in hoc vno tanta fuere, quanta vix in pluribus alijs Iustitijs visa sunt. Iam verò, quod illius Iustitiatus Ann. Chr. MCCCXC. 1390 cœperit; nuper eam, quam dixi, memoriam inueni in proœmio tunc nobis Montisoni editarum legum. Vnicè enim in eo istius Iustitiæ sedulitatem commendat idem ille Ioannes Rex I. cuius præcipitem voluntatem Iustitia hic grauibus suis, ac iocosis verbis perstrinxit, cum Zueram confictæ venationis causa deductus, singulari sua comitate illius animum retinuit, Consiliariorum suorum inuentione in ipso Iustitiæ odium concitatum: quemadmodum narrauimus supra suo loco. Tum etiam & si quæ alia obseruatione digna, à Iustitia hoc facta produntur; in eiusdem Ioannis vita, atq. in Martini Regis fratris narratione persequuti sumus: & illam quoq. illustrem, ac splendidam, tot sententijs, ac verbis perpolitam Concionem, quam ad nostros Martinus Rex habuit Ann. Chr. MCCCXCII. in qua tot 1398 posuit de rebus à nostris gestis præclara. Illis namq. Comitibus Iustitia hic præfuit: & ipsi Regi, quamdiu vixit, & in Curia, & in Foro, ac domi quoq. officiosissimè operam suam, studiumq. nauauit. Sed omnes eius, quas paulo ante commemorauimus, eximie virtutes in quarto illo Interregno enituerunt magis, quod nobis post Martini ipsius interitum datum fuit. Tunc enim hic Ioannes ad Remp. nostram fulciendam non modò ut Architectus, sed quasi faber accurrens, illam prope cadentem suis in humeris totam Magistratus auctoritate sustinuit, effecitq. ut exteræ aliæ nationes intelligerent, quod fortè incredibile, & falsò memoriæ proditum iudicabant; fuisse nostros Aragonenses homines quondam ea in statuendo Regno sagacitate, & prudentia, ut vnus, & plurium imperium, media huiusmodi forensi Præfectura interpolita, in nouam quamdam speciè temperarent, nobisq. hanc, qua nunc fruimur, Reipub. rationem constituerent. Ex quo euenit, ut ipsi Reges nostris populis, tametsi liberis, præesse malint, quàm alijs, quamtumuis seruitute constrictis, imperare; quod ob eam ipsam causam magis stabilem suam, quàm ceterorum Regum, fortunam arbitrentur. quasi iste noster Magistratus, ita sit in speculis, ac communibus insidijs collocatus, non solùm ut Rempub. dum à Rege regatur, illius furore conquassari non sinat:

sed vt eam ad Interregnum adductam, saluam, ac incolumem futuro Regi conferuet, omnesq. motus à ratione auersos, qui Reip. afferantur, prohibeat; ne seditiose, populariter ve, sed moderatè, cautè, & quietè ei soli, ad quem iure pertineat, Regnum deferatur. Quod tandem in quarto illo Interregno factum videmus: & hoc nostrum vniuersum imperium ad Ferdinandum Infantem Castellæ, non ferro, aut armis, sed grauissimo illo forensi, ac concertatorio genere iudicij peruenisse: quodq. summum fuit, libertatem nostram, Diuino numine, istius Magistratus institutione initio natam, & auctam; tunc nobis fuisse eodem numine, atq. eiusdem Magistratus præsidio, & auctoritate retentam. Sed hac de re iam quoq. multa satis dixisse videor in quarti ipsius Interregni narratione. Et ea quidem magnopere digna scriptio est: nusquam enim tantam fuisse causam existimo, intra domesticos parietes in ciuili disceptatione versatam; & tam felicem, quod caput est, exitum habuisse. Atq. vniuersum hoc fuit primæ ab eodem Ferdinando ad nostros habitæ orationis argumentum, Ann. Chr. ∞ CD XII. paucis post diebus, quàm à selectis Iudicibus Caspi fuerat declaratus Rex. Cæsaraugustæ namq. ad capeffendum Regnum Comitij institutis, in Templo maximo illius Ferdinandus ipse, longè dilatato sermone, multisq. & gratissimis verbis istius facti laudem, atq. Aragonensis nominis gloriam celebravit. Quibus Comitij Iustitia iste præfuit: & in eis Rex ipse fidem suam, patrio more, interposito iureiurando deuinxit, nihil esse contra Regnicita, libertatem facturum, aut leges. Sed novas nullas edidit, nec diu postea vixit Ferdinandus: siquidem Ann. ∞ CD XVI. mortuus fuit, Alfonso filio, totius sui imperij instituto herede. At verò Alfonso non, qua pater, benevolentia Iustitiã hunc profecutus est: quinimmo acerbè, & penitus odiuit illum, postquam Aluarum quemdam Garaitum, Regis domesticum, à Bauiua generali Aragonum, Magistratus auctoritate, prohibuit, quòd alienigenam eo munere fungi publica lex nostra vetaret; Garaitus autem ortu Castellanus esset. Quod tam molestè tulit noster ipse Alfonso Rex, vt quoquomodo posset huic Ioanni Iustitiatum abrogandum constitueret. Nondum enim Magistratus ea erat difficultate abrogationis septus, qua nunc est. Itaq. eò rem perduxit Alfonso (tametsi non proditur, quæ efficiens causa antecesserit) vt Iustitia hic sponfionem de Magistratu deponendo faceret, quotiescumq. id fieri, Regi placeret: neq. vt se verbis obligaret solùm, sed vt

sed vt chirographi sui cautionem daret, quo ea, dum opus esset, manifesta res deferretur. Ac Surita quidem id sponte à Iustitia factum affirmat. Aliter tamen hanc ob rem existimo, quòd illum obseruarem vehementer postea, vt ab ea se fide abduceret, pugnauisse. Etenim cum nonnullis interpositis diebus ab illo Rex, quam sibi dederat, fidem postulare; ille verò tergiuersationem, ac moram interponens, licentius respondisset, eam, in qua danda quis fraudetur, nullam esse fidem; qua responsione lacepsitus Rex, cum ab eo vehementiùs, vt quod promiserat, præstaret, contenderet; nec voluntati suæ Iustitia satisfaceret: eidem tandem Magistratum abrogauit, perinde esse decernens, ac si Iustitia ipse, fidem suam liberans, sese metipsum munere abdicasset. Et quod summum fuit, Rex ipse palam per omnes vrbes vicos, ac plateas à præconibus prædicari id iussit, quò magis perspicuum fieret; constaretq. inter omnes, deinceps Ioannem hunc nò publicam, & grauem Magistratus, sed priuatam solummodò personam sustinere. Iustitia verò ita se Regis ira percussam aegrè ferens, haud esse duxit opitulandi sibi præcisam potestatem, quin ad tuendum Magistratum, Magistratus ipsius præsidia compararet. A Ioanne igitur Petri Casseda Iurisperito, eius Locumtenente, Iurisfirmam, quam diximus, impetrauit: qua sine vlla exceptione, vt est consuetudo, ea Regis sustulit interdicta. Nihilominus tamen aliquot post dies Iustitiatum deposuit: noluit enim hac de causa contendere iurgio cum Rege. Atq. is fuit istius Ioannis Iustitiatum finis. Cuius etsi incerta sunt tempora: fuit tamen absente Rege, in Neapolitanum Regnum traiecto. Neq. enim Cerdanus ipse vllam aliam istius rei temporis designationem adhibuit. Ego verò dicam ad ea, quæ aliquando dicta sunt à me: sed ita tamen, nihil vt affirmem. Hunc itaq. Cerdanum Magistratu abiisse conijcio non infra Ann. ∞ CDXXIII. Exploratius autem nihil habeo. Nec sum oblitus me aliquando illius finem longiùs produxisse, in Annum scilicet ∞ CDXXIV. Verùm à me tunc erratum puto: et habui auctorem, quem sequutus sum, & Cerdanum ipsum: qui me in eum, quem supra dixi, errorem induxerunt. Sed ea nunc lectito, quæ me in dubitationem adducunt maiorem. Namq. in Regni Tabulario nuper publica monumenta cõperi Ann. Chr. ∞ CDXX. in quibus idem Ioannes Petri Casseda, se Regentem ¹⁴²⁰ Officium Iustitiatum Aragonum, ipso Officio vacante, profitetur: sic enim, iure nostro, eo casu constitutum est fieri. Tum in alijs monumentis simillimis, Anni tamen ∞ CDXXII. eundem Ioannem

nem Petri Cassedam, Locumtenentem Ioannis Eximini Cerdan Iustitiæ Aragonum, vocatum inuenio. Præterea Cerdanus ipse perhibet, se se triginta, & tres annos Magistratum gessisse, postquam in patris locum successit. Vnde videtur illius Iustitiatus tempus ad dictum Ann. **CCDXXIII.** produci debere; cum tot intersint ab Ann. **CCCXC.** quo orsum fuisse superius indicauimus. Sed dictum Ann. **CCDXXIII.** ut suspicor, nequaquam excessit: quod eo exeunte constat Alfonso Regem in patriam reuertisse, eoq. absente Cerdanus ipse Magistratum à se depositum fuisse testetur. In tanta deniq. confusione fit, ut id dicam, quod meum animum quadam probabilitate percutit: nempe Cassedam in suo decreto fluctuasse, Cerdanumq. ob eam causam in contrarias interdum partes iisdem fluctibus fuisse iactatum, euenisseq. tunc, ut modò Magistratu depulsus, modò eidem præpositus censeretur. Nec quidquam hac de re magis certi habeo, quod dicam. Post Magistratum autem depositum ita diu vixit, ut trium Iustitiarum ætatibus implicaretur. Nam ætate processit, vsq. ad Iustitiatum Martini Didaci Auxij: ad quem scripta exstat nobilis illa, cuius toties mentionem fecimus, epistola Ann. Chr. **CCDXXXV.** data: in qua præter publicas multas res; & priuatas suas diligenter persequitur. Vxorem habuit D. Martinam Petri *del Sou*: ex eaq. filios quatuor: Iacobum; Ioannem; Gombaldum; & Martinum, qui Turiafonensis Episcopus fuit. Filias totidem; Catherinam, Beltrando Cosconio, Mozotæ domino nuptam; Martinam, Philippo Vriesio Ayeruij dominatori; Beatricem, D. Ioannis Lunæ, qui Villæfelicis dominatum tenuit, uxorem: & aliam, cuius nomen non proditur; quæ Raimundo Murio, Baiulo Generali Aragonum nupta fuit: ut huic Cerdano defuisse nihil, neq. ad honorem, neq. ad gloriam adquirendam videatur: propter spoliationem autem muneris, minimè quidquam ademptum de fortuna. Tandem eodem Ann. Chr.


CCDXXXV. quantum conijcere possum, interijt. In eo sepulchro, quod pater sibi, ac posteris in Ecclesia de Pilari decreuerat, constitutus est.

Vxorem verò in Sancti Augustini cœnobio sepultam comperio.

Berengarius

XXXX.

Berengarius Bardaxinus.



IN Cerdani autem locum successit Berengarius Bardaxinus: idem ille summus, ac spectatus vir, qui vnus est selectis nouem inclytum illud, quod paulo ante retulimus, de imperij nostri hereditate ad eunda in Caspensi opido iudicium iudicauit. Horum namq. duorum sic tunc officia quasi demensa, & paria extiterunt; ut ab altero iacta fundamenta, ab altero operi fastigium impositum videamus: sed ita tamen, ut cum alter ex alterius laude partem, suam vterq. integram totam, haberet. Atq. ita etiam vtriusq. fortuna propemodum pari momento sortis fuit, honorisq. eadem, quæ fuerat æquatio laboris. Quamquam autem Cerdano tantum tribuo, quantum supra dixi: verum in eo genere sic statuo, Berengario hoc nihil fuisse in nostra Ciuitate præstantius. Neq. enim facilè quem dixerim, plus operæ, & officij, quàm illum ad componendam Rempub. contulisse. Cumq. dicundi iuris magnum fuisse vsum & apud Vitalem, Salanouam, Cerdanos ambos, et apud alios fortasse, nec verò iam multos, audierimus; artem in hoc vno: longè ut non eorum modò, sed ut aliorum omnium, quorum tunc vbiuis industria vigeat, in iure ciuili princeps censeretur. Maximè autem hæc omnia illius generis splendor decorabat. Ortus enim erat Bardaxinorum illustri, ac vetusta stirpe; ab eo siquidè, ut conijcio, Berengario, claro, & præpotenti viro profectus, qui Ann. **CCLVII.** cum Bardaxinæ ita vocatæ Vallis in Ripacurtienfi tractu potiretur, eandem, ac semetipsum Asfanienfis cœnobij societati, ut antiquus mos erat, Surita teste, donauit. Quem etiam suspicor, illius Eximini Fortunionis fuisse filiū, aut saltem gentilem, cuius in secundi Iustitiæ narratione mentionem feci, in monumentis Ann. **CCCXXVI.** *Seniorè in Calasanz, & Bardaxin*, Ricorum hominum more, vocatum inueniri. tam altè videtur istius nobilis familiæ initium peti posse, ut pæne cum ipsa nostra antiquitate

antiquitate adæquetur. Itaq. Bardaxinus iste hanc tantam nobilitatem suam, tametsi satis maiorum laude illustratam, denuo ipse nominis sui celebritate honestavit, suamq. etiam multorum opidorum dominatione progeniem. Atq. vt de illius laudibus vnico Regis testimonio concludam, idem Alfonsus V. apertè nimis (idem ipse inquam Magnanimus, ac Sapiens Rex noster) cùm hunc Iustitiam nomine esset affatus, totam hanc illius mentis aciem, fidemq. et naturam perpauca huiusmodi verbis explicauit, dum dixit, vt est apud Suritam in tertio decimo, vt suspicor, Annali: *Si cui vni possent re-ctissimè omnia committi; Bardaxino parem, aut secundum, inuenirem neminem*. Et voluiffem certè, aliquid eidem libuiffet scribere: cùm enim sui, tum etiam multam, quam collegerat, nostræ antiquitatis notitiam reliquiffet nobis. Sed planè nihil scripsit. Neq. inertia puto: sed quòd nullum sibi tempus à maximarum rerum curatione vacaret: vel fortasse, quòd sui ingenij in posterum nullam desideraret memoriam, cùm se satis magnā fuisse duceret gloriā cōsequutū, eamq. etiam maiorem visum iri, si non sua scripta in existimantium arbitrium peruenirent. Iam verò, vt redeam ad seriem annorum, quò ea fuit mihi in Cerdani exitu dubia, eò fit modò in istius initijs incerta. Decreuit tamen non amplius in hac confusa disputatione contendere. Quapropter quoniam hoc est certissimum, id solum affirmabo; Iustitiam hunc Cerdano, nullo alio interposito, successisse. At-

1423 qui ego illum, eodem Ann. Chr. ∞ CD XXIII. iam Iustitiam nominatum inuenio; eundemq. Cassedam tunc illius locum tenere.

1432 Sed Ann. Chr. ∞ CD XXXII. Bardaxinus obiit Barcinonæ. Quare re statui nonnulla, ex ijs, quæ à Molino obseruantur, depromere, atq. hunc in locum conducere, etsi nostris sint trita, & vulgata, quòd multam nostræ antiquitatis commemorationem contineant, veterumq. exemplorum prolationem. Sic igitur ille in suo Repertorio in verbo, *Mors*, testatum reliquit. *Mortuus quando fuit Berengarius de Bardaxi Iustitia Aragonum, & quando mortuus fuit Franciscus de Zarzuela eius successor in Iustitiatu, eorum mortes fuerunt habitæ pro notorijs. Et reperi in antiquis scripturis, quòd hoc fuit saepe determinatum in consilio per antiquos Foristas. Et nota, quòd quando Iustitia Aragonum est mortuus, interim quòd Dominus Rex prouidet de Iustitiatu, Locumtenentes appellantur de Foro, Regentes Iustitiatum. Et circa prædicta est notandum, Quòd in Ann. ∞ CD XXXII. die XII. Aprilis fuit certum in Ciuitate Casaraugusta, quòd mortuus*

erat


erat dictus B. de Bardaxi Iustitia Aragonum. Et Locumtenentes ipsius erant, dominus Sanctius de Francia, & dominus Alfonsus de Mur: qui fecerunt congregare omnes sapientes ad consilium in domo dicti B. de Bardaxi quondam Iustitia Aragonum, vbi aliàs solitum erat congregari dictum consilium. Et fuit concorditer determinatum in dicto consilio: Primò: quòd dicti Locumtenentes absq. aliqua alia notificatione mortis, postquam eis erat nota dicta mors per literam filij dicti B. de Bardaxi, & aliàs erat notoria: quòd sine alia inuestigatione dictæ mortis, aut notificatione debebant procedere in suo Officio, vocando se Regentes iuxta Forum: quia mortes Iustitiarum Aragonum, & Regentiū Officium gubernationis habebantur pro notorijs, sicut mortes Nobilium, & Pralatorum. Item fuit ibi conclusum in dicto consilio: quòd dicti Locumtenentes debebant procedere in exercitio sui Officij, sine aliqua alia præstatione Iuramenti per ipsos de nouo facienda. Et fuit ibi dictum, quòd sic fuerat factum tempore, quo dictum Officium vacabat per renuntiationem domini Ioannis Eximini Cerdan, qui renuntiauit Iustitiatum in posse Regina Maria. Item fuit conclusum in dicto consilio: quòd dicti Locumtenentes debebant mandare fieri vnum sigillum nouum cum armis proprijs dicti Locumtenentis, cum quo sigillarentur prouisiones Curia Iustitia Aragonum, donec dominus Rex prouideret de Iustitiatu. Item fuit ibi conclusum: Quòd dicti Locumtenentes intimarent mortem dicti B. de Bardaxi, Bayulo generali domini Regis, & Procuratori Fiscali, ex quo dominus Rex Alfonsus erat absens à Regno: & etiam quòd intimaret dictam mortem Deputatis Regni: & quòd publicè sedentes in Curia notificarent dictam mortem omnibus ibi stantibus: & quòd de cetero corā eis comparerent illi, qui volebāt enantare, tãquā corā Regentibus prædictis, donec fuisset prouisum de Iustitiatu per dominū Regē. Et obiit dictus Berengarius de Bardaxi die prima Aprilis Ann. ∞ CCCCXXXII. Cuius anima requiescat in pace. Amē. Cōsultò enim prætereo, quòd Berengarius iste An. ∞ CDXXIV. ad Castellanū Regē orator missus fuit: tum, quòd Comitij præfuit Turoli habitis Ann. ∞ CDXXIX. itidem & ijs, quæ sequenti Ann. ∞ CDXXIX. ad Valderobres opidum celebrata fuere: et ea etiam, quæ Ann. ∞ CDXXX. & Ann. ∞ CDXXXI. in domesticis nostris, ac ciuilibus rebus effecit. In his namq. omnibus, præterquam in Comitij, non Magistratus, sed extrinsecus aliam, quam sibi tempus, ac Resp. imposuit, personam sustinuit. Sua enim ad quamcumq. rationem aptissima esse censebatur. Neq. verò in illius Iustitiatum periculose vllæ de patriæ libertate contentiones;

T t quemad-

quemadmodum in aliorum Iustitiarum tempora inciderunt: quippe cum ea esset in nostro Rege, eodem siquidem Alfonso V. moderatio, ac temperatio naturæ, omnis ut sedatio civilium perturbationum, & quasi modus rerum positus cerneretur. Itaque hic Iustitiatus eo ipso memorabilis est, quod domestica omni de publico iure disceptatione caruerit. Et fortasse Berengarius iste, sua prudentia, & consilio, Alfonso ipsum in eandem temperantiam inducebat, iurisque ac consuetudinis nostræ rationem, quandoquidem apud eum plurimum constat auctoritate, & gratia valuisse: ac denique is vir fuit, qui quamdiu vixit, Rempublicam totam tractavit, & tenuit. Eius corpus est Barcinonensi ad nostram urbem allatum fuit, & in beati Iacobi sacello, quod est in Ecclesia de Pilari oppositum Capellæ Cerdanorum, honorificentissimo in sepulchro constitutum. Vxorē duxit D. Isabelam Ram, maxima cognatione cum D. Dominico Ram, Episcopo Oicensi coniunctam, qui incliti illius iudicij sibi socius fuerat. Ex ea filios suscepit: Ioannem; Berengarium; ac Georgium: priorem quidem, ipsius Regis, ut vocant, Camarlengum, Baroniarumque Pertusæ, & Antillionis dominum: alterum, Olieti, & Arcaynæ ditionibus donatum à patre: postremum verò, Pompelonensem primum, postea Turiasonensem Episcopum, in Cerdani Episcopi locum, creatum: filiam autem unicam, D. Mariam, lectissimam feminam: quæ D. Petro Vrræ, primario nobilissimo viro, à quo Arandenses Comites fluxere, nupta fuit. ut hoc ad Bardaxinorum gentem illustrandam accederet etiam insigne.

XLI.

Franciscus Zarzuela.




ET istius Zarzuelæ Iustitiatus, eiusdem Sanctij Franciæ arbitrio, & voluntate gestus, non obscurus fuit. Franciam enim iuris valde peritum fuisse constat, & ipsius Zarzuelæ locum tenuisse. Zarzuelam verò in tanto numero fuisse non video, neque summi ingenij, sed

sed probabilis cuiusdam industriæ. Ab ampla tamen, & honesta familia originem ducebat, atque in Valentino Regno illustris Comitatus, Exericæ ditionis, potiebatur. Neque verò vita sibi tantum campum dedit, in quo posset ingenij sui, si quæ erat in eo, facultas excurrere. Magistratum enim biennium non habuit. Siquidem mense Aprilis, quo Bardaxinus mortem obiit, Iustitia factus fuit: sequenti verò 1432 Ann. Chr. M CD XXXIII. Non. Septemb. graui morbo oppressus, interijt. Ad Iustitiatum autem quasi gradibus quibusdam ascenderat. Etenim primum, Martini Regis Consiliarius fuit, illiusque Curia & Iudex, & Auditor: quæ olim erat fori consuetudo. Postea Quæsturam Regis inijt: et in Quæstura demum factus est Iustitia. Neque verò illius Magistratum alia re nota insignem inuenio, nisi ea, quæ dudum in Regni Tabulario comperi. Etenim cum mercatores nostri, Hiberum fluium nauigantes, à Catalanis tractarentur iniuriosius, quàm aut per publica macrocola liceret, aut tanta animorum, ac vicinitatis coniunctio postulare: Francia ipse, Magistratus auctoritate, (cuius amplo Locumtenentis fungebatur, ut dictum est, munere) A. D. XIV. Kal. Septemb. eiusdem Ann. M CD XXXII. Catalanis edicto suo sanxit: ut ab Hiberi alueo quamcitò remouerent, quæque omnia possent nauiculatoribus nostris obstare, quominus à Cæsaraugustana vrbe ad Dertosam usque, perquam facilis ipsa nauigatio pateret. Quod si fieret, optimè; sin minus, iudicium se se edixit daturum iniuriarum, quod nostros homines ab omnibus his molestijs vindicaret. Ac Catalanos ferunt huiusmodi consilijs statim paruissse. Et ego libenter id credam: nam ea natio semper fuit in suum cuique tribuendo facilis. Mihi verò vitio dandum statui, si quod Locumtenenti ipsi tunc magnæ laudi ab omnibus datum fuit, silentio præterirem: cum eò etiam tendat, ut præteritorum temporum momenta perpendentes, fuisse olim eam nostri Magistratus vim, ac dignitatem ostendamus, quæ domesticorum non solum, sed vicinorum, tametsi alieni iuris, auersos nonnumquam à ratione motus, ipsius rationis regula, ad quam tandem totus dirigitur, temperarit. Ceterum Zarzuela Exericæ sepultus iacet. Ex Vrsula vxore filiam reliquit Francinam, & Franciscum filium, quem heredem fecit testamento. Sed vxoris gentilicium nomen exploratum non habeo. Constat autem eam, ortu Valentinam esse, & inde etiam Zarzuelæ maiores duxisse genus suum.

Tt 3 Martinus

XLII.
Martinus Didaci
Auxius.



ATTAMEN istius Martini antiquitas generis ab Aux, nobili Galliae vrbe, profecta perhibetur. Nam inde ferunt in nostram patriam circ. Ann. Chr. ∞ CCL. strenuum quemdam virum, Ioannem Didaci vocatum, aduenisse. Qui tametsi à Regibus nostris Bielsae opido donatus fuit; illud tamen Auxij, à patriae suae nomine, cognomen à se sumptum & retinuit ipse, & posteris suis hereditarium reliquit: quemadmodum illustis, & praeclarus Didacus Castellionius, disertissimus temporibus nostris patronus, ac Philippi Regis in amplissimo Ordinum Senatu Consiliarius, in ea, quam collegit sui generis memoriam, obseruauit; vt huic Auxensium nobili, atq. amplae familiae, quacum ipse erat coniunctus cognatione, illatam labem, quae ad eundem Senatum delata fuerat, disceptatione, & cognitione veritatis, elueret, veterumq. rerum prolatione, nihil in ea vniquam vitiosum, nec maculatum fuisse demonstraret. Omninoq. in eo fuisse errorem puto: quod antiqua adhuc nostrorum nominum ratio satis nota non esset. Immo cum eam ignorarent, qui obrectarunt; falsò eidem ignobilitatem illam obiecerunt, Didaci id nomen in Auxensium familia, quod videmus esse commune cum multis, non patronymicum, sed omnino gentilicium fuisse existimantes. et simillimo errore plerosq. video frequenter duci in nostrorum hominum familijs distinguendis. Verùm huic inscitiae iam me aliquod lumen praetulisse opinor, in ea, quam supra sum aggressus, de antiquis Aragonensium nominibus disputatione. Ac fortasse ea re praestiti, quod non parui ducerem: nempe vt multitudinem nostrorum nominum, adhibita illa à nobis ipsorum varietate, perspecta, facilius deinceps singularum familiarum distinguantur gradus, ne propter eorundem confusam rationem, ex multarum summa indignitate similis labes aliarum summæ dignitati aspergatur. Is igitur

igitur Ioannes Auxensium nobilitatis princeps proditur: hic verò Iustitia, amplificator. In quo si non fuisset pertinacia tanta, ac tanta cupiditas Iustitiatus, vt fuit in eo bene gerendo curiosus, longè multos gloria superasset. Nam & industria valuit, & vsu complurium negotiorum multum: praeterea is vir fuit, qui ex Comitiali decreto Regni nostri scita, quae Salanoua, Hospitalis, & alij veteres eorum Obseruatores collegerant, vndiq. tamquam flosculos carpens, coëgit in genera, in illudq. redegit, quod nunc sub Obseruantiarum nomine connexum existat legibus nostris volumen. Qua in re eorum omnium diligentiam superauit: auctoritate verò longè operam vicit, quandoquidem huic eius labori is magnus cumulus dignitatis accessit, vt publicarum legum instar, publica ipsa lege, sanciretur. Sic fecit, quod quisq. eorum fecit; & quod omnibus defuit, expleuit. Doctrinae porro in eo tantum fuit, quod esset in priuatis rebus sibi, & amicis; in publicis autem Reipublicae dignitati satis: prudentiae verò sibi, vt mihi quidem videtur, non satis. Ante Iustitiatum autem eam gessit, quam Baiuliae generalis Locumtenentiam appellant; cum Aluarus ille Garaitus, Baiulus generalis esset. Ac Ioanne Lupi Gurrea in Garaiti locum deinde suffecto, eodem Probauli, vt ita dicam, perfunctus est munere. Postremò in altio rem gradum, ipsius scilicet Baiulatus ascendens, Baiulus generalis à Rege effectus fuit. Tandem Iustitiatum adeptus Februarij mense Ann. Chr. ∞ CD XXXIV. Sed cum illa sequor, quae scriben- 1434 da institui, tum hoc non in postremis, de quo coeperam exponere; si Iustitia hic stetit in promissis, nec splendorem suum nomine calumniae maculasset: nihil eo fuisse praestantius. Verùm eo ipso, & Regis, & bonorum omnium odio se magis irretiuit, quo noua interdum constituta lege, se se credidit interuertere posse Iustitiatum. Ita enim rem gestam exponit Martinus Pertusa, iuris, & literarum peritissimus, huic aetati adiunctus proximè; quem constat, tum ciuem grauem, tum in magnorum patronorum numero habitum fuisse illis temporibus. Nam & Zalmetina fuit, & multa de legibus nostris scripsit, quae exstant apud nonnullos, non edita: ex quibus eum colligitur ingenij acumine floruisse nimium. Is ergo dum Forum, *Yatfia*. De Officio *Iustitia Aragonum*, editum in Comitibus Alcagnicij, Iustitia hoc as- 1436 sidente, Ann. Chr. ∞ CD XXXVI. habitis, interpretatur: *Nota* (inquit) *hunc Forum, prerrogatiuam singularem continentem Iustitia Aragonum, Locumtenentium suorum, & Notariorum* principa-

principalium, & Virgariorum Curia sua, ut pro quibusvis delictis, aut causis, vel rationibus non valeant conueniri, nisi Coram Domino Rege, & Curia coniunctim, nec capi, nec accusari, nec capti detineri, (nam eadem ipsa lex est, quam supra, dum grauem illum de Magistratus vi, ac potestate locum tractauimus, loquentem induximus, vnde doceremus, nemini fas esse, Magistratum, etiam iure priuati, apud alium, præterquam apud Regem, & Regnum simul criminari.) Et ut accepi, Forus iste fuit procuratus, ut ita fieret, per dominum Martinum Didaci de Aux Iustitiam Regni Aragonum cum amicis suis: ne per dominum Regem, aut eius Locumtenentem, vel alios Iudices posset iudicari, nec contra eum aliquo modo per eos procedi, nec compelli posset ad renuntium Officium Iustitiatus, quod renuntiare promiserat, mediante quodam cartelo, propria manu scripto, toties quoties sibi restitueretur Officium Bayulia generalis Regni Aragonum per Illustrissimum dominum Regem Alfonso. Et quia requisitus per dominam Mariam Reginam Aragonum, dicti domini Regis Locumtenentem generalem, ut dicto Officio cederet, & renuntiaret iuxta tenorem dicti carteli, cum sibi restitueretur realiter dictum Officium Bayulia generalis; noluit cartelum seruare, nec contenta in illo adimplere, immo recusauit, quod sibi mandabatur ex parte dicti domini Regis, adimplere. Et cum in cartelo diceretur, quod si renuntiare dicto Officio recusasset, quod incurreret in pœnam, quam dictus dominus Rex vellet; fuit requisitus pluries, ut adimpleret promissa, pro parte dicti domini Regis per dictam dominam Reginam eius consortem, & Locumtenentem generalem: et dixit se potius velle incurrere in pœnis in dicto cartelo suo contentis, & per dominum Regem declarandis, & perdere potius vitam, quam renuntiare. Fuit declaratum, illum fore priuatum Officio Iustitiatus in pœnam: et illud Ann. ∞ CD XXXIX. fuit datum domino Ferrario de Lanuza. Et dictus dominus Martinus captus, apud Exatiuam mortuus fuit. Cartelli autem, de quo hic in presenti carta fit mentio, tenor fuit tenoris sequentis. A vos muy Excelente Principe, e Señor Don Alfonso por la gracia de Dios, Rey de Aragon, de Sicilia, etcetera: prometo yo Martin Diaz de Aux, olim Bayle general, & Receptor general en el dito Reyno de Aragon, et nueuament por vos proueydo del Officio de Justicia del dito Reyno: Que toda vegada, que por Vuestra Excellencia me seran tornados, dados, e comendados por todo el tiempo de mi vida, los ditos Officios de Bayle general, e Receptor general, en la forma que los tenia,

en el

en el tiempo, que fuy proueydo por Vuestra Señoria del dito Officio de Justicia, e con las prouisiones e seguredades, que por mi part seran a Vuestra Señoria demandadas; e sere metido por Vuestra Señoria, e de vuestro mandamiẽto, en possessiõ pacifica de los ditos Officios, e cada vno dellos; y aq̃l, o aq̃llos a quien los ditos Officios por Vuestra Señoria seran dados, e acomendados, en las ditas collacion, e comãda, e adepcion de possessiõ hi hauran consentido; e la carta publica del consentimiento dellos me sera librada en publica forma: Yo resignare el dito Officio de Justicia en manos de Vuestra Señoria. E posado, que en el dito caso recusasse, o dilatasse resignar el dito Officio: quiero ser encorrido ahora por la hora en la pena, que a Vuestra Señoria plazera. E en testimonio de aquesto jago la present escritura de mi propria mano en Çaragoça a dos dias del mes de Febrero, Año de mil y quatrocientos y treynia y quatro. Alfonso enim quando huic Martino Iustitiatum commisit, istius chirographi cautionem interposuit, ut fiduciæ acceptæ id publicum semper testimonium exstaret: quasi iam illius animus futuram inconstantiam præsentiret. Neq. verò eidem postea huiusmodi calumniam solam, sed & alia etiam crimina obieciat. Iustitia verò de obiectis nihil confitebatur: quoad fiduciam autem id agebat, ut si fieri posset, temporis procellam deuitaret: nam interposita Regij iudicij reiectione, se nouæ legis præsidio defendebat, iamq. de suis factis nullum fieri iudicium posse, nisi institutis Comitijs, affirmabat. Verum neq. Regi, neq. populo, ac vix cuiquam ex suis ea excusatio probabatur. Quòd si suæ salutis spem in aliquo honesto præsidio, aut in ipsius Regis gratia collocasset; melius suæ consulisset incolumitati, vitæ, & fortunis. Ergò ille cum in proposita sententia permaneret, nec quem exitum habitura reseffet, prouidisset satis: id deniq. effecit, ut quò minimè volebat, eò reuolueretur imprudens. Anno siquidem ∞ CD XXXIX. à Maria Regina, Alfonso Regis vxor 1439 re (Neapoli enim Alfonso tunc aderat, ea verò ipsius vicem, & locum tenebat apud nos) siue, ut Surita perhibet, à Ioanne, Nauarræ Rege, Alfonso eiusdem fratre (qui apud nos etiam assidue versabatur) euocatus, sæpiusq. ut Iustitiatum deponeret, interpellatus, & monitus, non eo solùm, sed & libertate se miser abdicauit. Etenim cum se insolenter in eodem illo congressu iactauisset; concubia quadam nocte comprehensus, clam ad Valentinum Regnum ligatus, deductus fuit, Sætabiq. nobili Contestanorum vrbe, coniectus in carcerem: vbi infelix, & ærumnosus interiit A. D. VII. Kal. August. Ann.

Tt 4 Chri.

Chri. M CD XL. quamuis hac de re varia est opinio: nonnullaq. scripta feruntur, ex quibus illius Iustitiam, ac vitam fuisse longius productam apparet: sed nequaquam tamen meliores exitus habuisse. Sic tandem omnes eius conatus ad sui ipsius perniciem desierunt. Inde illius corpus Cæsaraugustam allatum est, & in beati Francisci templo conditum in marmoreo sepulchro, quod ad claustrum ianuam nunc exstat. Liniana autem superstes vxor illud marito, sibi, & posteris faciendum curauit. De reliquo hæc habeo, quæ dicam. Patre natus fuit Ioanne Didaci Auxio: matre verò D. Martina: quos Darocæ habuisse domicilium comperio. Filios verò plures reliquit, ex coniugibus scilicet duabus susceptos: è priori quidem, quæ D. Isabella Cerdan dicta fuit; Martinum Didaci Auxium, qui Alfonsi Regis Cubicularius fuit, & Alfoceæ opidi, dum vixit, potitus; Ferdinandum quoq. qui penè infans decessit. E posteriori autem, D. Maria Eximini Liniana; Ioannem Didaci Auxium, quem paterni domicilij heredem fecit; Catharinam Didaci Auxiam; & Ludouicum Didaci Auxium: quibus bona sua singillatim aspersit testamento. Lautum enim patrimonium confecit. Nec dubito, quin magis amplum reliquisset suis, nisi tam magnum in se odium ipsius Regis Alfonsi concitasset. Simus igitur omnes ea mente, vt qui fiduciam accipiat, fidem esse præstandam arbitretur: sciatq. nec quidquam aliud, quod omnino grauius sit pertimescendum, accidere cuius posse, præter culpam.

XLIII.

Ferrarius Lanuza I.



QVAM multi autem iam Iustitiæ Aragonum commemorati sunt, & quamdiu in eorum enumeratione versamur, cum tamen ad geminos, vt ad Sessios, Artassonas, Tarinos, atq. adeò alios, dudumq. ad Cerdanos; sic nunc ad Lanuzas, institutum ordinem sequentes, peruenimus:

peruenimus. Sed de eis omnibus sic equidem statuo, vt in vna familia ad illius laudem, & antiquæ nobilitatis memoriam; vnum, aut alterum, fuisse Iustitias satis putem: & si in qua tres; eam omnino iudicem clarissimum indicium honestatis, magnum in signe honoris, ac monumentum gloriæ consequutam. Et verò tot video in Lanuzarum gente Iustitias exstitisse, vt ad sempiternum eorum nominis decus, ac splendorem, vel ea in re sola statuam esse plus etiam, quam satis, indicij, atq. argumenti constitutum, neq. quod ipsis solis satis, sed quod multis alijs satis ad suam nobilitatem illustrandam esset. Atq. hæc quoq. iure potest, & clarissimæ eorum gentis, & quasi communis esse ipsius Magistratus laus, cum hanc tantam Iustitiarum Aragonum copiam effuderit; neminem ex eis amplissimum istum fuisse honoris gradum adeptum, qui non omni studio, virtute, auctoritate, & fide ad conseruandam Rempub. incubuerit. In quos cum intueor, occurrit mihi maximè hic Ferrarius. Cuius tantus fuit animi splendor, tanta præstantia, & magnitudo, vt omnia quæ clarissimorum virorum essent, & sumpsisse sibi, & summa cum dignitate retinuisse semper, visus sit. Quamquam multis ante eum annis, Iacobi scilicet II. temporibus, alium quoq. Ferrarium Lanuzam floruisse laudibus, atq. omni genere virtutis comperio. Siquidem eum constat, cum opidorum, *de Escuer, Arguisal, & Essun de Bassa*, in ijs Regni nostri confinijs, quæ Pyrenæos montes attingunt, potiretur, neq. solum in illis ipsis municipijs, ex quibus eius generis antiquitas profecta erat, sed in tota ea regione amicis, opibus, ac potentia valeret: in prima Sardinensis Regni expugnatione circiter Ann. M CCC XXIII. in ipsius Iacobi Regis exercitu militasse, posteaq. sibi Alfoceæ opidum eiusdem Regis, vt suspicor, beneficentia adsciuisse. Is duos filios reliquit: Lupum; ac Ferrarium: quorum virtus maximè etiam nobilitata fuit illis temporibus. Ferrarius enim à Petro III. Ann. Chr. M CCCLVII. suppositus fuit Ioannis Lupi Sessiosij imperatoriæ operæ ad defendendam urbem vicarius, quando eidem Castellæ Rex Petrus ferrum, ac flammam minabatur. Lupum autem tametsi non ita bellicarum rerum laude celebratum inuenio, tamen clarum, & potentem virum fuisse constat: atq. D. Vrracam Ferdinandi Tarbam, Galaciani Tarbæ, Iustitiæ Aragonum, ex filio neptem, vxorem duxisse: in quam omnis Tarbarum hereditas nominis, ac gloriæ peruenit. Quorum ipsa cupiens intermorientem memoriam suscitare, Martinum Lupi Lanuzam, filium minorem natu, heredem sibi instituit testamento, & quasi

à se adoptatum, ex Lanuza Tarbam fieri iussit. Vnde Martinus ipse, & Galacianus Tarba, vocitatus est. Illius verò frater maior natu, Ferrarius Lanuza dictus, paternam, & auitam hereditatem adiuit; ac Iustitiam hunc è Galaciana Egidij Castro suscepit. Quam suspicor, illius D. Petri Castri, cuius in vita Stephani Egidij Tarini meminimus, filiam fuisse, aut certè gentilem: & quia à Tarinis ipsis ducebat genus suum, illud sibi Egidij, vñtatissimum eorum patronymicum nomen, in illorum memoriam, referuasse: ideoq. Galacianā Egidij dictam esse iam vt in ipso Iustitiatu eadem ipsa Lanuzarum gens tam altas egisse radices, inq. sui generis, ac feminis stirpe, ingenerata ei hæc tanta frugalitas videatur. Sed maiores suos Iustitia hic gloria superauit. Tam auspiciatò autem primus in domum suam ipsum intulit Iustitiatum, vt perquam facilem visus certè sit posteris eundem adipiscendi gradum reliquisse: apud omnesq. Reges, qui Alfonso successerunt, perinde atq. apud eum, valuisse istius, etiam mortui, tam bene de Rep. meriti, senem memoriā. Cùm verò Iustitia factus fuit, Baiuliā generalē gerebat; quippe qui fuerat in Martini Didaci Auxij locū suffectus. Sed Martino, vt paulo ante diximus, Iustitiatu abeunte, eidē in ipso etiam Iustitiatu successit: sibi autē in Baiulia, Martinus Lupi Lanuza, germanus frater, vir equidē illustis, & clarus. Sic hosce ambos fratres, quos exererat virtus ad laudem, extulit ad gloriam fortuna; vt puncto temporis eodem, atq. iisdem pene literis, alteri Baiuliatu, alteri Iustitiatu mandaretur. Ferrarius autem Magistratum

1439 inijt Kal. Iul. Ann. MCCCXXXIX. Et verò quamuis iuris scientia nudatus; sua tamen prudentia, quæ summa in eo fuit, non Magistratus solam, sed quam multi, & varij casus priuatim sibi imposuerunt, magnificentissimè personam sustinuit. Et longinquus à nobis eiusdem Regis abscessus tot, ac tanta attulit publicis rebus incommoda, vt in earum procuratione Iustitiam hunc assidue multis officijs implicatum, & constrictum esse oporteret. In primis ergò Comitij præfuit, quæ Alcagnizij fuere Ann. MCDXLI, instituta,

1442 Cæsaraugustæ verò sequenti anno peracta. In quibus nostri in proximorum Iustitiarum exemplis periclitati, publica ea lege, *Como segunt la ment de los Fueros antigos.* sub tit. *De Officio Iustitia Aragonum*: quæ tunc lata fuit, Magistratum ipsum maxima abrogationis difficultate seferunt, decernentes pacta omnia, & promissa, quæ in posterum quoquomodo de eodem deponendo fierent, irrita futura, & infecta, ac nullam prorsus vim foederis habitura. Quin Iustitiam

Aragonum

Aragonum, postquam à Rege præfectus sit muneri, ad solius Regis nutum nequaquam pendere: neq. Magistratum eidem, præterquam à Rege cum Regno simul, abrogari iam posse. Quam legem loquentem induximus, cùm de istius Magistratus vi, ac potestate disputauimus. Verumenimvero cùm ea Comitia, absente Rege, à Mariæ vxore habita fuissent, quia in Mariæ gubernatione Alphonfus maritus, in Neapolitana expugnatione occupatus, vniuersum hoc nostrum imperium posuerat; & quamuis ipse ad seruandas leges, quæ tunc editæ fuerant, hoc pignore censebatur esse obligatus factis, quòd pro eo Regina spondidisset, quæ Regalem omnem potestatem habebat: nihilominus tamen volentes nostri maiorem quoq. cautionem adhibere, statuerunt, sponsonem eam ab ipso Rege in ipsius Iustitiæ Aragonum verba fieri debere; cùm eæ præcipuæ partes Magistratus sint, publicæ nempe à Regibus nostris recipiendæ fidei. Itaq. istius rei causa, in Neapolim Iustitia hic legatus est à nostris: deq. ipso Rege, decreta omnia approbante, fidem recepit sollemni religione constrictam, se ab eis nec transuersum vñquam vnguem discessurum. tanti sua maiores illi nostri putarunt, ac nostra quoq. ad retinendam libertatem interesse, eam legem manere, quæ ijs Comitij fuerat de abrogandi muneris difficultate rogata. Et Iustitia ipse in ea legatione tantopere Regi officium suum probauit, vt ab eo discedens Ann. Chr. MCDXLV. nouo, & magno officio- 1445 retur honore. Etenim Ioanni fratri, Nauarræ Regi, intimus Consiliarius ab eodem Alphonso datus fuit, totiusq. bellicæ rei gerendæ rationis administrer. Neq. id Ioannes acerbe tulit: immo deinceps illius opera, & consilio assidue vti non solum in publicis, sed in priuatis suis, ac domesticis rebus consuevit. Cùmq. Ann. MCDXLVII. 1447 Calataiubium tenderet, vt cum Ioanna, Almirantis Castellæ filia, matrimonij dignitate coniungeretur; eum sibi asseclam iussit esse vñ cum nonnullis alijs ad tantam rem ex Optimatibus nostris selectis. Sed interea dum hæc gerebantur, Metimnæ Zelin Comes, D. Gastonius *la Cerda*, in suis opidis, quæ in iisdem ipsis confinijs sunt, contra nostrum Regnum insidias instruebat. Cui oppositus erat Rudericus Rebolledo, clarus, & fortis vir. Erat quippe inter nostros, ac Castellanos à singulis Regibus bellum indictum. Cùm igitur hi ambo duces Ann. Chr. MCDXLIX. in constitutum certamen deue- 1448 nissent; Gastonius à Ruderico cõprehensus, Cæsaraugustā captiuus ductus fuit, & ab eodem Ioanne Rege huic Iustitiæ in custodiam traditus.

ditus. Ipse verò in suam Bardallurensem arcem Gastonium deduxit, ibidemq. biennium illum in liberali custodia inclusum asseruauit. Ceterum eo tempore adhuc ille mos antiquus manebat, vt in Comitibus nostri Ordines Deputatos Regni, & Inquisitores Officij Iustitiæ Aragonum, adhibitis suffragiis renuntiarent. Ob quam causam confusa, & perturbata ea res omnino versabatur. Cui vt
 1450 prouideretur incommodo, Comitiali decreto Ann. Chr. ∞ CD L. (nam idem Ioannes tunc nostris Cæsaraugustæ habuit, absentis fratris nomine, Comitum) D. Dalmatio Murio, Cæsaraugustano clarissimo, & nobilissimo Antistiti, & huic Iustitiæ, soluta optio data fuit ad ea munera, quos ipsi vellent, ex nostris eligendi; & emendandæ etiam ea in re ipsius antiquitatis potestas. Ipsi verò amplissimos viros elegerunt: atq. vt ea omnis suffragiorum in posterum confusio tolleretur, horum munerum sortitionem constituerunt, non expressam eam, quæ nunc viget, sed ad illius prope speciem adumbratam. Inde enim informata videtur, quæ Ann. Chr. ∞ CD LXI. decreta fuit: & quæ tandem nobis mansit Ann. Chr. ∞ CD LXVII. rogata. Sed ne in ijs ordinem annorum perturbem, multum quoq. operæ Iustitiam hunc posuisse constat, vt si fieri posset, maximæ illæ inter ipsum Ioannem, & Carolum filium, Vianæ Principem, concitatae discordiæ sedarentur. Iamq.
 1453 Ann. Chr. ∞ CD LIII. Cæsaraugustæ Comitibus institutis consilia ea de re fuisse inita videmus: eosq. ambos, Carolum, & Ioannem, fidem suam in ipsorum Comitiorum facie, interposito iureiurando, Iustitia hoc asidente, deuinxisse, omnia se esse, quæ pacta fuerant, seruatuos. Quocirca paulò post Iustitia iste in Castellâ missus fuit. Atq. tunc obiit pacificatoriâ illam legationem præclaram, tantopere à Surita in suis Annalibus celebratam: in qua non solum prudenter, & cautè mandata effecit, quæ receperat; sed solus ipse opiniones eorum superauit, quos Castellanus Rex in consilium sibi istiusmodi de rebus adhibuerat. Inde præterea cum domum suam Iustitia hic reuenisset: in Neapolim iterum eorundem negotiorum
 1455 causa legatus est Ann. ∞ CD LV. Nam etsi aliquamdiu eidem Alfonso succensuerat, quòd suis mandatis Magistratus auctoritate obstitisset, cum pro illegitimarum filiarum dotibus nostra opida torqueri iubebat, quemadmodum dum de Alfonso egimus, explicauimus; sed iam multa ille animi erga hunc Iustitiam mitigati dederat signa; quòd ea esset Alphonso temperantia, ac moderatio naturæ,

turæ, vt quamlenissimè ferret interdictiones quasuis; suis tamen actionibus aduersantes, modò æquitate iuris, aut latorum legum scripto niterentur. Neq. Rex tunc, vt ipse postea sententiam suam aperuit, plus quidquam volebat, quàm quantum permetteret ius. Itaq. istius Iustitiæ legatio perquam grata Alfonso, ac iucunda fuit. Ab eo autem sequenti anno dimissus, in patriam reuertit, vt institutæ rei exitum expediret. Nec diutius multò omnia hæc acerbissimo Alfonso eiusdem interitu perturbata fuere. Obijt enim Neapoli An. ∞ CDLIX. 1458 Et eum tunc Regem amisimus, cui similis in terris non erat. Cum multis autem illius mors accidisse incommodè videretur, tum verò huic Iustitiæ: eum vt omnes crederent, & industriæ suæ, & fortunæ fructus simul perdidisse. Nam magni illum Alfonso Rex fecit ad grauissima quæq. negotia gerenda; sic vt pluris neminem. Iam verò Ioannes Nauarræ Rex, postquam fratris mortui adeptus fuit imperium, eidem huic Iustitiæ libenter concessit suorum omnium consiliorum summam: quippe qui iam pridem singularem eius fuerat industriam expertus. Priusquam autem ad gubernacula nostra federet, Cæsaraugustæ eodem ipso anno fidem suam in istius Iustitiæ verba solito nexu obligauit. Mox Valentiam proficiscens, eundem secum duxit: præceperat enim, vt quoad posset, ab illius latere numquã discederet. Atq. eundem ipsius Ioannis nomine Ann. Chr. ∞ CD LIX. interuenisse
 1459 se comperio in eo foedere, quod tunc ibi cum Galliæ Regis legatis iactum fuit: tum etiam in Comitibus ad Fragæ opidum Ann. Chr. ∞ CD LX. celebratis: & amplissimis ijs, quæ Ann. Chr. ∞ CD LXI. 1460 ad Calataiubium ab eodem Rege habita fuerunt. De quorum vbertate libet modò præclarum Molini testimonium afferre, vt ei, quod protulimus, connectatur. Nam sic est apud illum in suo Repertorio. *Fori conditi in his Curijs Calataiubij, fuerunt multi, & valde notabiles. Nam ex varijs Determinationibus Consilij Iustitiæ Aragonum fuerunt per Ioannem del Rio, magnum Jurisperitum, socerum domini Martini de Larraga collecti.* Et quoniam horum patronorum est facta mentio; fuere hi ambo illis temporibus in forensibus causis nimium versati, & in tanto numero habiti apud nos, vt eis duobus nemo ferè tertius suis ætatibus adnumeraretur: quamquam multorum iudicio, generi socerum, iuris intelligentia, antequit. Et idem aliquot post annis ad similem laudem, atq. etiam maiorem, suum illū gētīlē excitauit, Hieronymum Larragā, clarum, & doctum virum: quem
 Vu constat

constat Procancellarij Regis munus gessisse, fuisseq. omnino iustitia, & integritate præstantem. Atq. hoc memoria patrum teste dicimus. Sed vt ad hunc Iustitiam, à quo digressi sumus, reuertamur,


1467 Iudex præfuit Comitij Cæsaraugustæ habitis Ann. ∞ CDLXVII. in quibus inducta nobis fuit præclara, quæ nunc viget, exercendi Inquisitorum, ac Septemdecimvirorum in hunc ipsum Magistratum formula iudicij. vt illius statuendæ ab initio, Ferrarius iste videatur effector, auctor, & parens existisse. Præterea Ann. ∞ CD LXXV. Lazarus Borau, qui eius locum tenebat, in Alagonis opido interfectus fuit, cum Manlienem tenderet, vt litigiosæ cuiusdam à se cognitæ, & iudicatæ rei persequeretur extrema. Quod tam immane scœlus, atq. in omni vita inauditum, Ioannes Petri Caluilius, potens, & factiosus homo commisit: qui rei iudicatæ stare ostenderat non placere. Eòq. maior illius audacia, & maiori supplicio digna, visa est, quòd in totius Regni conspectu (Cæsaraugustæ enim eo tempore Comitiam habebantur) tantum virum necare ausus fuisset. Cæsaraugustam verò ipsius opidi fines attingunt. Quamquam autem illico ingens Comitiorum motus, & ipsorum Ordinum concursus, istius scœleris vindex, factus fuit: verumtamen ij impetus fuerunt inanes. Interfectores enim statim aufugerunt. Neq. verò adhuc quas dependerint pœnas, inueni. Deniq. Ann. ∞ CDLXXVIII. cum iam Iustitiatum hic in exitu esset, insignem illam Marchionis Oristanni bonorum omnium fuisse factam apparet, contendente Rege, Magistratus verò auctoritate interposita, proscriptionem. Atq. eodem ipso Ann.

1478 Chr. ∞ CDLXXVIII. exeunte, vt conijcio, ab hoc Ferrario Iustitiatum depositus fuit, statimq. Ioāni Lanuzæ, illius filio, tertio loco nato, eiusdem Ioannis Regis beneficentia, delatus. Qua de re scio aliter Suritam scripsisse: & me etiam aliquando, Archiepiscopi nostri Ferdinandi monumenta sequutum. Sed nuper in publicis ipsius Magistratus Commentarijs, Ianuarij mense sequentis anni, Ioannem Lanuzā filium, Iustitiam Aragonum sæpius nominatum, iuridicundo præfuisse obseruaui. Neq. tamen exploratius in eis quidquam inueni, tametsi quæq. potui, scrutatus sum. Sed vt vt se res habeat, hoc ibi certum ponitur, videlicet: *Die nona mensis Ianuarij Ann. Chr. ∞ CD LXXIX. interfuit in Consilio dominus Ioannes de Lanuzæ, Iustitia Aragonum: & hoc fuit primum consilium dicti domini Iustitia.* Vnde sequi mihi necessariò videtur, anteriori anno exeunte fuisse ab hoc Ferrario Magistratum depositum. Et verò ex Agnete Ga-

te Garautia, quam duxit vxorem (erat autem illius Aluari Garautij, cuius meminimus, & Violantis Lanuzæ filia) vnica filiam; ac tres filios suscepit: D. Dianiram nempe Lanuzam, quæ D. Petro Lunæ, primario Viro, Illuecæ dominatori nupta fuit; Martinum Lupi Lanuzam; Ferrarium; & Ioannem Lanuzam, quem paulo ante diximus, parenti successisse. Ac Martinus quidem, filius maior natus, Bardallurensis, ac Placentinæ ditionis institutus heres, fuit omnino fortissimus, & clarissimus vir. Ad cuius postea filium Ioannem idem iste Magistratus peruenit. De quibus infra dicendi locus erit, cum de ijs, qui interpositi fuerunt, pauca dixerimus. Ferrarius autem, Azayllia, & Cosculluelæ dominatum tenens, D. Mariam Lunam, D. Ioannis Lunæ, Villæfelice dominatoris, & D. Angelinæ Cosconjæ filiam, vxorem duxit. Quæ verò de Ioanne Lanuzæ, tertio filio, dicenda sunt, proximo, & continenti sermone referuabo: tantum est enim propositum mihi colligere eos, qui hoc sunt functi munere apud nos.

XLIIII.

Ioannes Lanuza I.



ITA Q. in paternæ quasi hereditatis partē Ioannes hic Lanuza, cum primū pubesceret, vt in iisdem Commentarijs scriptum est, Ann. ∞ CDLXXVIII. exeunte, Iustitiatum iniit, viuo adhuc Ioan 1478 ne, sed iam extremo penè spiritu confecto, Rege; vt idem prope annus, ac mensis ferè, qui ipsius vitæ finem fecit, dedisse huic Iustitiæ istius muneris initium videatur. Superior autem Ferrarius Iustitia ita bona sua partitus est cum filijs, vt duobus alijs grandioribus singulas eas, quas diximus, ditiones legaret: huic autē Ioāni, qui minor natus fuit, auita illa, *de Escuer, Arguisal, & Essunde bassa*, opida relinqueret. Et eidē quoq. hereditatis loco curauit, & obtinuit, vt amplissimū

Vu 2 hoc à se

hoc à se depositum munus mandaretur. Neq. verò inferior, quàm pater, fuit nominis splendore, aut virtute: quin certè laudibus iisdem ornatus: honoribus autem eò processit, vt & parentem suum gloria superarit. Etenim cùm in Iustitiatu gerendo magnam præstantis viri speciem indicaret, eamq. inesse in se solertiam, quæ esse posset ad res maiores obeundas satis: interuallo neclongo interiecto, munificentissimo decreto honestatus, summo cum imperio ad Valentinum Regnum, ac *Cathalonie* deinde Principatum Prorex missus fuit. Atq. eodem prorius munere, & Almirantis simul in Siciliensi Regno perfunctus postea, visus est certè, cum militari fortitudine domesticam prudentiam adæquasse: nam multa fecit & in bellicis, & in ciuilibus rebus præclara, quæ illius, tametsi mortui, viuâ tamen semper memoriam tuebuntur. Quæ verò ea fuerint, non est mihi propositum enarrare, cùm extra Iustitiatum gesta fuerint. Ac vix quidquam in eum incidisse memoria dignum comperio, quod obseruem. Hæc enim tempora planè nobis tranquilla fuere: & verè vt dicam, actiones omnes tum Catholici Regis Ferdinandi, qui cum hoc Iustitia fuit ætate coniunctus; tum Caroli V. Maximi, Imperatoris; ac Potentissimi Regis nostri Philippi, ad quos gradatim ipsius Ioannis II. Regis hereditas omnis peruenit, Magistratum hunc otiosum reddiderunt. Nam quisq. eorum pro singulari sua benignitate videtur, certatim quasi, non ad turbandam, sed ad tranquillandam Rempub. cucurrisse. Cùm verò Catholicus Rex, postquam Ioannes pater interijt, gubernacula nostra prendere concupiuit; fidem suam huic Iustitiæ, Reipub. nomine, A. D. IIII. Kal. Iul. eiusdem Ann. Chr. ∞ CD LXXIX. se nihil contra patriæ iura facturum esse, solito more, interposito iureiurando deuinxit. Et il-
 1479
 1481 lud idem similiter Ann. Chr. ∞ CD XXCI. tum idem Rex, tum Isabella vxor, pro Ioanne filio, Asturiarum, & Gerundiæ Principe, illius tutores adscripti, quod puer infans esset, sponderunt; quando illum futurum eorum heredem à nostris acclamandum decreuere.
 1485 Cumq. Ann. Chr. ∞ CD XXCV. interuenisset ille, quem retulimus, de Sancti Inquisitoris morte grauissimus casus: Iustitia hic clarissimi iurisiurandi princeps fuit, quod quadriduo post in Templo maximo à Magistratibus vrbis, sollempnibus verbis, factum est: quoniam quidem ad eam, quæ erat Catholicæ Fidei, causam non minori studio, quàm ad animarum salutem incumbere oportere iudicauit, iamq. Sanctissimum ipsum Inquisitionis Officium (quod tunc in Remp.

in Remp. ad Iudæorum delicta comprimenda inducebatur) & Magistratum omnium potètia, & priuatis singulorum præsidij fultum esse. Neq. enim pro illius statu Iustitia hic tunc solam Magistratus opem, sed & priuatas suas, suorumq. fortunas, auctoritatem, gratiam, & copias spondit. Atqui eundem aliquamdiu constat simul eodem tempore & Iustitiatu ipso, & singulis alijs muneribus fuisse perfunctum. In Valentiam siquidem circiter Ann. ∞ CDXCII. 1492 Proregem missum: post autem aliquanto, in Cathaloniam: anno verò ∞ CD XCV. amplissima illa duo, quæ paulo ante diximus, Siciliensis Regni munera obiisse. Sed Iustitiatum suum nequaquam Annum ∞ CDXCVII. excessisse, in Magistratus Commentarijs, 1497 quos dudum peruolutau, certum inuenio: eius autem vitam longius productam.

XLV.

Ioannes Lanuza II.



NAM in Magistratus Tabulario, in quo dicti Commentarij sunt reconditi, sic comperi librum inscriptum. *Liber primus consilij magnifici, & circumspècti viri domini Ioannis de Lanuza iunioris, Militis, Serenissimi domini Regis Consiliarij, ac Iustitiæ Aragonum, de Anno Chr. ∞ CD XCVIII.* In his verò Annorum, qui antecesserunt, Codicibus, quorum plurimi exstant, Ioannis Lanuzæ Iustitiæ Aragonum expressum nomen, ac sæpius repetitum in ipsis Diarijs inuenitur. Quod ad superiorem Iustitiam refferendum esse, aperta res est. Atq. inde etiam colligitur, vno, & eodem tempore, & Iustitiatu, & Regijs alijs muneribus potitum fuisse. Hæc autem tanta nominum similitudo non paruum creat in horum Iustitiarum annotandis temporibus confusionem. Quæ de ipsis enim monumenta loquuntur, ac ijdem ipsi, quos dixi, Commentarij, semper Iustitiæ Aragonum nomen non exprimunt: aut si fortasse exprimunt, nequaquã semper ijs, quæ nos adijcimus, signis, quasi articulis, V u 3 poste-


posteriorem hunc Ioannem à superiore discernunt: quibus facillimè ea omnis confusio tolli posset. Vnde fit, vt quæ personis distinguuntur, nominibus interdum confundantur: atq. vt tametsi singula facta fidenter obseruentur, ad quem tamen eorum referenda sint, non ita queant fidenter annotari. Sed maiore laude alijs in rebus, quàm in hac vna enucleatè easdem perscribendi, nostra semper omnis versata est antiquitas. Hanc autem à me nunc adhibitam vniuscuiusq. eorum temporis notationem, exploratam possumus habere, vt conijcio. Ingenuèq. fateor vulgarem eam, quæ hæctenus versata est apud nos, quæq. tum dictum Archiepiscopum Ferdinandum, tum alios, quos sum sequutus, decepit, in me faciliùs, quàm debuerat, cum primùm illos edidi Fastos, irrepisse. Apertè itaq. ex dicti codicis inscriptione colligitur, iam dicto Ann. ∞ CDXCVIII. superiorem Ioannem Iustitiatu abiisse: hunc autem in illius locum fuisse suffectum. Iunior autem propterea dictus est, quòd superioris Iustitiæ filius esset, è nobilissima D. Beatrice Pimentelia vxore, procreatus. Quod si anteriores ambo, ipsius scilicet pater, atq. auus, tantum, quantum supra dixi, omni genere laudis floruerunt: nequaquam Iustitia hic degenerauit ab eis: quin si vita sibi suppeditauisset; ad easdem ipsas, ad quas pater, fortunas, ac maiores fortasse peruenisset. Sed vterq. eorum cecidit in cursu: pater quidem, Neapolitanus Prorex, Guntifalui illius Ferdinandi Cordubæ, clarissimi, summi, ipsoq. nomine dignissimi imperatoris, loco designatus: hic verò Ioannes filius; cum in patris locum Prorex etiam in Siciliam mitteretur. sic iam ad paternam gloriam per eosdem ipsos gradus ascendebat. At verò in gerendo Iustitiatu omnino fuit auitam ipsam laudem consequutus. Prudens namq. habitus est, industriusq. in agendo; maximi animi, summi consilij vir: conseruandæq. Reipub, studiosus. Catholico autem Regi acceptissimus fuit. Cùmq. paulo ante, quàm Magistratum iniret, Ioannes Princeps Salmanticæ obiisset sine prole, quamobrem iure, futura illius hereditas ad Isabellam sororem, Portugaliæ Reginam perueniebat, quæ Catholicorum Regum grandior filia fuit: parentes eam, virumq. Emanuelem, futuros Reges à Castellanis viris salutari, Toleti Comitij institutis, impetrarunt. Cæsar Augustam inde confestim aduenientes, indictis etiam Comitij, Iustitia hoc absidente, contenderunt, simillimam nostrorum Ordinum auctoritatem ad eundem istius hereditatis exstare. Nostri tamen, ne incautè quid agerent, in ea, quæ huiusmodi de re memoriæ prodita

dita essent, inquirere cœperunt. Quod Catholica Regina visa est ægrè ferre. Sed cùm interea dum hæc agerentur, Emanuelis vxor, Augustimense iam dicti Anni ∞ CDXCIIIX. Michaëlem filium peperisset: huic nostris statim, quam Castellani parentibus dederant, fidem de futura successione dederunt, sollemni religione obligatam; prius tamen solito cū auis Regibus iuncto foedere; quibus Iustitia iste ad eam rem, quemadmodum cum Ioanne Principe factum fuerat, ipsius tunc nati nepotis tutelam cōmendauerat. At Michaëlis mater quàm mox tunc interiit. Nec Michaël ipse biennium plus vixit. Quapropter in destinatam hanc, desponsamq. ipsis hereditatem auspiciò sanè vocata fuit Ioanna, Catholicorum Regum secunda filia: quæ Philippi, Archiducis Austriæ, Maximiliani Imperatoris primogeniti filij, vxor erat. De quibus Iustitia idem iste etiam, vt assolet, A. D. VI. Kal. Nouemb. Ann. Chr. ∞ DII. publicam fidem de legibus, ac liber-
1498
1502
1507
tatibus seruandis recepit, priusquam ad eos publica rogatione, & consilio futura eas successio deferretur. Quinquennio autem post, Anno Chr. ∞ DVII. Iustitia hic, paterq. ipsius, ambo siquidem paucis interpositis diebus, Neapoli obierunt, in aperto eo ad maiores honores cursu, quem dixi. Inde eorum cadauera adducta fuere in patriam quamcitò, & in nobilissimo sacello, quod sanctissimam Virginis *de Pilari Capellam* contingit, constituta: vt & ipsæ eadem scopulosi, & infesti inferi Maris vndæ visæ equidem sint, diu pati non posse, quos viuentes ad tantam laudem, & gloriam virtus extulerat, mortuos iam tanto honore optimæ istius sepulturæ carere. Ex nobilissima vxore, D. Ioanna Rocabertina, Ioannes hic II. vnicam filiam reliquit, D. Mariam Lanuzam; quæ D. Petro Matini Lunæ, primario nobilissimo viro, Moratæ nuper Comiti, nupta fuit: eorumq. deinde vnica etiam filia, D. Maria Luna, illustrissimo Sastagensi Comiti collocata; ad quem iure horum Iustitiarum amborum communis peruenit hereditas bonorum, & gloriæ. Et iisdem ferè temporibus, quibus hic Iustitia, sed longè maior natu, apud nos floruit Alfonso Lacaualleria, interpretis iuris præclarus: cuius ea ætate tam magnum nomen in patronis fuit, vt ad munus Procancellarij gerendum idoneus haberetur. cui tandem à Catholicis Regibus præfectus fuit. Atq. eidem proximè adiunctus, ætate tamen inferior, in publicis iudicijs versatus est, Michaël *del Molino*; non tam communis iuris, vt accepimus, quàm priuati nostri peritus vir. Cuius illud exstat, ad iudiciorum certamen opus utilissimum, *Fororum, & Obseruan*

Observantiarum Aragonum Repertorium, in scriptum : à quo fateor me sumpſiſſe multa ; ne ſi negarem , fateri cogerer ſurripuiſſe . Nec dubito præteritos à me eſſe nonnullos , in ipſa iuris ciuilis ſcientia præſtantes ; & fortaiſſe fuiſſe eoſdem ipſos , quos retuli , clariores , quàm quoquomodo à me inducti ſunt . Sed hoc quidem ignorantie . Nihil enim ſcribi poteſt deijs , de quibus ipſorum nulla , aliorum verò pauca admodum monumenta loquuntur .

XLVI.

Ioannes Lanuza III.



1507 CETERVM eodem Ann. Chr. ∞ DVII. hic Ioannes Lanuza III. Iuſtitia factus fuit . Antecedentis autem Iuſtitiaæ frater patruelis erat : patre nempe natus , Martino Lupi Lanuza , Ferrarij I. grandiori , vt diximus , filio : quem clariſſimum etiam , ac fortiſſimum virum fuiſſe conſtat . Nec vellem fanè , dum tantopere laudo hos Lanuzas , ne fingi videantur hæc , vt à me quodammodo dicantur ita , ad propoſitas nunc mihi ſingulas eorum narratiunculas illuſtrandas . Res tamen ſic habet , vt non tam dignè , ac merentur , eos à me eſſe exiſtitem commendatos . Ac iſtius quidem Martini nota eſt valde excelsi , atq. inuicti animi magnitudo , virtutiſq. præſtantia ; eaq. publicis literis teſtata ſatis : in quibus Rex Ioannes II. cuius ætate fuit , tantum ei laudis impertit , quantum nemo tribuere alteri in communicanda gloria debuiffet , niſi eadem ipſa iuſta gloria veræ illius virtuti , tanquam honeſtiſſimus fructus , deberetur . Eum ſi quidē prodit aſiduè ſecum verſatum in militia , magnoq. ſibi & in periculis adumèto , & ſolatio in laboribus , & gratulationibus in victorijs fuiſſe : atq. in Cathalonico bello (quã tandem provinciam in militari labore totam peragravit) aliquãdo eumdem , non aliorum militum fortitudine , ſed ſua eximia virtute , ac præſtantia manu conſertũ quemdam Signiferum hoſtem in ipſius Regis conſpectu iugulaſſe . Quæ tanta illius


ta illius virtus vt clara , & illuſtris manèret in poſterum , ex eaq. exſtaret generi , ac nomini ſuo perennis aliqua gloria conſtituta ; ampla rogatione Rex detulit Martino , ac ſuis , vt priuata familiae ſuæ Inſignia geſtarent cum clariſſimis Regijs Inſignibus implicata : quaſi , inſigni ea Inſignium permiſſione , Rex duceret , ipſis rebus communiter geſtis , Martinum ipſum penè ſimul ſecum triumphare fas eſſe . Et cum fanè permultas res magnas , ſine Ioanne Rege in eo bello geſiſſe conſtat : Regem ſine ipſo vix vllam . Itaq. de præſtanti illius virtute verè quidem affirmari poteſt , ad eum ex bellica laude neminem vnquam ſuorum aſpiraiſſe ; ſuosq. omnes habere in eo domesticum ad imitandum exemplum , illuſtre , & præclarum . Ex ijs igitur continuis honoribus familiae ſuæ , maiorumq. ſuorum , hic Ioannes quodammodo iure viſus eſt ad hoc munus gerendum acceſſiſſe . Cùmq. illius nomen , propter memoriam patris , in ſplendore eſſet (eum namq. Martinus procreauerat filium ex vxore , quæ *D. Grayda de Torrellas, & Perellos* dicta fuit) & ipſe quoq. cognitus eſt , magnus , & excelsus homo ad honeſtatem , ad temperantiam , ad fortitudinem , ad integritatem , & fidem ; ſic deniq. ad virtutes omnes fictus à natura , vt quouis honore dignus , etiam ſine vlla maiorum commendatione , haberetur . Iſtius autem præſtantiaæ ſuæ priuatus magna ſigna dedit ; ſed in Magiſtratu maiora : et verò præcipuè ijs Comitijs , quæ eo Iuſtitia habita fuerunt Ann. Chr. ∞ DX. ∞ DXIX. & ∞ DXXIX. poſteriora duo , à Carolo V. priora verò , à Catholico ipſo Ferdinando Rege . In cuius locum Carolus ex filia nepos ſuſſectus fuit ; & vnà cum Ioanna matre eodem Ann. ∞ DXIX. à noſtris Auguſtiſſimus heres acclamatus , de eo , vt moris eſt , à Iuſtitia hoc priùs recepta fide . Neq. tamen æquum eſſet hoc loco , de Antonij Auguſtini , Gul. F. Ant. N. clariſſimi Iuriſconſulti , Catholici Regis Conſiliarij , integerrimi , ac præſtantiſſimi viri , laudibus ſilère , qui prioribus Comitijs interfuit , cùm Procancellarij ipſius Regis perſonam ſuſtineret , fuitq. Illuſtriſſimi , ac Reuerentiſſimi Ant. Auguſtini , Tarraconenſis Archiepiſcopi , pater : nam vt ceteri ex patribus , ſic iſte , qui tantum illud lumen progenuit , ex filio eſt nominandus . Is igitur Procancellarius magno vſui Reipub. fuit ijs in rebus , quæ tunc ſeſe obtulerunt , tranſigendis ; & in eo munere gloriam illam adeptus , quam nescio , an poſt fuerit quiſquam conſequutus . Etenim non apud eam ſolum Citerioris Hiſpaniaæ partem ,

quam Aragonij imperij fines circumscribunt, supremum illud in ipsius Catholici Regis Senatu iudicium exercuit; sed apud Neapolitanum, & Siciliae Regna, aliarumq; Insularum, in quas isdem ipsi fines protenduntur: praeterea tum ad Galliae Regem, tum ad Iulium II. Pont. Max. grauissimis de rebus decretus fuit legatus: ipsius q. deinde Caroli V. Regno, eodem Procancellarij munere gloriosè perfunctus. Ac ne quid praetermittamus, quod videatur ad honorem illius clarissimi viri pertinere; cum aliquando Reipub. male actae insimularetur, in Septimancam arcem, graui custodia seruandus, missus est. Insequenti vero anno, Regni summam D. Francisco Eximini Cisnerio, Archiepiscopo Toletano, moderante, vadibus datis, custodia abiit: & honori suo consulens, de Archiepiscopi voluntate, qui primo quoq; tempore postquam Remp. gerendam suscepit, ipsius Antonij causam terminandam curauerat, ad Belgas concessit, Caroli cognitionem imploraturus. Cumq; totius litis bene instructus index, & ante actae vitae testimonium, sigillo Regio obsignata, ab eodem Archiepiscopo Toletano, alijsq; supremi Ordinis iudicibus ad Carolum mitterentur: causa Ioanni Saluagio Cancellariae praefecto; Garzia Padilliae, viro optimo, & integerrimo, Commendatario Calatrauensi maximo; Montalto Regenti; Iodoco Fisci Aduocato; viris prudentibus, & iuris vtriusq; apprimè consultis, iterum inspicienda tradita fuit. Qui accurate litem retractantes, rursusq; Antonio facultatem concedentes alia in sui patrocinium allegandi, cum nihil illi amplius adijceret, prima scilicet, quae apud Hispaniam facta fuerat, defensione contentus; viri optimi innocentia perspecta, omnium iudicum calculis absolutus; Bruffellis in totius Aulae Palatinae conspectu, sententiam dignitatis, & honorificentiae plenissimam reportauit Ann. Chr. M D XVI. IX. Cal. Octobris. Quod tum Archiepiscopo, tum alijs supremi Ordinis iudicibus, qui illius integritatem, & praestantiam satis cognitam, & probatam habebant, gratissimum fuit. Nec verò huiusmodi honorum amplitudine, tametsi clarissima per se ea, ac pulcherrima quidem monumeta sunt, iam ille eget ad sui nominis memoriam propagandam. Habet aliud maius, & clarius monumentum; quod filium, ad tantam laudem natum suscepisset: illum ipsum nepe Archiepiscopum Tarraconensem; cuius nos honore ornari, dignitateq; augeri non solum omnes eius studiosi existimamus, sed & illud idem tota haec nostra regio, ipsius natalis sedes, atq; Hispania cuncta arbitratur. Cui, quod mirari satis vix queo, Romanam antiquitatem tractanti

tractanti Italia ipsa cedit: cuius admirabilem quandam, incredibilem, ac penè diuinam in antiquis legibus interpretandis scientiam omnium mortalium fama percelebrat: cui incorrupto totius Orbis iudicio, ipsorumq; doctissimorum virorum inter ipsos concessu, tributum est ita, ut cum immensam illius aciem ingenij taciti omnes admitterentur (nam quis hoc non facit?) eum in omnibus scriptis, omniq; literarum varietate nonmodò sibi ipsis, ac ijs, qui hodie viuunt, sed & ijs, qui multis ante saeculis fuerunt, libenter anteponant: cui deniq; nullus honos tribui, non debitus, potest. Atq; haec omnia, tametsi summa sunt; longè nimis vitae suae integritas vicit: iam ut tanto Pastore Tarraconensem Ecclesiam potuisse frui, inuidendum sit; iactura verò, quae illius interitu vniuersae Reip. facta est, vix consolabilis videatur. Mihi verò in graui isto casu dolendum magis, quòd eum amiserim, ad quem, tamquam ad mercaturam bonarum artium saepius me fuisse profectum praemefero, neq; tamen inanem rediisse, cum ab eo tum plurimis in rebus doctior, tum ad peruulgandum hoc opus audacior factus sim. Sed huiusmodi meritorum erga me gratissimam, quamdiu vixero, memoriam conseruabo. Verum necesse non est, ut summum hunc virum, viuorum, & praesentium attestante iudicio, commendemus. Quamobrem praestat me tacere: ne in eo laudando sermo noster ipsius oratoriae vbertatis fiti exarescat. Ut ad Iustitiam ergò redeamus, ad sui generis splendorem hoc habuit illius Iustitatus insigne: quod A. D. XVI. Kal. Iun. Ann. M D XX. Ioannes Lanuza alius, Aragonum Prorex constitutus fuit. Sic cernimus Lanuzarum gentem, vno, & eodem tempore, duplici apud nos decore cumulata: cum alter amplissimum Prorege munus, alter Iustitatus, quasi pro ipso Regno, personam sustineret. Nam & is fuit istius Iustitiae gentilis. Qua tamen cognatione teneretur, non comperi. Verum Iustitia Ann. Chr. M D XXXII. A. 1532 D. V. Kal. Decembr. mortuus est: & in superiorum Iustitiarum ad Virginis aedem conditus sepulchro. Illius fratres fuere: Gladius Lanuza; & Hieronymus Lanuza, Pinnatenfis Monasterij Abbas. Sorores verò: D. Grayda Lanuza; & D. Martina Lupi Lanuza: haec Francisco Ferdinandi Herediae, Gubernatori Aragonum nupta, de qua mox dicemus; illa autem Vgonis Vriesij, Ayeruij dominatoris, vxor fuit. Istius autem Iustitiae, D. Beatrix Espes, dicta; fuit ea quidem lectissima, & spectatissima femina. Filij autem:

lij autem : Ferrarius ; Ioannes ; & Martinus . Filia , D. Grayda itidem vocata , D. Francisco Borgiæ , nobili viro Valentino nupsit . Filiorum , posterior Mediolani obiit ; priorum autem vterq. Iustitiatum adeptus est : sed interiecto alio , qui huic Ioanni III. continenter successit .

XLVII.


Laurentius Ferdinandi
Heredia .

ATVERO is fuit, Laurentius Ferdinandi Heredia , Francisci Ferdinandi Herediæ , & D. Martinæ Lupi Lanuzæ , superioris Iustitiæ sororis , vt dictum est , filius : vir amplissima familia natus ; summa probitate , singulariq. fide præditus ; integer ; prudens ; ac tum domi nobilis ; tum apud Sardos (ad quos deinde se contulit) gratiosus . Iustitiatum iniit A . D . VI . Kal . Maij Ann . 1533 Chr . ∞ D XXXIII . nam sic est in illius Commentarijs scriptum :
1547 eoq. postea se abdicavit Ann . Chr . ∞ D XLVII . vt ad Ferrarium , auunculi filium grandiozem , qui iam è pueris excefferat , deferretur . Sic Lanuzarum genti redditus fuit gradus istius Magistratus , & honos . Laurentius autem Prorex in Sardiniam missus , maximis in rebus ibi fuit : vt non ita sibi multum sit ex Iustitiatu laude repetendum . Nullius namq. similem Præfecturam , in Sardinia vmquam accepimus fuisse gratiozem . Et Iustitiatu ipse non obscurus fuit : ea autem re clarior , quod Ann . ∞ D XLII . Philippus noster , à Regni Ordinibus Caroli patris salutatus heres , in istius Iustitiæ verba iuravit , se patrias libertates , ac leges perpetuò seruaturum spondens . Cuius promissi constantiæ , otium , quo nos fortunam regimus , ac status , quem tenemus , indicio esse potest : cum æquitate , ac iustitia præceptrice , in summa tranquillitate positi viuamus . Vnde fit , vt cum omnia istius nostri

stri clarissimi , ac præstantissimi Regis consilia , & facta ad publicam semper salutem referantur , Iustitiatu hos omnes videamus ; otiosiores , quàm alios , existisse : nobisq. etiam ob eam ipsam causam necesse sit singulas eorum narratiunculas breuioribus , atq. angustioribus verbis circumcludere , cum ceteroquin vnusquisq. illorum verissimis , ac iustissimis laudibus abundarit . Laurentius ergò , deposito Iustitiatu , in Sardiniam profectus est cum vxore D. Anna Albione : vbi nulla relicta prole mortem obiit Ann . ∞ D LVI . Callari iacet sepultus .

XLIIX.


Ferrarius Lanuza II.



LAVRENTIO Ferrarius successit ; natura mitis , comis , ac humanus ; sed qui tamen magnam quoq. fortis , & constantis viri speciem præ se tulit . Hic Ioannis Lanuzæ III. filius erat , Ferrarij I. vt paulò ante diximus , pronepos . Cuius haud nominis solam , sed similitudinem quoq. virtutum arripiens ; & fama populari eam , & vera bonorum laude est metitus . Incredibile est enim , quàm fuerit omnibus illius opera grata , & iucunda . Sed in gloriæ cursu confedit . Etenim cum A . D . IV . Non . Maij ipsius Ann . Chr . ∞ D XLVII . vt isdem in Commentarijs notatur , Iustitia- 1547
tum iniisset ; Prid . Id . Mart . Ann . Chri . ∞ D LIV . ætate 1554
florens , ingenio , & amicis , mortuus est ; & in gentilicio
eo tumulo , quo pater , collocatus . Connubij expers
decessit ; postquam in Comitibus , superiori
ri Anno Montifoni habitis , fecerat
ille quidem officio cumu-
latè fatis .

XLIX.

Ioannes Lanuza IIII.



I AM tandem ita traxit temporum ordo sermonem, ut ad Ioan-
nem Lanuzam IIII. qui nunc Iustitiam gerit, venerimus. Nam
1554 statim ipso Ann. M D L IV. ab eodem Carolo, cum apud Belgas
esset, A. D. XVI. Kal. Maij, in Ferrarij proximi, germani fratris,
locum susceptus fuit: ut ad quem moreror illius morte veniebat, ad
eundem quoq. amplissimus ille honos perveniret. Atq. ab eo vsq.
1588 ad hoc tempus ipsius dignitate, magno, quem videmus, applausu,
prudenciaq. & integritate perfungitur. Inter ceteras autem illius vir-
tutes, quibus maioribus suis sic æquè respondet; hæc certè sibi vel
maximæ laudi esse potest; quòd toto animo, ac mente in eã curam in-
cubat, ut à suis Locumtenentibus, quibus ea istius muneris pars est
concessa, ius omnibus semper æquabiliter, ac diligenter dicatur. Sed
taciturnitatem me præstat experiri, cum de illius sedulitate, diligen-
tia, ac studio, fideq. in Rempub. tacita eius gravitas, & amplitudo
apertè loquantur, neq. orationis meæ ornamentum desiderent.
Enimverò illud ego fidenter Ioãni Lanuzæ, grãdiori eius filio, què ex
nobilissima vxore, D. Catharina Vrræa, demortui Arandensis Comi-
tis sorore, suscepit, denuntiabo, quandoquidem insigni, ac singu-
lari Regis nostri beneficentia dudum, futurus post patrem Iustitia de-
signatus est; illustrem, ac latam ad bene se gerendum patère sibi in
tanto hoc Magistratu viam, cum ea sit stirpe profectus, quæ à tam
retro longè repetito initio, gloriosum id ipsum iter, apertum demon-
stravit.

Itaq. Magistratum hunc, post captam Cæsaraugustam urbem, un-
de quinquaginta viri consequuti sunt. In quos omnes si attentè, &
diligenter inquiramus; vix quemquam reperiemus commendatio-
ne, & gloria non dignum. Si quis verò fortasse laudatus satis
nequaquam

nequaquam sit; inertia nostræ largiatur: nam sic statuimus, ut pro
vniuscuiusq. dignitate, parum; pro nostra voluntate, non nimium;
sed pro nostra facultate, satis, superq. de eis nos dixisse arbitremur.


E T quoniam ad perorandum spectare videtur sermo noster: hæc de-
niq. est Reip. qua fruimur, à maioribus nostris ratio constituta,
inter Monarchiam, & Polyarchiam alia quadam interiecta nova,
vnam quasi in speciem temperata, vicina ambarum, utriusq. particeps,
vel utriusq. potius non expers; tanquam ad puncti instar medium ex-
petens locum, aquabiliter undiq. conglobata: qua cum ex Regibus, &
legibus constet; Regibus paret: sed qua tamen à severo eorum imperio,
à quo mœnibus vix potuissimus, Iustitia Aragonum Magistratu in-
terposito, tutos nos reddit: populumq. ac Regem hac vna coniunctione
deuincit, ut in omni actione secum ipsa consentiens, à solis legibus Re-
gum benignitate regatur. Quæ verò de huiusmodi argumento plura
scribi possent, iam iam fas erit, ut reliquorum Historicorum otio
concedamus.

LAVS DEO.

ANT. AVGVSTINVS

Archiepisc. Tarracon.

HIERON. BLANCAE S.



ANT.

GRATVLO R tibi in primis, ut debeo; quod Historici nostrae Reip. nomen, atq. splendorem, Hieron. Zuritae suffectus, magno consensu suffragantium Patrum, et totius Civitatis approbatione fueris adeptus. Mibi autem valde gaudeo, quod illi, quem magnopere dilexi propter eius insignes animi dotes, et amicitiam non vulgarem, tu quoq. successeris; qui neq. in me amando, neq. in Latina historia scribenda ei cessurus esse videaris. Commentariorum tuorum ingens volumen libentissime perlegi; tum quod tua sint, quem magnopere diligo, tum quod de his reb. agatur, quae ad patriae dignitatem, ac decus maxime pertineant. Itaq. si te ab eorum editione deterrem, ingratus in patriam, ac tuae gloriae invidus iudicarer: cum laborem istum tuum facile omnes probaturos sperem, futurumq. ut quae de insigni isto Magistratu, Iustitiae nomine, magno Dei munere nostris ciuib. concesso, diuinaq. appellatione insignito: Deus enim ipsa iustitia recte appellatur, non tantum iustus; ut vera sapientia, non tantum sapiens: scribere es aggressus; et peregrinis hominib. et vero praecipue nostris ipsis ciuib. gratissima sint. Non enim Ephori Lacedaemoniis, aut Tribunicia potestas Romanis magis aut grata, aut utilis fuit, quam in ista Urbe est publica istius Magistratus tutela. Quare noli amplius differre, quin ea quamprimum manib. omnium terantur; ut ad patriae nostrae ornamentum, novum hoc tuum, graue tamen, et utile, scriptiois genus accedat. Quod vero de laudib. Caesar Augustanae istius Urbis, et de veterib. Pontificib. eiusdem, si quid ex antiquis scriptorib. aut ex actis Conciliorum, aut aliunde aliquando collegeram, ad te quamprimum mitti desideras; pauca quaedam his litteris, licet fortasse, noctuas, quod aiunt, Athenas, et quae tibi sunt notiora, perscripsi. Atq. ut omittam, quid C. Plinius de Caesar Augustana immuni colonia, olim Salduba dicta, et de Conuentu amplissimo scripserit; Strabo quoq. eandem laudat, habereq. togatos ciues ait, nihil ex veteri Celtiberor. contumacia, atq. duritia retinentes. His addit Pomponius Mela: Urbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissimae fuerunt, Pallantia, et Numantia; nunc

Xx est

est *Caesaraugusta*. Vixit autem *Mela* T. I. *Caesaris*, *Caligulae*, et T. I. *Claudii* temporib. et in *Hispania* natus est. Quod vero ex verbis *Melae* elici non nemo putat, easdem esse *Numantiam*, et *Caesaraugustam*, irridendum magis, quam improbandum est; cum *Strabo* inter eas *DCCC. stadia* collocet. Venio nunc ad laudes sanctissimorum Virorum: laudari enim a laudato viro, ut tu optime in huiusce operis initio dixisti, maximum est; idq. cum fit ob religionis cultum, longe praestat. Ex his primus est, *Cyprianus* *Carthaginiensis* Martyr lib. I. Ep. IV. quam cum multis *Episcopis* scripsit *Felici* presbytero, et plebib. consistentib. ad *Legionem*, et *Asturicae*. in ea postquam *Felicis*, et *Sabini* Pontificum mentionem fecisset, ait: utq. alius *Felix* de *Caesaraugusta*, *Fidei* cultor, ac defensor veritatis litteris suis significat. Proximus huic, longo sed proximus interuallo, sit *Prudentius*, qui in libro de *Coronis*, *Encratim*, et *Socios* XVII. Martyres, et duos Confessores, *Caium*, et *Clementem* laudans, *Caesaraugustam* appellat, plenam domum magnorum Angelorum, eamq. praefert ceteris urbib. quod tam multis ornetur corporib. Sanctorum. Ex eadem *Vincentium* fuisse Martyrem tradit, et domum insulataam sacerdotum *Valeriorum*, hoc est, eius Urbis Pontificum. Constat autem multorum testimonio *Valerium*, Dei confesorem, *Episcopum* fuisse *Caesaraugustanorum*, eiusdemq. *Diaconum* *Vincentium*. Sed et in *Concilio Eliberritano* *Valerium*, eiusd. urbis *Episcopum*, subscripsisse nouimus, anno Christi plus minus *CCC. XXV.* Sic duos possumus post *Felicem* *Episcopos* *Valerios* numerare. Ipsa vero urbs laudatur carminib. quoq. duorum poetarum Christianorum, *Pontii Paulini*, qui postea *Nolanus* *Episcopus* fuit, et *Ausonii Galli*. His addamus *Concilium* *Caesaraugustanum* contra *Priscillianum*, ex testimonio *Sulpicii Seueri*, libro posteriori extremo historiae sacrae, Anno plus minus *CCC. XXC.* Fuerat paullo ante *Concilium Sardicense* contra *Arianos*: in quo subscriptum inuenimus *Castum* *Episcopum*. Sic enim in veterib. libris est, non *Costum*, ut in vulgarib. anno *CCC. XLVII.* ut quidam putant. Post haec inuenio cuiusdam *Episcopi* *Caesaraugustani* fieri mentionem, tacito eius nomine, in epistula quadam *Ascanii Tarraconen.* *Archiepiscopi* ad *Hilarium* Pontif. *Max.* quae in *Concilio Romano* est relata Anno, ut ex *Consulib.* apparet, *CD. LXV.* Sed mox in *Concilio Tarraconensi* *Vincentius* eiusd. urbis *Episcopus* subscripsit anno Christi *D. XVI.* Non hic est *Vincentius Arianus* *Episcopus*, de quo *Isidorus* scribit. Ille enim

enim temporib. *Mauricii* Imp. vixit; hic *Anastasi*, et *Iustini*. In veterib. collectionib. *Conciliorum*, post *Tarraconense* *Concilium*, *Gerundense* positum est, habitum anno vertente. in quo septem ex illis *Episcopis*, qui in superiori Synodo fuerant, conuenerunt. in his *Vincentius* non est. Post *Gerundense*, *Caesaraugustanum* collocarunt *XII. Episcopos*. quorum nomina scripta sunt; sed quib. Ecclesiis praecessent, subticuerunt. Hi *Canones* scripserunt octo: ex quibus vnus est a *Gratiano* relatus; *Ne quis ieiunet die Dominica* etc. de consecrat. dist. III. Hi, qui putant hoc illud esse *Concilium*, quod *Seuerus* contra *Priscillianum* habitum dixit; sola duor. *Episcopos*. nominis similitudine ducuntur, et loci. namq. ille refert *Idacium Emeritensem*, et *Ithacium* incertae urbis *Episcopum*, infensos *Priscilliano* fuisse; contra quem, et socios *Caesaraugustae* Synodus habita est. in qua etiam *Aquitanos* *Episcopos* interfuisse ait; et in ea damnati absentes sunt, et contumaces *Instantius*, et *Saluianus* *Episcopi*, *Helpidius*, et *Priscillianus* laici, qui *Damasum Romanum*, et *Ambrosium Mediolanensem* interpellarunt, et ab eis fuerunt reiecti. Qui ex *Hispania* *Episcopi* interfuerint, non narrat. tantum *Adyginum* scribit *Cordubensem* ad *Idacium* retulisse *Emeritensem*, qui in eos est inuectus. In *Conciliis* editis bis *Italii* nomen scriptum est. id mutant in *Idacium*, et *Ithacium*: quod facile recipi posset, si cetera conuenirent. Nihil enim est in hac Synodo, quod cum alia Synodo consonet, quae in *Aquis Caelinis* contra *Priscillianistas* habita est anno Christi *CD. XLVII.* exstatq. coniuncta cum *Toletano* primo *Concilio*. Ea Synodus habita est iussu *Leonis* Pontificis, ut apparet ex epistula *Leonis* *XCIII.* ad *Toribium Asturicensem*; in qua etiam errores eorundem haereticor. damnantur. *Isidorus* in libro de *Viris illustrib.* *Idacium Lemicae* urbis *Hispaniarum* appellat, et *Ursatium* *Episcopum* eius socium; fuisseq. *communione* priuatos, et in *exilium* missos, quod *Priscillianum* accusauerint coram *Maximo* tyranno, et damnatus occidi fuerit iussus. Sed aut in *Isidori* libro, aut in *Seueri* mendosa sunt nomina. *Prosper Aquitanicus* in *Chronicis* cum *Isidoro* facit, qui ann. *CCC. XCII.* eadem de *Ithacio*, et *Ursatio* *Episcopis* ait. In *Barcinonensi* Synodo, non edita *Ioannes* *Caesaraugustanus* *Episcopus* interfuit anno plus minus *D. XL.* Eundem putamus in *Ilerdensi* *Concilio* cum *Sergio* *Tarraconensi* conuenisse. sed non recte in editis libris *Ilerdense*, et *Valentinum* ante *Gerundense* edita sunt, cum fuerit posterius dicto anno *D. XL.* In *Toletano* tertio maximo *Con-*

cilio subscriptio exstat Simplicii Episcopi CaesarAugustani. id habitum anno IIII. Reccaredi Regis, Christi D XXXIX. Haecenus Gothi haeresim Arianorum tenuerunt: nostri tamen maiores Catholicos Pontifices habuerunt, ipsaq. ciuitas in Catholica religione perseverauit. Hoc loco referri potest, quod Sanctus Gregorius Turo-nensis lib. III. cap. XXXIX. historiae Francor. et Ado Viennensis aeta-te sexta in Chronicis, et Aimoinus monachus lib. II. cap. XIX. et XX. historiae Francor. scripserunt de urbe CaesarAugusta a Francorum Regib. obsessa Childeberto, et Clothario, anno plus minus D XXXII. quae obsessio soluta est, data ab Episcopo stola B. Vincentii Martyris, quae Parisiis in Ecclesia eidem dicata posita est. Sigebertus Gemblacensis haec an. D XLII. refert. Inter Joannem, et Simplicium, infelicem illum Vincentium Episcopum collocemus Arianum, aduersus quem Seuerus Malacitanus Antistes edidit libellum, ut Iffidorus ait in libro de uiris illustrib. tempore Leouigildi Regis praenarrasse testatur Rudericus Toletanus lib. II. cap. XIV. Post Concilium Toletanum, aliud CaesarAugustae Concilium habitum est anno VII. eiusdem Reccaredi Regis. in quo subscribunt Artemius Tarrac-nensis, et alii XII. Episcopi. in quib. Simplicius est. nomina Urbium singularum omissa sunt. tres Canones ediderunt contra Arianos. Anno proximo Oscensis Synodus habita est. tamen in ea Simplicium interfuisse, nobis incertum est. Sed in Barcinonensi anno XIV. eiusd. Regis habita, Maximus CaesarAug. Episcopus subscripsit. De Maximo Iffidorus in extremo libro de uiris illustrib. haec refert. Multa uersu, prosaq. componere dicitur: scripsit et historiolum de his, quae temporib. Gothorum in Hispaniis acta sunt: multa quoq. alia scribere dicitur, quae nec dum legi. Iffidorum Hispalen. et Maximum inuenio subscripsisse Toletano Concilio non edito, quod anno primo Gundemari Regis habitum est an. Christi DC X. Eundem Maximum in Egarensi Concilio cum Eusebio Tarracon. anno tertio Sisebuti Regis, hoc est, an. DC XIV. fuisse, uetus liber ostendit, in quo non edita Concilia, quae retulimus, CaesarAugustanum, Oscense, Barcinonense, Toletanum, et Egarense, conscripta sunt. Post Maximum, Ioannem, Braulionis fratrem, sedisse annis XII. B. Ildefonsus in libro de uiris illustrib. testis est, temporib. Sisebuti Regis, et Suinthilani. Patrem eum olim monachorum appellat, et uirum in sacris litteris eruditum, hilarem, et munificum; de Ecclesiasticis Officiis quaedam eleganter, et sono, et oratione scripsisse re-

fert, et de Paschali sollempnitate. Ioanni successisse Braulionem testatur, qui XX. annos Episcopus fuit temporib. Sisenandi, Chintilae, Tulcani, et Childasuinti Regum. Ad hunc Iffidorus librum etymologiarum extremo suae uitae tempore misit: qui in eius uita fatetur se eum librum in XX. libros diuisisse: exstantq. initio eiusd. uoluminis epistulae Iffidori ad Braulionem, et Braulionis ad Iffidorum. Vitam quoq. B. Aemiliani monachi idem scripsit. quod praeter Ildefonsum, asserit Osualdus in martyrologio prid. Id. Nou. Alia quoq. scripsisse eundem, Ildefonsus ait. Eius subscriptio exstat in quarta, et quinta Synodo Toletana. quod etiam Rudericus Toletanus lib. II. cap. XIX. refert, eumq. illustrem appellat his uerbis. Huic Synodo quintae Braulio CaesarAug. Episcopus prae ceteris illustris effulsit, atq. piam doctrinam Christianis mentib. decenter infudit: cuius et opuscula nunc usq. Ecclesia ueneratur. Huius eloquentiam Roma urbium mater, et domina per epistulare alloquium est mirata. Est etiam in Toletano Concilio sexto eius nomen adscriptum: quod habitum est anno secundo Chintilani Regis anno Christi DCXXXVIII. At in septimo non interfuisse crediderim, tum quia in quibusdam non editis subscriptionib. eius nomen non sit, tum quia apud Rudericum legatur in eod. Concilio fuisse desideratum a patrib. librum Moralium B. Gregorii. Unde Princeps, sacro Concilio, inquit, approbante, Taionem CaesarAug. Episcopum, religione, et litteratura praestantem, et sollicitum scripturarum, ad Romanum Pontif. pro libris Moralium nauigio destinauit. nota est historia, quo pacto somnio admonitus fuerit loci, in quo hi libri conseruarentur. quo enarrato Pontifici, Taio extitit, inquit, Romae gloriosus, quo antea despicabilis habebatur. et reperto, et accepto libro in Hispaniam est reuersus, et tam Romae, quam in Hispaniis habitus est uenerandus. Idem lib. III. cap. XV. inter sanctos Pontifices laudat Leandri, Iffidori, Helladii etc. atq. Taionis CaesarAug. claram doctrinam. Mendose autem Talonis, pro Taionis, editum est. Apud Ildefonsum, post Braulionem de Eugenio posteriore, Toletano Antistite, agitur: qui cum Ecclesiae Regiae clericus esset egregius, uita Monachi delectatus est. Qui sagaci, inquit, fuga urbem CaesarAug. petens, illic Martyrum sepulchris inhaesit; ibiq. studia sapientiae, et propositum Monachi decenter incoluit. Taio autem subscripsit in actis Toletani VIII. Concilii, ut in omnib. libris scriptum est. Item in actis Toletani IX. licet omissum sit in editis. Habitum autem est anno VII. Reccesuinti Regis, Christi

DC LXV. Ceteris Toletanis editis nullus Episcopus Caesarang.
interfuit. Ex veterib. libris Toletano XIII. anno quarto Ervigii Regis,
Christi DC XXCIII. subscripsit Fredeualdus Abbas, agens vicem
Balderedi Caesarangustani Episcopi. Toletano XV. anno primo Egi-
cani Regis, Christi DC XXCVIII. idem Balderedus interfuit.
Mox anno quarto eiusd. Regis Caesarangustanum tertium, siue
quartum Concilium habitum est. nomina Episcoporum desideran-
tur. Sed idem Balderedus erat Episcopus, quia idem subscripsit To-
letano XVI. Concilio, quod habitum est anno VI. eiusdem Regis. Haec
habui, quae de Episcopis, et Conciliis Caesarangustanis scriberem,
quorum memoria exstat apud me, ante cladem illam, Arabum, et
Sarracenorum irruptione, illatam. Tu his alia addes, maximisq. or-
namentis et rerum, et verborum illustrabis. Cura, ut valeas. Tarrac-
one. Kal. Febr. ∞ D XXCIV.

INDEX
 REGVM, REGINARVM,
 COMITVM, AC IVSTITIARVM
 ARAGONVM; ANTISTITVM
 Cæsaravgustanensium, Regulorumq;
 Arabum; Ricorum hominum,
 & Mesnaderiorum.

Suprarbienses
 Reges.

Garsias Eximini.
Garsias Innici I.
Fortunius I.
Sanctius Garsia.
Innicus Eximini, Arista.
Garsias Innici II.
Fortunius II. Monachus.

Aragonum Co-
 mites.

Azenarius.
Galindus Azenarij.
Eximinius I. Azenarij.
Eximinius II. Garsia.
Garsias Azenarij.
Fortunius Eximini.

Reges Aragonum.

Sanctius I. Abarca, Caso.
Garsias I. Abarca, Casonis F.
Sanctius II. Abarca, & Galin-
us.
Garsias II. Abarca, Tremulus.
Sanctius III. Maior, Imperator.
Ranimirus I. Christianissimus.
Sanctius IIII. Ranimiri F.
Petrus I. Sanctij IIII. F.
Alfonsus I. Bellator, Imperator.
Ranimirus II. Monachus.
Petronilla Regina, & Raim. Be-

rengarius, Barcinonensis Co-
mes, eius vir.
Alfonsus II. Castus.
Petrus II. Catholicus.
Jacobus I. Expugnator.
Petrus III. Magnus.
Alfonsus III. Munificus.
Jacobus II. Justus.
Alfonsus IIII. Benignus, &
Pius.
Petrus IIII. Carimoniosus.
Joannes I. Petri IIII. F.

Y Mar-

INDEX.

Martinus, Petri III. F.
Ferdinandus I. Honestus.
Alfonsus V. Sapiens, & Magnanimus.
Ioannes II. verè Magnus.
Ferdinandus II. Catholicus.
Carolus, Rom. Imp. V. Maximus, & Fortissimus.
Philippus, Caroli V. F. Monarcha.

Reginæ Suprarbij.

- * *Jnnica, siue Enenga; Garsia Eximini, Suprarb. Regis I. uxor.*
- * *Tota; Garsia Jnnici I. Suprarb. Regis II. uxor.*
- * *N..... Fortunij I. Supr. Regis III. uxor.*
- * *Theuda, siue Jnnica, seu Enenga; Aristæ Suprarb. V. Regis uxor.*
- * *Urraca, siue Enenga; ultimi Aragonensis Comitissæ filia; ac heres, Garsia Jnnici II. Suprarb. Regis VI. uxor fuit.*

Reginæ Aragonum.

- * *Tota, Urraca, ab alijs Theuda; Abarca Casonis uxor: vel dua fortasse, singulis hisce nominibus appellata.*
- * *Theresia Galindi; Garsia I. Casonis F. uxor.*
- * *Urraca Ferdinandi, seu Ferdi-*

- naldi; Abarca Galindi uxor.*
- * *Eximina; qua ab alijs Costantia, ab alijs Epiphania, ab alijs Eluira dicitur, Tremuli Regis Garsia uxor fuit.*
- * *Nunia, siue Munia; ab alijs Eluira; Gelayra, siue Gelayda ab alijs; & ab alijs Domna Maior dicta; Sanctij Maioris, Imperatoris uxor; Sanctij Castellæ Comitissæ filia fuit; Garsia Infantis, ad Legionem Septimam geminam interfecti soror.*
- * *Gisberga, siue Ermiffenda; à non nullis Gilbiga; Bernardi Rogerij Comitissæ filia; Ranimiri I. uxor.*
- * *Beatrix; prima Sanctij III. uxor.*
Felicia; Armengolis, & Clementia, Vrgeli Comitum filia; secunda eiusdem Sanctij III. uxor.
- * *Agnes; prima Petri I. uxor.*
Bertha; secunda eiusdem Petri I. uxor.
- * *Urraca; Castellæ Regis filia; Alfonsi I. uxor.*
- * *Agnes, seu Mathilde, siue Urraca; Aquitania Ducis, Pictorumq. Comitissæ soror; Ranimiri II. uxor. Ex qua filia nata*
- * *Petronilla, Regina Aragonum; qua Raim. Berengario, Barcinonensi Comiti nupsit.*

* San-

INDEX.

- * *Sanctia; Castellæ Regis filia; Alfonsi II. uxor.*
- * *N..... Folcalquerij Comitissæ sobrina; prima Petri II. uxor.*
Maria; Montispesulani Comitissæ; secunda eiusdem Petri II. uxor.
- * *Eleonora; Castellæ Regis filia; prima Jacobi I. uxor fuit.*
Violans, siue Iolans; ab alijs Hiolesia; ab alijs Andraua dicta, Ungariæ Regis filia; secunda eiusdem Jacobi I. uxor.
- * *Costantia; Sicilia Regis filia; Petri III. uxor.*
- * *Eleonora; Angliæ Regis filia; Alfonsi III. desponsa fuit: sed Regnum non inijt.*
- * *Blanca; S. Ludouici, Tolosani Episcopi, germana soror; prima Jacobi II. uxor fuit.*
Maria; Regis Cipri filia; secunda eiusdem Jacobi II. uxor.
Elisenda; D. Petri Moncada, & Bergæ Pinos filia; tertia eiusdem Jacobi II. uxor.
- * *Theresia; D. Gombaldi Entenza, & Costantiæ Antillionis filia; prima Alfonsi III. uxor fuit; sed antequam maritus Regnum obtineret, mortua.*
Eleonora; Castellæ Regis filia; secunda ipsius Alfonsi III. uxor.
- * *Maria; Nauarræ Regis filia; prima Petri III. uxor.*
- Eleonora; Portugaliæ Regis filia; secunda eiusdem Petri III. uxor.*
- Eleonora; Sicilia Regis filia; tertia eiusdem Petri III. uxor.*
- Sibilia; Bernardi Forcia filia; quarta eiusdem Petri III. uxor.*
- * *Matba, seu Mathea; Armeniacensis Comitissæ soror; prima Joannis I. uxor fuit.*
Violans; Barensis Ducis filia; secunda eiusdem Joannis I. uxor.
- * *Maria; D. Lupi Luna, Lunensis Comitissæ filia; prima fuit Martini Regis uxor.*
Margarita; D. Petri Pradesij filia; secunda ipsius Martini uxor.
- * *Eleonora; Urraca prius dicta; Sanctij, Alburquequensis Comitissæ, Henrici Castellæ Regis, fratris, filia; Ferdinandi I. uxor.*
- * *Maria; Castellæ Regis filia; Alfonsi V. uxor.*
- * *Blanca; Nauarræ Regis filia; prima Joannis II. uxor.*
Joanna; Almirantis Castellæ filia; secunda eiusdem Joannis II. uxor.
- * *Isabella, Regina Catholica; Henrici III. Castellæ Regis soror, atq. heres: prima fuit Catholici Regis Ferdinandi II. uxor.*
Germana; Nauarræ Regis, filia,
I 2 secun-

INDEX.

- secunda eiusdem Ferdinandi II. Catholici Regis, uxor.*
 * *Joanna, Regina, Catholicorum Regum filia, Caroli V. Imperatoris mater.*
 * *Isabella; Portugalia Regum filia; Augustissima fuit ipsius Caroli V. uxor.*
 * *Maria; Portugalia Regum filia; prima Philippi nostri, Potentissimi Regis, uxor.*
Maria; Anglia Regina; eiusdem Regis nostri Philippi secunda uxor.
Isabella; Gallia Regis filia; tertia ipsiusmet Philippi nostri uxor.
Anna; Maximiliani Imperatoris filia; quarta eiusdem nostri Inuictissimi Regis Philippi uxor fuit.

Iustitiæ Aragonum.

- Petrus Eximini.*
Sanctius Fortunionis.
Sanctius Galindi.
Lupus Sanz.
Fortunius Azenarij.
Joannes Pelaius.
Atho Sanz.
Joannes Didaci.
Petrus Monio.
*Didaci, Joann. Didaci F.*
Petrus Medalla.
Galindus Garsia.
Sanctius Garsia Sancta Olalla.

- Petrus Ferdinandi Castrus.*
Sanctius Touia.
Stephanus:.....
Petrus Sessefius.
Petrus Petri Tarazona.
Joannes Petri Tarazona.
Martinus Petri Artassona.
Petrus Martini Artassona I.
Petrus Sanctij.
Rudericus Castellezelus.
Fortunius Ahe.
Martinus Sagarra.
Petrus Martini Artassona II.
Joannes Egidij Tarinus.
Joannes Zapata Cadreto.
Eximinius Petri Salanoua.
Sanctius Eximini Ayeruius.
Stephanus Egidij Tarinus.
Pelegrinus Anzanus.
Pelegrinus Oblitas.
Garsias Ferdinandi Castrus.
Galacianus Tarba.
Ioannes Lupi Sessefius.
Blasus Ferdinandi Heredia.
Dominicus Cerdanus.
Ioannes Eximini Cerdanus.
Berengarius Bardaxinus.
Franciscus Zarzuela.
Martinus Didaci Auxius.
Ferrarius Lanuza I.
Ioannes Lanuza I.
Ioannes Lanuza II.
Joannes Lanuza III.
Laurentius Ferdinandi Heredia.
Ferrarius Lanuza II.
Joannes Lanuza III.

Antisti-

INDEX.

Antistites Casaravgustani.

Petrus I.
Bernardus I.

Episcopi.

A nascētis Ecclesiæ in itijs vsq. ad Arabum in Hispaniam aduentum.

- S. *Athanasius.*
 S. *Felix.*
 S. *Valerius I.*
Valerius II.
Clemens.
Castus, siue Costus.
Vincentius I.
Lucius.
Valerius III.
Vincentius II. qui fuit Arianus.
Simplicius.
Maximus.
Joannes.
 S. *Braulio.*
Taio.
Baldifredus, seu Balderedus.
Bentius.

Post Hispaniæ autem cladē, quamdiu Arabes Vrbe sunt potiti.

- Senior.*
Heleca.
Paternus.
Vincentius III.

Post Arabestamen Vrbe pulsos.

- Petrus II. Librana.*
Stephanus I.
Garsias I. Guerra de Maionez.
Gulielmus.
Bernardus II.
Petrus III. de Villabeltran.
Petrus IIII. Tarroja.
Bernardus III.
Petrus V. Eximini.
Stephanus II.
Petrus VI. de Turrerubea.
 D. *Raimundus I. de Castellezuelo.*
 D. *Rudericus I. Recabertinus.*
 D. *Raimundus II. de Castrocol.*
 D. *Garsias II.*
 D. *Sanctius I. Abones.*
 D. *Bernardus IIII. de Montagudo.*
 F. *Vincentius IIII. Monachus.*
 D. *Rudericus II. de Abones.*
 D. *Arnaldus de Peralta.*
 D. *Sanctius II. de Peralta.*
 D. *Petrus VII. Garsia de Januas.*
 D. *Fortunius de Vergua.*
 D. *Ugo de Mataplana.*
 D. *Eximinius Martini de Luna.*

Archiepiscopi.

- D. *Petrus Lupi de Luna.*
 D. *Petrus Azenarij de Rada.*
 T 3 D. *Guliel-*

INDEX.

D. *Gulielmus, Cardinalis.*
 D. *Lupus Ferdinandi de Luna.*
 D. *Garsias Ferdinādi de Heredia.*
 D. *Franciscus Clemens Perezius.*
 D. *Alfonfus de Arbuello.*
 D. *Dalmacius Murius, & Cerbellonius.*
 D. *Ioannes Aragonius I.*
 D. *Alfonfus Aragonius.*
 D. *Joannes Aragonius II.*
 D. *Federicus Portugalius.*
 D. *Ferdinandus Aragonius.*
 D. *Andreas Santos.*
 D. *Andreas Bouadilla, & Cabrera.*

Mauri Cæsaraugustanenses Reguli.

Jbnabala.
Marsilius.
Muza Aben Heazin.
Aben Alfage.
Aben Haya.
Mudyr.
Jmundar.
Almugdabyr.
Tra Almundafar.
Zulema.
Hamen Aben Huth.
Juceph Aben Huth.
Almozen.
Abdelmelch.
Hamat Almuçacayth.
Abuaalen.

Rici homines de Natura : quasi maiorum gentium patricij.

Cornelij.
Luna, Martinij.
Luna, Ferrenchij.
Luna, Lupij.
Alagra.
Urrea.
Alagonij.
Romai.
Focij.
Entenza.
Lizana.

Rici homines de Mesnada : quasi minorum gentium patricij.

Vergua.
Maça.
Tramacetij.
Atrosillij.
Antillionij.
Ortizij.
Atorellia.
Ataresij.
Tizonij.
Caxalij.
Santacruzles.
Pardi.
Castelleluelij.
Huerta.

Podij.

INDEX.

Podij.
Peralta.
Vidaurij.
Penia.
Sessebij.
Abonesij.
Naja.
Benauentij.
Ayernij.
Stada.
Calasanzij.
Espebij.
Alcala, siue Alcalani.
Artusellia.

Mesnaderij: siue Palatini, illustriores.

Fonroua.

Pina.
Alberij.
Gudales.
Pomarij.
Lirij.
Vallimana.
Gurrea.
Valtorresij.
Abarca.
Embunij.
Alzorij.
Touia.
Rueda.
Urrozij.
Funesij.
Liborrij.
Zapata.
Urriesij.
Lanuzza.
Vera.

LAVS DEO.

INDEX RERVM.

A

- A** Barcæ Reges, plures. 73. 96.
 Abarcæ, calceamenti genus. 70.
 Abarcæ cognomentum vnde ductum fuerit. 68. 69. 70. 71. 77.
 Abarcæ, Mefnaderij. 337.
 Abarcarum insignia elogij loco à Cæfone Sanctio vſurpata. 77. 85.
 Abdarraghman Almanzor, ſummus Hiſpanienſis Rex. 120.
 Abdelmelch, Cæſarauguſtanenſis XIII. Regulus. 127.
 Abdemelichus Abencatanus noſtros, qui ad ſpeluncam fugerant, premit. 12. 115.
 eo deinde ob Abdulazizij mortem reuocato, Suprarbienſis promouendi Regni initium patuit. 115.
 Abderrahmen Almortada Cordubenſe Regnum inuaſit. 121.
 Abdulazizius, Muza Abenzuyrij filius, ſub Alcaliffa Vlith, Arabum Hiſpanienſium imperio præpoſitus fuit. 12. 115. Egiptonam Ruderici Regis viduam, vxorẽ duxit. ibidem. & à ſuis occiſus eſt. ibidem.
 Abdurramen, Rex Cordubæ. 57.
 Abecadarium Gothicum à Romano diuerſum. in præfatione ad Loayſam. 6.
 Aben Alſage, Cæſarauguſtanenſis III. Regulus. 118.
 Aben Haya, Cæſarauguſtanenſis V. Regulus. 119.
 Abubacar, Maurus, Valentia Gubernator. 126. 127.
 Abuhazalen, Cæſarauguſtanenſis XVI. Regulus. 128.
 Abutaurus Regulus. 116.
 Acheblas, Villula intra Lunæ opidi finis. 458.
 Adelantati Cæſarauguſtani munus. 433.
 Adon, Archiep. Viennenſis. 4.
 Adrianus I. Pont. Max. 60. 61.
 Adrianus II. & Longobardi à noſtris de ſtatuendâ Rep. conſulti, celebre reſponſum dedere. 24. 45. 50. 59. 60. 61.
 Adrianus II. laudatur à Panuino. 28.
 Iltiprandus gentilicio nomine dictus fuit. 61. à Sergio II. Cardinalis factus. 62.
 Adriani Pont. Max. de miraculo Beatæ Mariæ del Portillo verba. 142.
 Aemilius, Gallicus ſcriptor. 10. 19.
 Aequitatis ea magna eſt vis, vt factum, in quo integra præſtetur fides, imprecbari vetet. 452.
 Aera quandoq. pro anno ſumpta, & è conuerſio. in præf. ad Loay. 6. triginta & octo annos Natalem Chriſti antecellit. ibidem.
 Aeræ computatio quando apud nos ſublata fuit, & vt à Natali Domini annorum ratio petatur, decretum. 200. 201.
 Agnes, Regina Aragonum, prima Petri I. vxor. 113.
 Agnes, Regina Aragonum, Ranimiri II. vxor. 147.
 Agnes Garauita, Ferrarij Lanuzæ I. Iuſtitia Aragonum vxor. 577.
 Agnomen, quid; & ad quid inuētum à Romanis. 403.
 Agnomina apud eos non omnia hereditaria fuere. 403.
 Agnomina à cognominibus nihil differre, Tullij teſtimonio contra veterum Gramaticorum ſententiam comprobatur. 403.
 Agramontenſium, & Viamótenſium contrariæ factiones apud Nauarros quando ortæ. 259.
 Aheorum generis antiquitas è Tahuſtij opido profecta. 447.
 Ahoneſij, minorum gentium patricij. 329.
 Aimericus, Abbas Pinnatenſis. 63. 65. 103.
 Ainſa, Suprarbienſis Regni (104. 105. 108. caput. 15. 16.
 Alagon, olim Alauona. 149.
 Alagonij, maiorum gentium patricij. 327.
 Alamazon, Senior in Montecluſo. 148.
 Alamini munus. ex Vitali. 415.
 Albalatulum opidum, à quo, & quando Cæſarauguſtanenſi Xenodochio donatum fuit. 256.
 Alberij, Mefnaderij. 337.
 Alcagnicium, olim Ergauica. 228.
 Alcalæ, ſiue Alcalani, minorum gentium patricij. 330.
 Alcales, Arabico nomine, & Iudices & Auditores Curia dicebantur. 419.
 Alcantara

INDEX

- Alcanrara, Arabica vox, pontem significat. 257.
- Alcãtaræ Commendatores apud nos, qui dicebantur. 257.
- Alchayde Aben Alimen, Arabs. 323.
- Alcoracensis pugna: in qua S. Georgius nostris affuit, indeq. quatuor capita nigrorum Regum Insignia nobis Regia redundarunt. 111. 112. 127.
- Aldebrandus, siue Abreuianus PP. corruptè in Suprarbiensi Foro legitur, pro Itiprando: & idem est, qui Adrianus II. 61. 62.
- Alexander II. Pont. Max. 104.
- Alexander, postquam Rex appellatus fuit, superbus factus. 286.
- Alfajarinum opidum à quo constructum. 118.
- Alfajeria, Regia Suburbana domus Cæsaraugustæ à quo constructa. 119. & non Alfajeria vocanda. ibidem. Cisterciensibus monachis tradita. 130. 203.
- Alfonso I. Imperator, Aragonum Rex VIII. Bellator. 113. Cæsaraugustam cepit. 114. 136. in Mezquita maiori Cathedrali sedem constituit. 130. quo anno obierit. 141. eius cadaver quare à nostris celatum. 141.
- Alfonso II. Aragonum Rex XII. Castus. 153. viuentis patre Raimundus dictus. 151. 152.
- Alfonso III. Aragonum Rex XVI. Munificus. 176. viuentis patre fuerat designatus heres. 172.
- Alfonso IIII. Aragonum Rex XVIII. Benignus, & Pius. 186. Magistratui Iustitiæ Aragonum, vt Notarios Curie suæ adhiberet, concessit. 188. 368. 462. præclarè de legibus, ac libertatibus nostris iudicauit. 188.
- Alfonso V. Aragonum Rex XXIII. Sapiens, & Magnanimus. 254. viuentis patre fuerat futurus successor designatus. 250.
- D. Alfonso, Infans Aragonum, Alfonso II. filius. 153.
- D. Alfonso, Infans Aragonum, Iacobi I. filius: non puer obiit, vt traditur. 159.
- D. Alfonso, Infans Aragonum, Alfonso III. filius; puer obiit. 186.
- D. Alfonso, Infans Aragonum, Petri III. filius. 197.
- D. Alfonso Aragonius, Gandiæ Dux, in quarto Interregno ex competitoribus vnus. 218. 181. prius fuerat Marchio Villienæ, & Castellæ Connestabulus. ante iudicium factum decessit. 239.
- D. Alfonso Aragonius, idem Gandiæ Dux, superioris Alfonso filius, mortuo patre in eodem Interregno inter competitors admittitur. 239. Ferdinando Regi victori cedit. 250.
- D. Alfonso Aragonius, Ioannis II. filius, Calatrauensis Magister, Aragoniorum Villæformosæ Ducum parens. 259.
- D. Alfonso Aragonius, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, Catholici Regis Ferdinandi filius, Archiepiscopi Ferdinandi pater. 275. 284. curationem Reginæ Ioannæ, sororis, à Catholico Rege impetrauit, quandiu Carolus nepos abesset. sed ea vti non potuit. 277.
- D. Alfonso Arhuello, Archiepiscopus Cæsaraugustanus. 284.
- Alfonso, Castellæ Rex, nostri Alfonso I. priuignus, in tertio Interregno Regnū appetens, Cæsaraugustam adortus est, eaq. parumper potitus. 146. ei Priuilegia, & Leonis, quæ nunc gestat, Insignia concessit. 146. corpore erat pusillus. 147.
- Alfonso, Castellæ Rex, Sapiens. 16. 51. electus, Rom. Imperator. 443. eius, ac Ruderici Archiepiscopi testimonio conuincitur, eos, qui Aristam antecesserunt, Reges fuisse. 51.
- Alfonso, Portugaliæ Rex. 197.
- Alfonso Lacaualleria, Procancellarius Regis. 511.
- Alfonso de Mur, Locumtenens Iustitiæ Aragonum. 493.
- Alhobzes, Arabica vox, arces significat. 427.
- Aliala, siue Alifara, quid. 432.
- Alienigenæ, Rici homines fieri non poterat, neq. eis Honores assignari. ex Virg. 305. quod si quæ opida ipsis Honorario iure ad Ricorum hominum instar concessa reperiantur, non ex Ricorum hominum parte, sed ex quota ea, quæ Regibus obueniebat, tributa fuisse censendum. 319.
- Almanzor, Cordubensis Rex, prope Vaxmam victus. 92.
- Almorauides, & Almohades cotrarij. 128.
- Almo

RERVM.

- Almozaben, Cæsaraugustanensis XIII. Regulus. 126. à Ruderico Biuario in Regno constitutus, eidem ad expugnandam Valentiam adiumento fuit. 127. postea à Rege Petro I. in Alcoracensi prælio deuictus. 127. 111.
- Almudebar opidum quando captum. 114.
- Almugdabyr, Cæsaraugustanensis VIII. Regulus. 121. primis nostris Regibus tributa pensitauit. 122.
- Almunia, opidum. 221.
- Alquezar, opidum quo anno captum. 100.
- Aluarus Cabrera anno 1260. Balbastrensem regionem compilaui. 444.
- Aluarus Garauitus à Baiulia Generali, quod Castellanus esset, Iustitiæ Aragonum interdicto depulsus est. 488.
- Ambrosius Morales, Regius Historicus. 19. 87. 302.
- Andeca Cantabriæ Dux, filijq. illius. 33. 34.
- Andreas Aninionius, Iuratus Cæsaraugustæ. 135.
- D. Andreas Santos, Archiepiscopus Cæsaraugustanus. 284.
- D. Andreas Bouadilla, & Cabrera, Archiepiscopus Cæsaraugustanus. 284.
- Anfusus, Alfonso, & Ildefonsus, idem. 129.
- D. Anna Aragonia, Caroli Principis filia, Metinæ Zelin Ducis vxor. 259.
- Anna Albion, Laurentij Ferdinandi Herediæ, Iustitiæ Aragonum vxor. 517.
- Annales Hieronymi Suritæ laudantur. in præf. ad Lo. 4.
- Annonius scriptor. 4.
- Annorum ratio olim non à Natiuitate, sed ab Incarnatione Domini petebatur. 138.
- Annorum ab Incarnatione initium, in Mense Martio sumendum. 138.
- Antillionij, minorum gentium patricij. 329.
- Antiquitas laudatur. 340.
- Antistes primarius, qui ex nostris adest in Comitij, Propositioni Regiæ responsum dat. 381.
- Antonius Augustinus Procancellarius Regis, Archiepiscopi Tarraconensis pater, iudicium calculis abolutus fuit. 513. 514.
- D. Antonius Augustinus, Tarraconensis Archiepiscopus. 5. 514. 515. in præf. ad Lo. in fine. eius epistola de laudibus Cæsaraugustæ, & veteribus Pontificibus illius. in extrema horum Commentariorum parte.
- Antonius Arbuesius, Petri Arbuesij Inquisitoris pater. 264.
- Antonius Barrachina, cuius Cæsaraugustanus. 265.
- D. Antonius Luna, patricius nobilissimus, Vergeli Comitibus fautor. 218. Regni Deputatus in quarto Interregno. 226. 232. Archiepiscopus Cæsaraugustæ necauit. 229. miser obiit. 252.
- Antonius, & Paschasius Melerio Cæsaraugustani ciues gentilicium id Meleri nomen in publicis Comitibus repudiaverunt. 409.
- Apostolicum, veteres Pontificem Maximum appellabant. 61.
- Aquilinus, Pinnatensis Abbas. 104.
- Aquitania aliquamdiu Reges suos habere consuevit. 22. in ea Aristæ patrimonium fuit: nostrisq. præcis Regibus paruit. 95.
- Aquitanici Episcopi quare in nostrorum Regum Priuilegijs inter Testes apposti reperiuntur. 95.
- Arabes Hispanenses ad propulsandam Caroli Magni potentiam, dum Hispaniam transcendit, ab Africa Regis imperio desciscientes, summum sibi in Hispania Regem cooptarunt. 115.
- Arabes, dicebantur Mozlemes. 123.
- Arabes, ac Iudæi quandoq. in tenebris suis intra mœnia nostra versati sunt. 417.
- Aragonia Regio, quam lata, & vnde dicta. 18. 36. quando Comitatus nomine insignita. 18. & quando Regni nomen assumpsit. 71. 79.
- Aragonum Comites. 34. post Abarcam Regem non exstant. 79.
- Aragonum Reges. 81. 281. nullam societatem cum tyrannis habent. 297. eorum virilis stirps ad feminam delata. 151. neq. truncus solus, sed & rami, & folia lectissimos gloriæ fructus attulerunt. 217. in temporalibus nullum recognoscunt superiorem. 355. olim Regale nomen nõ assumebant, quo vsq. Regijs decorabatur Insignibus, & de seruandis legibus, præstita ab eis fide, à Regni Ordinibus Reges statuebantur. 190. infra plura in verbo. Reges Aragonum.
- Aragonum, & Nauarræ Regna, ab antiquo

INDEX

- quo Suprarbiensi Regno fluxerunt. 166.
& licet iisdem ferme initijs orta, dispa-
res progressus habuerunt. 285.
- Aragonum Regnum latius, quàm Nauar-
rêse paruit. 285. Ecclesiæ Romanæ tribu-
tarium factum. 155. totius Regiæ ditio-
nis, quæ latissimè postea propagata, ca-
put semper ab ipsis Regibus decretum
est. 177. 189. 355. in quinq. Iunctas distri-
butum. 163. plurima Regna, Comita-
tus, & dominationes sibi vnitas haber.
355. eidem semper dari consuevit in
tota dignitate principatus. 235. quare
oportuerit tot libertatibus ornatum
esse. 350. eius nominis dignitas iam
tempore secundi Interregni magna
erat. 77. 78.
- Aragonenses, Suprarbienses, ac Pompelo-
nenses quomodo olim fines suos inter se
distinctos habuerunt, à Sanctio III. Re-
ge constitutos. 63.
- Aragonenses, & Suprarbienses, sub vna
Rep. censabantur posit; etiam quamdiu
Aragonum Comites viguerunt. 22. 36.
43. proptereaq. non tam sibi distantia iu-
ra fecerunt, quia non tantopere inter se
initio discreparunt. 66. 43.
- Aragonenses ad Lacedæmoniorum instar
non semper in omnibus rebus scripto
iure vtuntur: quin potius iam à Regni
initio apud nos multarum legum, ac li-
bertatum munia in capitibus pruden-
tum versantur. in præf. ad Lo. 2.
- Aragonenses quò natura sumus lingua he-
betiores, eò propensiores in conficien-
dis, quàm in conscribendis rebus con-
sueuimus curam adhibere. in præf. ad
Lo. 3. Testatur iure militari. 132. sta-
mus cartæ. 132. volumus leges nobis so-
las habere loquentes, mutos autem ea-
rum ministros, Magistratus. 343. atten-
tos semper animos ad decòris conserua-
tionem tenemus. 212. & in omnibus re-
bus magni interesse putamus, quibus
illæ modis fiant. 178. seuerum, & vento-
sum imperium, odiosum semper arbi-
trati sumus. 343.
- Aragonenses Magistratus non ex Roma-
norum Magistratum nominibus apel-
landi. in Ep. ad Dep. 3.
- Aragonenses Foros adhuc nonnulla opi-
da intra Valentinus fines constituta re-
tinent. 161.
- Aragonenses Episcopi nulli ante Hispa-
niæ cladem inueniuntur. 77. postea verò
plures: Iaccensesq. & Oscenses dicti sunt.
98. Aragonensesq. omnino vocari de-
sierunt. 112.
- Aragonenses antiqui multorum nomi-
num non habuerunt vsùm: sed tantùm
nominibus proprijs, & patronymicis
contenti; postea gentilia nomina ad-
hibuerunt. 404. ad expugnandum Va-
lentinum Regnum Iacobo Regi quin-
tam bonorum suorum vltro contule-
runt partem. 161.
- Aragonensis Reip. descriptio iure potest
& Regibus, & populo grata esse. in ep.
ad Dep. 5. quomodo media inter Poly-
archiam, & Monarchiam temperata sit.
ibidem. & 343. 519. melius quàm Lacedæ-
moniorum Resp. constituta. 389. in quo
hæc temperatio consistat. in ep. ad Dep.
5. 26. 288. 289. 340. in Comitijs integrum
corpus fingitur. Cuius caput; Rex: trun-
cus, & membra corporis; Regnum: Iu-
stitiâ Aragonum; collum. 375.
- Aragonensis antiquitatis iactura. in Præf.
ad Lo. 1. 2. & 196.
- Aragonensis Regiæ successioni in quarto
Interregno cõpetitores quinque. 217. 240.
- Aragonensium libertatum origo. 21. 118. 288.
illarum duo firmissima præsidia; Iuris-
firma, & Manifestatio, & ad quem finè
instituta. 350. earumdem præcipua capita
quæ sint. 348.
- Aragonensium, alij Infantiones, & ermu-
nij, idest immunes; alij signi, & serui-
tij. ex Vit. 304.
- Aragonensibus stipendia debita tolli non
possunt. ex Vit. 306.
- Aragonensibus in Comitijs omnes ad vnũ
assentiri bebet. 371.
- Aragoniorum, Segorbij Ducum, genus, &
Insignia. 252.
- Aragoniorum, Villæ formosæ Ducum, ac
Comitum Ripacurtiæ genus, & Insi-
gnia. 259.
- Arahueste opidum, in quo Arista, iã Pcm-
pelonensium Rex, à nostris Suprarbien-
sibus Rex constitutus fuit. 27. 28. 29. 289.
- Arbuesiorum familia illustris. 264.
- Aristoteles. 149.
- Armentarius Comes. 8. 9.
- Arnal

R E R V M.

- Arnal Miro, Comes Palliarenfis, Senior
in Boyl, & in Fonteroua. 148.
- Arnaldus Peralta ex Episcopo Valen-
tino Cæsaraugustanensis Episcopus fa-
ctus. 170. 283.
- Arnulphus Episcopus Ripacurtiæ. 98.
- D. Artaldus Luna. 443.
- D. Artaldus Alagonius Tereciam, Regis Pe-
tri filiam, vxorem duxit. 454.
- D. Artaldus Focius. 199.
- Artemius, Archiepiscopus Tarraconensis.
in ep. Ant. Augustini. 4.
- Arturus, Angliæ Rex. 274.
- Artufellia, minorum gentium patri-
tij. 330.
- Afcanius, Archiepiscopus Tarraconensis.
in ep. Ant. Augustini. 2.
- Aspurgus, Archiepiscopus Tarraconen-
sis. 157.
- Asturiarum Reges aliquamdiu Nauarra
sunt potiti. 54.
- Ataresia arx. 38.
- Ataresij, minorum gentium patricij. 329.
- S. Athanasius, Episcopus Cæsaraugustæ. 3. 11.
- Athenarum, & Neopatriæ Ducatus. 216.
- Atho Sanz, Iustitia Aragonũ. VII. 428. 151.
- Atho, Comes, & Episcopus Ripacur-
tiæ. 94.
- Atho Garcez Senior in Barbastro. 434.
- Atho Garceanes, & Blasquita, vxor,
Cæsaraugustæ incolæ, Ecclesiæ Bea-
tæ Mariæ dona contulerunt, regnan-
te Almudabyr. 122.
- Atorellia, minorum gentium patri-
cij. 329.
- Atrosillij, minorum gentium patri-
cij. 328.
- Attabaff, vrbs Regio trans Iberum, quæ
nunc Altavas. 437.
- Auctor istius libri ad peruulgandum
illum ab Ant. Augustino, Tarraco-
nensi Archiepiscopo audacior factus.
515. tum & à Petro Ioanne Nunne-
sio Valentino. 100. tum & à Ioanne
Petri Nuero, grauissimo Fisci Aduo-
cato. 354. librum edere de Antistitum
Cæsaraugustanorum serie à nascen-
tis Ecclesiæ initijs ad hæc vsq. tem-
pora meditatur. 10. & de Methodo
procedendi in Comitijs vulgari lin-
gua nondum editum libellum com-
posuit. 388. Fastos de Iustitijs Arago-
- num, nuda eorum nomina comple-
ctentes, edidit. in ep. ad Dep. 2.
- Auditores Curia, qui dicebantur. 419.
- Augustiniani Monachi quo tempore Cæ-
saraugustam venerunt. 182.
- Aufonius Gallus Poëta. in ep. Ant. Au-
gustini. 2.
- Avi, Avi, fuerza, fuerza; antiqua ver-
ba apud nos in iudicialibus libellis vsi-
tata, quid significant. 355.
- Auxenium genus è Gallia profectũ. 496.
- Ayeruorum tres familia: regalis; patri-
cia; & equestris. 458.
- Ayeruorum Regalis familiæ auctor, &
Insignia. 160.
- Ayeruij, minorum gentium patricij. 329.
- Azagra, maiorum gentium patricij, eo-
rumq. singularis modestia. 327.
- Azenarius I. Aragonum Comes. 18. Ande-
cæ nepos, Iaccam cepit. 18. 35.
- Azenarius Sactionis, Senior in Fillaria. 48.
- Azenarius Eximini, Senior in Gallipien-
zo. 423.
- Azlorij, Mefnaderij. 338.
- Azuda, Arabum Cæsaraugustanensium
Aula Regia, nunc S. Ioan de los Pa-
netes. 119. 137.

B

- B**ages auorum memoria de nostris
legibus scripsit. 318. in præf. ad Lo. 4.
- Baiona vrbs ab Alfonso I. Rege obses-
sa. 141.
- Baiuli in villis Curiam pro Ricis ho-
minibus regebant, & respondebant eis
de calonijs. ex Vit. 306.
- Baiulorum munus. ex Vit. 414.
- Balbastrum, olim Burtina: quo tem-
pore capta. 100. illius sedes postmo-
dum Rotensi Episcopo tradita fuit:
qui Balbastrensis inde vocitari cœpit.
113. postea idem Balbastrense opi-
dum, à Fuxensi Comite obsessum: fru-
stra. 211.
- Baldifredus, seu Balderedus Episcopus
Cæsaraugustanus. 6. 9. in ep. Ant. Au-
gustini. 6.
- Baleares Insulæ à Iacobo I. expugnatæ
160. nostris Comitijs in quarto Inter-
regno

INDEX

- regno adhæserunt. 232.
 Bardaxinorum vetus, ac illustris familia. 223. 491.
 Barones, quasi boni, seu beati homines. ex Vit. 305. Barones, & Rici homines, ijdem. ex Mol. 304. sed non omnes Barones, Rici homines fuere, nec è contra. 304. nam diuersa eorum ratio. 333. multi Barones, qui neq. patricij, neq. à patricijs profecti. 333. eorum nomen vtitatus in antiquis Foris, quàm Ricorum hominum. 333.
 Baronia, & Rica hombria, non idem. 333.
 Baroniæ dicebantur, multorum opidorum sub vnus imperio coagmentationes. 303. 319.
 Basilius, Episcopus Pampilonensis. 75. 84.
 Beatrix, Regina Aragonum, prima Sanctij III. vxor. 101.
 Beatrix, Portugalix Regina. 197.
 D. Beatrix Pimentelia, Ioannis Lanuzæ I. Iustitiæ Aragonum vxor. 510.
 D. Beatrix Espefia, Ioannis Lanuzæ III. Iustitiæ Aragonum vxor. 515.
 Beatrix Cerdana, Ioannis Cerdani Iustitiæ Aragonum filia, D. Ioanni Lunæ nupsit. 490.
 Belasco, vetustus scriptor. 78. 79. 86. 87. 93.
 Belasco Petri de Tarazona, Iustitiæ Aragonum filius, Sacrista Turiaffonenfis. 442.
 Belascius Monachus monasterij de Taberna. 7. 8. 9.
 Belasius, & Paternus minor, Abbates Pinnatenfes. 98.
 Belenguer Gombal. 137.
 Bellico tempore ciuilia iura conticefunt. 300.
 Benauentij, minorum gentium patricij. 329.
 S. Benedicti regula quando in Pinnatenfe monasterium inducta. 102.
 Benedictus XIII. PP. Luna dictus. 207.
 Benearnenses, qui (220. 223. 253. 299. 326. ad Cæfaraugustæ vrbis expugnationem venerunt, Regis nostri Alfonso I. subditicij erant. 95.
 Bentius, Episcopus Cæfaraugustæ Hispaniæ cladis tempore. 6. 7. 8. 11.
 Berengarius, Barcinonensis Comititis filius illegitimus, Montis Aragonum Abbas, Turiaffonenfis post, ac Ilerden-
- sis tandem Episcopus factus. 152.
 Berengarius, Comes Narbonæ à suis occisus. 152.
 Berengarius, Comes Barcinonensis. 104.
 Berengarius Bardaxinus, Iustitia Aragonum XL. 491. totius Regni oraculum. 223. 231. in quarto Interregno è nouem Iudicibus selectis vnus. 237. 247.
 Berengarius Bardaxinus, filius. 494.
 Berengarius Cisterciensis Abbas. 130.
 D. Berenguella, Barcinonensis Comititis foror, Castellano Regi nupta fuit. 150.
 D. Berenguella Alfonso, Infantis Molini filia. 160.
 D. Berenguella Ferdinandi. 160.
 Bernardinorum familia consularis. 471.
 Bernardus, Ripacurtiæ primus Comes. 41. Comititis Aragonum gener. 94.
 Bernardus Ramon, Comes. 137.
 D. Bernardus, post restaurationem Tolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus primus. 108. 139.
 D. Bernardus Oliuella, Archiepiscopus Tarraconensis. 171.
 Bernardus I. Episcopus Cæfaraugustæ. 129. 283.
 Bernardus II. Episcopus Cæfaraugustæ. 283.
 Bernardus III. Episcopus Cæfaraugustæ. 283.
 D. Bernardus IIII. de Montagudo, Episcopus Cæfaraugustæ. 283.
 Bernardus, Episcopus in Najara. 89.
 D. Bernardus Carpius. 19. 117.
 D. Bernardus Cabrera capite damnatus. 484.
 Bernardus Forcia, Cathalanus Miles. 199.
 Bernardus Gualuesius, in quarto Interregno è nouem Iudicibus selectis vnus. 238.
 Bertha, Regina Aragonum, Petri I. secunda vxor. 113.
 Bet, Africae mons, à quo Nilus fluit, mons Lunæ dictus. 100.
 Beutherius Valentinus scriptor grauis. 14. 16. 54. 302.
 Bigorrenfes, & Biernenses populi, olim Cumueni, seu Cuceni: ex Ptholomæo. 23. Conuenæ, & Begerricæ Plinio. 23.
 Bolea, olim Belia: quo tempore capta. 100.
 Bonifacius Ferrarij, Portæ cæli Prior, in quar-

RERVM.

- in quarto Interregno è nouem Iudicibus selectis vnus. 238.
 Boso, S. R. E. Cardinalis. 140.
 Blanca, Regina Aragonum, Jacobi II. prima vxor. 180.
 Blanca, Regina Aragonum, Ioannis II. prima vxor 258. prius fuerat Martino Regi Siciliae nupta. 215.
 D. Blanca, Infans Aragonum, Ioannis II. filia, Henrico IIII. Castellæ Regi nupta fuit. 258.
 D. Blanca, Infans Aragonum, Xixenensis monasterij Priorissa. 182.
 Blasco Maza, Senior in Borja. 432.
 Blasco Romeu Senior in Zarragoza. 437.
 Blasco Boardellis de Biozari Senior. 48.
 Blascus Episcopus in Pampilona. 89.
 Blascus Ferdinandi Heredia, Iustitia Aragonum. XXXVII. 479. 200. Hierosolymitani Magistri frater. 480. quandoq. Blasco de Aguilon dictus, quod opido ita vocato potiretur. 480.
 Blascus Ferdinandi Heredia, eius filius. 481.
 Blascus Eximini Ayeruius, dominus de Acheblas. 458.
 Blondus, Historicus. 34.
 Bonifacius, Pont. Max. 182.
 Boshon Eximini, Iudex Curiae. 457.
 Brazuelas arx, prope Olmedi opidum, in qua Federicus Lunensis Comes interijt. 252.
 S. Braulio, siue S. Braulius, Episcopus Cæfaraugustanus. 4. 11. in ep. Ant. Aug. 5.
 D. Brianda Agaouchia. Mariæ Lunæ, Reginae Aragonum mater. 208.
 D. Brianda Luna, Mariæ Lunæ Reginae Aragonum foror. 208.
 Burgenfes, qui dicantur. ex Vitali. 309.
 Burgia, antiqua Belsinum. 144.

C

Cæfaraugusta, olim Salduba, Sedetaniæ metropolis. 114. à Cæsare Augusto & sita, & nominata. 2. immunis colonia à C. Plinio. in ep. Ant. Augustini. 1. à Strabone, & Prudentio laudatur, & duorum Poëtarum.

- Christianorum carminibus. ibidem. à Pomponio Mela vrbium de mediterraneis clarissima dicitur, & à S. Isidoro florere Martyrum Sanctorum sepulturis. 2. 3. merito ea ciuitas mater Martyrum, & genitrix Sanctorum appellata. 5. à nascentis Ecclesiæ initijs Catholice Fidei cultum sine villa vnquam mutatione retinuit. 5. 143. à Francorum Regibus obfessa, statim liberata fuit, & quare. 3. biennio post Ruderici Regis excidium in Maurorum potestatem venit. 2. 6. 15. sub eorum iugo, quæ eius condicio. 114. 129. quamdiu possessa ab eis. 114. 129. quo anno, & die à nostro Alfonso I. expugnata. 114. 135. 138. inter Ricos homines illius expugnatores quomodo pro more diuisa. 130. Aragonensis imperij caput constituta fuit. 131. ne iterum in Maurorum potestatem veniret, Deiparæ Virginis mirando patrocinio defensa. 142. aliquamdiu Castellano Regi paruit. 144. 147. & aliquamdiu à Nauarrensi pro eo quasi obfes possessa. 147. Cæfaraugustam, fuisse vnquam Numantiam dictam, irridendum. in ep. Ant. Augustini. 2.
 Cæfaraugustanæ Ecclesiæ de Pilari antiquitas, & religio. 3. 11. prima in toto orbe terrarum in Deiparæ Virginis nomine ædificata. 143. Ecclesia vrbis à Gelasio PP. appellatur. 140. eius sanctitatis, & antiquitatis testimonium percelebre. 139. tum & alterius Ecclesiæ in eadem vrbe sub beatæ Virginis del Portillo miraculum. 142. 143. alterius etiam Ecclesiæ olim Sanctarum Massarum, nunc Sanctæ Encratidis in eadem vrbe religio, & sanctitas. 4. 122. in qua S. Benedicti monachi degerunt. nunc monachi Hieronymiani. 4. eius structura. 276. ipsius Diuæ miraculum. 260.
 Cæfaraugustana Ecclesia quando Metropolis facta. 182.
 Cæfaraugustanæ maximæ turris structura. 275.
 Cæfaraugustanorum Antistitum nomina, & feries. 11. 283.
 Cæfaraugustanenses Maurorum Reguli.

INDEX

guli. 115.
 CæsarAugustani Muzarabes Manlienis opido donati, & quare. 427.
 CæsarAugustani præ ceteris omnibus Deiparæ Virginis deuotissimi esse debemus. 143. & Sanctorum Martyrum imitatores. 168.
 Calafanzij, minorum gentium patricij. 330.
 Calataiubium, quo tempore captum. 114. & à quo conditum. 484.
 Calixtus III. Pont. Max. 238.
 Caloniæ, dicuntur pœnæ pecuniariæ. ex Vit. 306.
 Candentis ferri iudicium olim ad dirimendas iudiciarias controuersias adhibebatur. & in Ecclesia Sanctæ Christinæ exerceri consuevit. 131.
 Canonica S. Petri de Taberna: in qua vetus, & iucunda narratio, de cõdicione CæsarAugustæ, dum à Mauris oppressa fuit, & multa de Sanctorum reliquijs, quæ inde ad monasterium de Taberna delatæ tunc fuerunt, mentio. 67. 8.
 Carolus Martellus, Francorum Rex. 10. 35.
 Carolus Magnus, Francorum Rex. 60. 61. CæsarAugustam cepit. 115. 116.
 Carolus Caluus, Francorum Rex. 21.
 Carolus, Siciliae Rex, postea Neapolis dictus, nostri Petri Magni competitor. 172. 173. 175. 180.
 Carolus, Rom. Imp. V. Aragonum Rex XXVI. Maximus. 277. Catholici Regis Ferdinandi nepos, ac heres fuit. 277. PLVS VLTRA, quàm Hercules, nominis sui gloriam dilatauit. 278.
 Carolus, Princeps, Ioannis II. filius, de nostris Regibus Historiam scriptit. 25. 52. 54. 59. 258.
 Carolus Sigonius, auctoris amicus. in præf. ad Lo. 2. & 60. 61. 372. 402.
 Carolus Munnozius, Regni Cancellarius. in præf. ad Lo. 4.
 Caspe opidum ad Iberi fluminis ripas. 235.
 Castellaria arx, ad expugnandam CæsarAugustam constructa. 101.
 Castellezuelij, minorum gentium patricij. 329. 446.
 Caltrorum duæ familiæ. 435. 466. Caltri, à Iacobo Rege profecti: eorumq. insignia. 160.
 Castus, non Costus, Episcopus Cæsar-

Augustæ. 11. & in ep. Ant. Augustiniani. 2.
 Catalani prius sibi, quàm nobis leges à Regibus confirmari debere, frustra tentarunt. 189. Vrgeli Comititis in quarto Interregno studiosissimi. 222. 259. iure laudandi. 232. 236. eorum querella, qua contendunt, Montionis opidum intra suos fines contineri, vnde ortum habuit. 162.
 Cataloniae fines, quos antea Sicoris fluius terminauerat, ad Cingæ fluminis ripas à Iacobo I. producti sunt. 162.
 Catharina, Infans Hispaniarum, Catholicorum Regum filia, Regina Angliæ. 274.
 Catharina, Infans Hispaniarum, Caroli V. soror. 277.
 D. Catharina Virrea, Ioannis Lanuzæ III. Iustitiæ Aragonum, vxor. 518.
 Catholicorum Regum cognomen à Pont. Max. iure ipsis Regibus imperitum. 264.
 Catonis iudicium. 251.
 Caua, seu Caia, Iuliani Comititis filia. 1.
 Caualleriæ, apud nos militaria stipendia. 184. 322. earum triplex ratio: de Honor: de Mefnada: & de Conquista. 323. 334. 335. 337. rursum aliæ antiquæ, aliæ recentiores. 336. 339. Caualleriæ de Mefnada, & Mefnaderiæ; idem. 323.
 Caxalij, minorum gentium patricij. 329.
 Centenarij apud Gallos, Iudices ordinarij locorum. 37.
 Childebertus, & Chlotarius, Francorum Reges. 1. 3.
 Christophorus Colon, noui Orbis detector. 263.
 Cindafuinthus, Gothorum Rex. 4.
 Ciues, qui dicantur. ex Vitali. 309.
 Claudius Ptolomæus. 23.
 Clemens V. Pont. Max. 208.
 Clemens, Episcopus CæsarAugustæ. 11.
 Clerici sæculares, tanquàm Monachi olim in conuentu degebant. 24.
 Codex Sacti Aemiliani Cogullensis. 70. 78.
 Cognomen, quid. 405. eius apud Romanos vsus. 402.
 Cognomina apud nos, personarum frequentius, quàm gentis, aut familiæ propria. 412. vnde sumpta. 412.
 Coitio ad Vnionis instar Iacobi II. tempore

RERVM.

facta. 184.
 Colligatio Magnatorum Iacobi I. tempore facta. 158.
 Comitatus Aragonensis Suprarbiensi Regno subiunctus. 314. 44.
 Comitatus Barcinonenfis Aragonum Regno subiunctus. 150.
 Comitatus Montispefulani Aragonum Regno subiunctus. 156.
 Comites vnde dicti. 36.
 Comites, & Vicecomites apud nos redolere videntur antiquam Ricorum hominum dignitatem. 300.
 Comitum apud Romanos ratio multiplex, & quæ. 36. apud Gothos, quæ. 37. 418. apud Gallos; quæ. 37. apud nos; quæ. 37.
 Comitum apud nos, alia Generalia, alia Particularia, & in quo differant. 370. 372.
 Curia dicuntur. 459. nobis intra nostros fines habenda. 372. à solis Regibus conuocanda. 374. in Interregno quarto à Gubernatore, & Iustitia Aragonum conuocata fuisse. 224. 225. Parliamentæ verò, non Comitum dicta 232. & ab alijs quàm à Regibus haberi nõ possunt, nisi de Comitiorum cõsensu. 224. olim quotannis CæsarAugustæ habenda. 372. postea vt de biennio in biennium haberentur, decretum fuit. 373. in quacũq. ciuitate, vel opido haberi possunt, modo ne infra 400. vicinos, ibidẽ. dum ad CæsarAugustam indicuntur, in Deputationis domo habenda. 373. an mutari possint, differri, vel quousq. produci. 375. 386. olim ex tribus tantum Ordinibus cõstabantur. 374. Ecclesiasticus postea adiectus fuit: & ex quatuor nunc ordinibus constât: Ecclesiastico: Patricio: Equestri: & Vniuersitarum, qui Ciuius, seu Municipalis dicitur. 374. quibus de causis conuocari soleant. 371. 372. & quomodo dimitti. 194.
 Comitum Ann. 1134. Burgiæ primùm postea Montionis. 144.
 Comitum Ann. 1162. Osciæ. 152.
 Comitum Ann. 1196. Darocæ. 154.
 Comitum Ann. 1213. Ilerdæ. 157.
 Comitum Ann. 1222. 441.
 Comitum Ann. 1225. 441.
 Comitum Ann. 1227. Almudebaris. 164.

Comitia Ann. 1235. Cæsar. 164. 441.
 Comitia Ann. 1236. Montionis. 164.
 Comitia Ann. 1247. Osciæ. 166. 441.
 Comitia Ann. 1250. Alcagnicij. 443.
 Comitia Ann. 1264. CæsarAugustæ, in præfatione ad Lo. 1.
 Comitia Ann. 1265. Excæ. 166. 167.
 Comitia Ann. 1272. Excæ. 446.
 Comitia Ann. 1276. CæsarAugustæ. 171.
 Comitia Ann. 1283. CæsarAugustæ: in quibus Priuilegiũ generale concessum fuit. 174. 138. 372. 450.
 Comitia Ann. 1285. Osciæ, & Zueræ. 174.
 Comitia Ann. 1285. Cæsar. 177. (452).
 Comitia Ann. 1287. CæsarAugustæ: in quibus Vnionis priuilegia rogata fuisse. 178. 452.
 Comitia Ann. 1290. 453.
 Comitia Ann. 1300. CæsarAug. 185. 456.
 Comitia Ann. 1301. CæsarAug. 185. 456.
 Comitia Ann. 1307. Alagonis. 185. 372. 456.
 Comitia Ann. 1311. Darocæ. 185. 456.
 Comitia Ann. 1325. CæsarAug. 459.
 Comitia Ann. 1325. CæsarAugustæ: in quibus Priuilegiũ generalis declaratio decreta fuit. 185.
 Comitia Ann. 1328. CæsarAugustæ. 186.
 Comitia Ann. 1336. CæsarAugustæ. 190.
 Comitia Ann. 1347. CæsarAug. 194.
 Comitia Ann. 1348. Cæsar. 195. 471. in præf. ad Lo. 1.
 Comitia Ann. 1349. CæsarAugustæ. 477.
 Comitia Ann. 1352. 361.
 Comitia Ann. 1362. Montionis. 482.
 Comitia Ann. 1364. Cæsar. 484.
 Comitia Ann. 1365. Cæsar. 484.
 Comitia Ann. 1366. Calat. 482.
 Comitia Ann. 1367. CæsarAug. 482.
 Comitia Ann. 1372. CæsarAug. 482.
 Comitia Ann. 1375. Tamariti. 482.
 Comitia Ann. 1381. CæsarAug. 482.
 Comitia Ann. 1390. Montionis. 207. 390.
 Comitia Ann. 1398. CæsarAug. 212. 375.
 Comitia Ann. 1399. CæsarAug. 213.
 Comitia Ann. 1411. Calat. 225. 228.
 Comitia Ann. 1412. Cæsar. 249. 488.
 Comitia Ann. 1436. Alcagnicij. 259. 497.
 Comitia Ann. 1441. Alcagnicij. 502.
 Comitia Ann. 1442. Cæsar. 502. 254.
 Comitia Ann. 1450. Cæsar. 504.
 Comitia Ann. 1451. 409.
 Comitia Ann. 1453. Cæsar. 504.

INDEX

- Comitia Ann. 1460. Fragæ. 505.
 Comitia Ann. 1461. Calataiubij. 260. 362.
 Comitia Ann. 1467. Cæsaraugustæ. (395. 505. 260. 296. 364. 506.
 Comitia Ann. 1475. Cæsaraugustæ. 506.
 Comitia Ann. 1493. 366.
 Comitia Ann. 1498. Cæsaraugustæ. 510.
 Comitia Ann. 1502. 511.
 Comitia Ann. 1510. 513.
 Comitia Ann. 1519. 366. 513.
 Comitia Ann. 1528. 366. 513.
 Comitia Ann. 1542. 516.
 Comitia Ann. 1547. in ep. ad Dep. 1.
 Comitia Ann. 1553. 517.
 Comitia Ann. 1584. Montionis, & Binefaris: in præf. ad Lo. 8.
 Communitates Calatajubij, Darocæ, & Turolij, ac Ripacurtia, quare in Iunctarum diuisione initio comprehensæ non sunt. 163.
 Competitores Regiæ successionis in quarto Interregno, qui, & quo ordine in iudicium vocati. 240.
 Concilium Iaccetanum Ann. 1063. in quo inter alia decretum, vt Episcopi Aragonenses à Monachis Pinnatenis cœnobij adscirentur. Cùmq. eo tempore Sanctius, Aragonensis Episcopus esset; id ipsum Aragonensis Episcopi nomen sine mutatione retinuit. Atverò qui ei successit Garfias, Regis frater, non ita nam & Aragonensis, & Iaccensis Episcopus appellatus, illud Iaccensis Episcopi nomen vsitatus induxit in posteros. Et sic intelligenda, quæ de his duobus, Sanctio, & Garfia, Episcopis pag. 97. 98. annotantur. Tum & de eodem hoc Concilio alibi fit mentio non obscura. pag. 78. 122.
 Concilium Eliberritanum Ann. 325. in ep. Ant. Augustini. 2.
 Concilium Sardicense contra Arianos Ann. 347. in eadem ep. 2.
 Concilium Cæsaraugustanum Ann. 385. contra Priscillianum. 3. & in eadem ep. 2.
 Concilium in Aquis Cælinis Ann. 447. contra Priscillianistas. in eadem ep. 3.
 Concilium Romanum Ann. 465. in eadem ep. 2.
 Concilium Tarraconense Ann. 516. in eadem ep. 2.
 Concilium Gerundense Ann. 517. in eadem ep. 3.
 Concilium Cæsaraugustanum XII. Episcoporum. Cuius Canones referuntur à Gratiano. in eadem ep. 3.
 Concilium Barcinonense Ann. 540. non editum. in eadem ep. 3.
 Concilium Ilerdense. in eadem ep. 3.
 Concilium Valentinum. in eadem ep. 3.
 Concilium Toletanum tertium Ann. 589. in eadem ep. 4.
 Concilium Cæsaraugustanum non editum Anno septimo Reccaredi Regis. in eadem ep. 4.
 Concilium Ofsense non editum Anno octauo eiusdem Reccaredi Regis. in eadem ep. 4.
 Concilium Barcinonense non editum Anno quattodecimo eiusdem Reccaredi Regis. in eadem ep. 4.
 Concilium Toletanum non editum Ann. 610. primo Gundemari Regis. in eadem ep. 4.
 Concilium Egarense non editum Ann. 614. tertio Sissebuti Regis in eadem ep. 4.
 Concilium quartum, & quintum Toletanum. in eadem ep. 5.
 Concilium sextum Toletanum Ann. 638. in eadem ep. 5.
 Concilium septimum Toletanum. in eadem ep. 5.
 Concilium octauum, & nonum Toletanum: habitum Ann. 665. septimo Reccesuinthi Regis. in eadem ep. 5.
 Concilium decimum tertium Toletanum, Ann. 683. quarto Eruigij Regis. in eadem ep. 6.
 Concilium decimum quintum Toletanum Ann. 688. primo Egicani Regis. in eadem ep. 6.
 Concilium tertium, siue quartum Cæsaraugustanum Anno quarto Egicani Regis. in eadem ep. 6.
 Concilium decimum sextum Toletanum Anno sexto Egicani Regis. in eadem ep. 6.
 Concio celeberrima Regis Martini habitata Ann. 1398. in Comitijs. 376. 213.
 Confraternitas, seu Confratria beatæ Mariæ maioris, & de Pilari Cæsaraugustanæ, quo tempore, & à quibus instituta. 11. 120
 Coniu

RERVM

- Coniugium sine dote fieri Gothicæ leges vetabant. 133.
 Connestabulus, vel Constabulus, seu Comes stabuli, potius Comes stabilis dicens; qui vulgò Condestable. 207. 418.
 Conscientiæ ea magna est vis, vt poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. 264.
 Consiliarij Regij quotidie vnum in locum congregantur olim, Rexq. cum illis, diebus Martis, & Veneris coniungebatur. 178.
 Consilium extraordinariū Iustitiæ Aragonum quamdiu viguit: & quando sublatum fuit. 365. 366. Ordinarium verò, quod dictum fuit: & quando institutum. 366.
 Corduba ciuitas, celsissima Arabici in Hispania imperij sedes. 115.
 Cornelij, maiorum gentium patricij. 327.
 Costantia, Regina Aragonum, Petri III. vxor, Siculi Regis filia. 171.
 Costantia, Infans Aragonum, Alfonsi II. filia, Vngariæ Regi primùm, deinde Federico Imperatori nupta fuit. 153.
 Costantia, Infans Aragonum, Iacobi I. filia, Regina Portugaliæ. 159.
 Costantia, Infans Aragonum, Petri III. filia, Neapolitana Regina: quæ à nonnullis Violans. 176.
 Costantia, Infans Aragonum, Alfonsi III. filia, Regina Balearium. 186. 190.
 D. Costantia, Infans Aragonum, Iacobi II. filia, Portugaliæ. Regis nepotis vxor fuit. 182.
 D. Costantia, Infans Aragonum, Petri III. filia, innupta decessit. 191.
 D. Costantia, Petri II. illegitima filia, Gulielmo Raimundo Moncadæ nupsit. 156.
 Crux rubea supra viridem arborem, priorum Suprarbiensium Regum Insigne. 15. 85.
 Crux argentea in clypeo ceruleo Aristæ Regi apparuit. 30. 165. quam nonnulli posterij Aragonum Reges gestarunt: alij priorem illam supra arborem Crucem. 85.
 Crux Patriarchalis, quæ in nūmis, ac sigillo veteri Ciuitatis Cæsaraugustæ appositæ fuit, has duas priores Cruces innuisse videtur. 165.
 Cuenca, Castellæ Ciuitas. 249.
 Curia Regis, quæ dicatur. 420. 459.
 S. Cyprianus Carthaginensis Martyr. 3. & in ep. Ant. Augustini. 2.
 Cyprianus Quirad Merinus Cæsaraugustæ pro Petro Medalla. 432.
 Cyrus Xenophontis non ad historiæ fidem, sed ad effigiem iusti imperij scriptus est. 279.

D

 Daieni munus. ex Vit. 416.
 D. Dalmatius Murius, & Cerbellonius Archiepiscopus Cæsaraugust. 284. 504.
 Damafus, Pont. Max. 3.
 Daroca vrbs quo tempore capta, 114. ineffabili Dominici corporis mysterio gaudet. 170.
 Daudius, Monasterij de Taberna Abbas. 6. 10.
 Dauith Rex. 168.
 Decimam partem bonorum dabat vir vxori pro dote, iuxta Gothorum leges. 133. 134. 135.
 Declaratio Priuilegij generalis, quando facta. 185. 336. verba quædam illius quomodo intelligenda. 348. 459.
 Declaratio Regiæ successionis in quarto Interregno Caspi à Iudicibus facta. 243.
 Decreta tunc ad stabiliendam Remp. edita. 224. 233.
 Degius, Episcopus in Aragone. 89.
 Denuntiare, & Denuntiatio apud nos, quid. 396.
 Deputatorum Aragonum Regni munus. 373. 374. vnde dicti. 374. Regni Ordinum faciem præferunt. 373. olim Intercomitiales erant. 373. 504. quatuor tantum: & triennes aliquamdiu: nunc octo, è singulis Ordinibus bini, & quotannis sorte educuntur. 373. à quibus inducuntur. ibidem. Iustitiæ Aragonum Magistratus custodes, ac propugnatores sunt. 574.
 Deputationis Aragonum sigillum quare S. Georgij effigiem continet. 112. ipsius domus structura. 256.
 Dertusa Ciuitas, quando capta. 152.
 Defyderius, Longobardorum Rex. 60.
 Deueria, personalia tributa, quæ à singulis domibus

INDEX

domibus præstabantur. ex Vit. 307.
 Demiffæus Regulus. 116.
 Diadema, quo Petrus II. Romæ coronatus fuit, ex pane confectum, & quare. 155.
 D. Dianra Lâuza, Ferrarij Iustitiæ Aragonum filia, D. Petro Lunæ, Illuceæ domino nupsit. 507.
 D. Didacus Lupi Harus, Vizcaïæ dominus. 443.
 Didacus Castejonius in Ordinum Senatu consiliarius illâram generi suo labem eluendam curauit. 496.
 Diffidamenta apud nos olim in quibus casibus erant necessaria. ex Salanoua. 317.
 Dignitas apud antiquos non ex opibus, sed ex virtutibus pendebatur. 303.
 Diuites Ricorum hominum nomen sibi falsò vsurparunt. 303.
 Dodo, Episcopus in Osa, & in Iacca. 148.
 S. Dominicus, Innocens martyr Cæsaraugustanus, qui vulgò San Dominguito. 109.
 D. Dominicus Ram, Oscensis Episcopus in quarto Interregno è nouem selectis laudibus vnus. 236. 242.
 Dominicus Lanaja: ciuis Cæsaraugustanus, Caspensis Castri custos. 245.
 Dominicus Cerdanus, Iustitia Aragonum XXXVIII. 482. 199. 200. in Comitibus ann. 1364. tres personas vnus sustinuit: suam; Magistratus; & Regis. 484.
 Dominicus Tarba, Procancellarius Regis. 471.
 Dominicus Martinus Aladrenus Iuriconsultus, Iacobi Hospitalis cõpetitor. 485.
 Don, nobilium nota. 404.
 Don, & Mossen, forsan apud nos prænomina dici possent: sed si ita, nõ familiæ, aut gentis, sed Ordinũ prænomina. 404.
 Donatus, Monasterij de Taberna Abbas. 8.
 Duces apud Gothos, Rectores prouinciarum erant. 34. 37.
 Dulcia, Infans Aragonum, Petronillæ filia, Regina Portugaliz. 151.
 D. Dulcia Infans Aragonum, Alfonsi II. filia, Monialis Xixenæ. 153.

E

Eduardus, Angliæ Rex. 179.
 Egica, Gothorum Rex. 9.

Egidius Carrilius Albornozius, Archiepiscopus Toletanus, S. R. E. Cardinalis. 208.
 Egidius Ruyz Lihorrius, Gubernator Aragonum. 222. 231.
 Egidius Bilas, Canonicus Sanctæ Mariæ Cæsaraug. Ann. 1185. 437.
 Egidius Tarinus, ciuis Cæsaraugustanus. 443.
 Egidij nomen patronymicum Tarinorum. 502.
 Eleonora, Regina Aragonum, prima Iacobi I. vxor. 159. monasterium de las Huelgas Burgenfi in Vrbe constructum. ibidem.
 Eleonora, Regina Aragonum, secunda Alfonsi III. vxor. 187. 188.
 Eleonora, Regina Aragonum, Petri III. secunda vxor. 197.
 Eleonora, Regina Aragonum, Petri III. tertia vxor. 197.
 Eleonora, Regina Aragonum, Ferdinandi I. vxor: prius dicta Vrraca. 250.
 Eleonora, Anglici Regis filia, Alfonsi III. desponsa fuit: sed Regnum nõ iniit. 179.
 Eleonora, Infans Aragonum, Petri III. filia, Regina Castellæ. 197.
 Eleonora, Infans Aragonum, Ferdinandi I. filia, Portugaliz Regina. 252.
 Eleonora, Infans Hispaniarum, Caroli V. soror, Galliz Regina. 277.
 D. Eleonora, Infans Aragonum, Petronillæ filia, Vergeli Comitiss vxor. 152.
 D. Eleonora, Infans Aragonum, Alfonsi II. filia, Tolosæ Comitiss vxor. 153.
 D. Eleonora, Infans Aragonum, Iacobi I. filia, puella decepsit. 159.
 D. Eleonora, Infans Aragonum, Ioannis II. ex prima vxore filia, Fuxens Comitiss nupta fuit. 258.
 D. Eleonora, Infans Aragonum, eiusdem Ioannis II. ex secunda vxore filia, innupta obiit. 259.
 D. Eleonora Aragonia, Alfonsi V. filia, Rossani Principiss vxor. 255.
 D. Eleonora Aragonia, Ioannis II. filia, Ludouico Viamontensî, Nauarræ Connestabulo nupsit. 259.
 Elisenda, Regina Aragonum, tertia Iacobi II. vxor. 182.
 D. Eluira Lupi Vergua, Stephani Egidij Tarini, Iustitiæ Aragonum vxor. 463.
 D. Eluira

RERVM.

D. Eluira Ruyz de Lihorri, secunda Michælis Petri Zapatæ vxor. 454.
 Embunij, Mefnaderij. 337.
 Endregotus, filius Galindi Comitiss. 40. 42.
 Endregotus Galindonis, alter. 43. 89.
 Enneco Sanz, Senior in Mõtecluso. 65. 108.
 Enneco Sanz, alter, Senior in Nagera. 48.
 Enneco Gonzalez, Senior. 84.
 Enneco Lopez, Senior in Napal. 148.
 Enquesta, siue Pefquisa apud nos prohibita: eaq. Inquisitio dicitur. Sed non de Sancto Officio intelligenda. 346.
 Entenza, maiorum gentium patricij. 327.
 Epaminondas Thebanus. 101.
 Epilense bellum tempore Vnionis. 195. 472.
 Episcopi, qui re vera Oscenses erant, ante captam Oscam, Aragonenses vocati sunt, & tũ apud S. Petrum Siresiensium, tum apud S. Ioannem Pinnatensem diuersati. 77. 78.
 Episcopus de Lascarre. 136.
 Epistola Ioannis II. moribundi iam, ad Ferdinandum filium Catholicum scripta. 260.
 Epistola Ioannis Eximini Cerdani, Iustitiæ Aragonum sola ex alijs monumentis Fororum volumini connexa. 486.
 Epistola Ant. Augustini de laudibus Cæsaraugustæ, & de veteribus Pontificibus illius. in extremo.
 Ermunij apud nos qui dicatur. ex Vit. 305.
 Ermuniorũ, alij Barones, seu Rici homines; alij Mefnadarij; alij Milites simplices; alij Infantes simplices. ex Vit. 304.
 Eruigius, Gothorum Rex. 9.
 Espelsij, minorum gentium patricij. 330.
 D. Esiscuti, Episcopus de Leion. 76.
 D. Eua, Ioannis Petri Tarazonæ, Iustitiæ Aragonum, vxor. 442.
 Eugenius III. è Sanctarum Massarum ecclesia Cæsaraugustana, in qua monachus degebat, Toletanus Antistes euectus fuit. 4. & in ep. Ant. Augustini. 5.
 S. Eulogius. 118.
 Eusebius, Tarraconensîs Arch. in ep. Ant. Aug. 4.
 Exarichus, quis sit, & de quibus teneatur peytare. ex Sal. 314.
 Exea militum quo tempore capta. 114.
 Exemen Garcez, Senior in Buyl. 108. 434.
 Exemen Fortungones de Lefet. 136.
 Exemen Borraz, Regis Abarcæ Cæsonis

Alcayt. 76.
 Exerica, à Iacobo I. Regè profecti, eorumq. Insignia. 160.
 Eximina, Regina Aragonum, Garciæ Tremuli vxor. 92. 104.
 D. Eximina, Infans Aragonum, Abarcæ Cæsonis filia. 86.
 Eximius Rex, Aristæ pater. 22. nostris nõ imperauit. 23. Regis filius non fuit. 58.
 Eximius Azenarij, Aragonum Comes III. 41. 20.
 Eximius Garciæ, Aragonum Comes III. 42. 21.
 D. Eximius Martini de Luna, vltimus Episcopus Cæsaraugustæ. 283.
 Eximius, Episcopus Pompelonensis. 46. 47. 48.
 Eximius Petri Salanoua, Iustitia Aragonum XXIX. 455. sexaginta ferme annos post Vitalem fuit. 309. vt M. Varro Romanæ, sic ille nostræ antiquitatis inuestigator. 184.
 Eximius Fortungon de Punicastro. 136.
 Eximius Garcez de Rotellar. 136.
 Eximius Garcez de Lobielgo Senior. 136.
 Eximius Fortuniones Senior. 102. idem Senior in Calafanz, & Bardaxin. 424.
 Eximius Touia ann. 1309. Supraiuuenticus Cæsaraugustæ. 436.
 D. Eximius Petri de Arenõs, Petri de Tarazona frater, Ricus homo inuitis alijs à Rege factus. 440.
 Eximius de Artieda, VII dominus. 448.
 Expeditus à Rege, quoquo tempore se expedierit, amittit beneficium totius anni ab integro: nec in Regno, nec in Senioria Regis, potest remanere. ex Salan. 316.

F

Fabricius Gabertus Monachus de nostris Regibus historiam scripsit. 16.
 Familia vnica interdum ex duobus gentilitijs nominibus constabatur. 412.
 Familiæ non omnes apud nõs noua sibi gentilitia nomina adsciuerunt: sed interdũ patronymica pro gentilitijs vsurparunt. 411. neq. omnes patronymicorũ nominum vsum habuerunt. 412.
 Fan-

INDEX

- Fandina, seu Faldrina, Iuliani Comitis vxor. 1.
- Fauara, quo tempore capta. 153.
- Federicus, Infans Aragonum, Petri III. filius, Siciliae Rex, Magnus. 175. 183.
- D. Federicus, Infans Aragonum, Alfonsi III. filius, puer mortuus. 186.
- D. Federicus Aragonius, Lunensis Comes, Siciliae Regis Martini ex Tharfia concubina filius. 216. Regiae successionis in Inter regno quarto competitor, à Benedicto XIII. legitimus factus. 219. miser obiit. 252.
- D. Federicus Portugalius, Archiepiscopus Caesaraugustanus. 284.
- Felicia, Regina Aragonum, secunda Sanctij III. vxor. 101.
- Felix, Episcopus Caesaraugusta. 3. n. à Cypriano Carthaginensi martyre laudatur. in ep. Ant. Augustini. 2.
- Ferdinandus I. Aragonum Rex XXII. Honestus. 248. Calpi in opido declaratus fuit. 243. 197. 220. quare Infans Antequerae dictus. 219. Perpini in opido cum Sigismundo Imperatore congressus, Benedicti XIII. obedientiam abiecit. 253.
- Ferdinandus II. Aragonum Rex XXV. Catholicus. 262. Christiani nominis decus. 259. eius mortis mæror à nostris no uis lugendi generibus indicatus. 275.
- Ferdinandus, Caroli V. frater, Rom. Imperator. 277.
- Ferdinandus, Sanctij maioris filius, primus Castellæ Rex. 94.
- D. Ferdinandus, Infans Aragonum, Alfonsi II. filius. 153. Regnum appetit. 157.
- D. Ferdinandus, Infans Aragonum, Iacobi I. filius, Rosilionis Comes. 159.
- D. Ferdinandus, Infans Aragonum, Alfonsi III. filius. 187. à fratre Rege occisus. 198.
- D. Ferdinandus, Infans, Aragonum, Ioannis I. filius, puer decessit. 206.
- D. Ferdinandus, Sanctij III. filius. 101.
- D. Ferdinandus Sanctij de Castro, Iacobi I. filius è Sanctij Antillionis filia susceptus, Baroniae de Castro à patre Rege donatus, Regiae Castrorum familiae auctor fuit. 160.
- D. Ferdinandus, D. Maria, & D. Eleonora, Ioannis II. ex Ansa pellice filij. 259.
- D. Ferdinandus Aragonius, Archiepiscopus
- Cæsaraugustanus. in Præf. ad Loaysam. 2. & deinde. 37. 41. 119. 130. 141. 155. 156. 179. 275. 425. 426. 427. 430. 435. 440. 458.
- Ferdinandus Guntifalui, Castellæ Comes, S. Petri de Arlança Monasterij fundator. 92.
- Ferdinandus Didaci, Mesnarius factus, idemq. Maiordomus Curiae aliquando fuit. 429.
- Ferdinandus Eximini Galloz Procurator Fiscalis. 376.
- Ferrarius Lanuza I. Iustitia Aragonum XLIII. 500. 260. cum Archiepiscopo Caesaraugustano, ex Comitiorum decreto, Deputatorum, & Inquisitorum Officij Iustitiae Aragonum, quæ nunc viget, annuam sortitionem induxit. 504. 506. eius ex filio nepoti Rex Ioannes II. detulit, vt priuata suæ familiae Insignia, ipse, & posterij cum Regijs Insignibus implicata perpetuo gestarent. 513.
- Ferrarius Lanuza II. Iustitia Aragonum XXXXVIII. 517. 283. Ioannis Lanuzæ III. filius, superioris Ferrarij I. pronepos. 517.
- Ferrarius Lanuza, dominus de Escuer, Ferrarij I. proauus. 500. 501. 502.
- Ferrarius Manresa Iudex curiae. 447.
- Fidantia de prima, secunda, & tertia cruce apud nos, quæ. ex Sal. 316.
- Filiae Regum, quamuis Regibus haud nuberent, aliquamdiu Reginae vocari consueuerunt. 88.
- Filiabus Regum illegitimis dotes à subditis non debentur, sed tantum legitimis. 255. 504.
- Filij Regum apud Gothos, & Longobardos, etiam si legitimi, cum parentibus in mensa capere cibum non poterant, si non prius ab aliquo Rege ad arma capienda idonei censebantur. 313.
- Filij Regum apud nos, quamdiu Reges non sunt, Infantes dicuntur, tam masculi, quam feminae: modò sint legitimi. 323. olim non poterant de ijs, quæ Ricorum hominum erant, aliquid accipere. ex Vit. 308. & sic ipsi non poterant dari Honores. ex Sal. 310. intelligendum de ijs, qui Ricis hominibus deberentur. immo tã ipsi, quam fratres Regu, de re ditibus Regijs alendi erant. ex Vit. 308. de quibus à Regibus bene poterant effusè donari.

R E R V M.

- Fortunius, Abbas Sancti Aemiliani. 48.
- Fortunius Xemenones, Comes de Atares. 75. malè in nonnullis exemplaribus Aragonensis Comes legitur. 80.
- Fortunius Sanchiz maior, Senior in Tauuello. 75.
- Fortunius Galindi, Senior in Osca, & in Alquezar. 425.
- Fortunius, & Ordonius, idem. 19.
- Fori Aragonum minimè recipiunt interpretationem, quam vocant extensiuam. 132. in nonnullis opidis Valentini Regni vigent. 214. vernacula lingua initio conditi fuerunt: postea à Salanoua in Latinum sermonem conuersi. 322.
- Forus. 1. De confirmatione pacis. 164. 441.
- Forus. 2. sub. eodem titulo. 164.
- Forus. Quod Ripacurtia, & Lithera sint de Regno Aragonum. 164.
- Forus. 1. De confirmatione monetæ. & quare ita inscriptus. 164. 441. antiqua glossa illius. 165.
- Forus. De cursu monetæ. 165.
- Forus. 1. & 2. de Officio Iustitiae Aragonum. 167. 360.
- Forus. Sub tit. Vt dominus Rex in Audientia sedeat. vnde ortum habuit. 178.
- Forus. De prohibita Vnione. & ponderatio illius, antiqui cuiusdam Foristæ. 195.
- Forus Inquisitionis Officij Iustitiae Aragonum. 204. 260. 365. 395.
- Forus. Como segun la ment. 254. 502.
- Forus. De Iurisdictione omnium Iudicum. 321.
- Forus. De creatione Militum. 331.
- Forus. Quod Barones Aragonum. 331.
- Forus. De stipendijs, & stipendiarijs. 331.
- Forus. A la multiplicacion de las Cauallerias. 335.
- Forus. A la confirmacion. tit. de Cauallerijs. 340.
- Forus. De dimunitione Caualleriaru. 340.
- Forus. De voluntad de la Corte. sub. tit. Coram quibus. 347.
- Forus. Quotiescunq. tit. de firmis iuris. 348.
- Forus antep. de Officio Iustitiae Aragonum. 348.
- Forus. Quod Siffæ in Aragonia. 349.
- Forus. De prohibitione Sillarum. 349.
- Forus. 3. De cõseruatione patrimonij. 349.
- Forus vnicus. Vt nullus captus. 349.
- Forus vnicus. Sub tit. Vt familiares, & domestici.
- donari.
- Filij Ricorum hominum, quemadmodum & Regum olim dicebantur Infantes. 323. viuentibus parentibus quæ Priuilegia habebant. ex Sal. 310. ijs tantum ex ipsis, qui succedebant in Baronia, poterant dari Honores. ex Sal. 310. alij, qui non succedebant in Baronia, non poterant esse Vassalli, nisi Regis: propterea in Mesnariorum Ordinem descendebant. ex Sal. 318.
- Filij Militum, dicti sunt Infantiones, quasi Infantes minores, aut inferiores. 323. in mensa patris non sedebant, quo vsq. Milites fierent. 312. quemadmodum filij Romanorum, aut generi, qui quamdiu puberes erant, nec cum parentibus, neq. cum foceris lauabantur. 313.
- Flauus Philippicus Bardanius, Imperator. 1.
- Flauus Reccaredus, Gothorum Rex. 133.
- Flauij Reges apud Gothos, plures. 96.
- Florenus Meleroy Villaroyæ arcem nefarie Castellanis tradidit. 409.
- Focij, maiorum gentium patricij. 327.
- Fontouæ, Mesnarij. 337.
- Fontis Claræ Alcolæ in opido cænobiu: inde ad Sanctæ Fidis Monasterium translatum. 162.
- Fortitudo quæ sine prudentia est, fortitudo non est appellanda: & quæ verè censa sit fortitudo. 469.
- Fortun Sanz, Senior in Baylo, & Gliffo. 65. 84. 108. 429.
- Fortuna nulla spectanda, dum præstetur fides. 483.
- Fortuna nostris nunquam fortunatior, quam in Epilensi calamitate fuit. 474.
- Fortunius I. Suprabienfis Rex III. 19.
- Fortunius II. Monachus, Suprabienfis Rex VII. 32. Abarcæ Cæsonis frater. 31. 33. 49.
- Fortunius Eximini, Aragonum Comes vltimus. 44. 24. 27. 29. 217. 287.
- Fortunius Azenarij, Iustitia Aragonum V. 427. Ricus homo: nam Senior in Tarazona fuit. ibidem. 142.
- Fortunius Ahe, Iustitia Aragonum. XXIII. 447. 168.
- D. Fortunius Vergua, Episcopus Caesaraugustanus. 283.
- Fortunius, Episcopus Turiassonensis. 442.

INDEX

mestici. 349.
 Forus sub. tit. Quòd aliqua m.oneta. 349.
 Forus sub. tit. de Alcaydis. 349.
 Forus Alcagnicij. Muy conuenient. tit. de Iudicijs. 349. 362.
 Forus. i. De custodia reorum. 349.
 Forus vnicus tit. Quòd impetrans. 349.
 Forus vnicus tit. de immunitate Ecclesiarum. 350.
 Forus. De voluntate Curiae sub. tit. Quòd Iustitia possit habere. 361.
 Forus. Volumus etiam. sub. tit. Quòd in dubijs. 389. 473.
 Forus. de Aduocatis, & Supra iudicarijs. in cuius declaratione emendatur Molinus. 397.
 Forus. De Iuramento præstando. 473.
 Forus. Quòd priuilegium generale. 473.
 Forus. Vt Iudices Aragonum. 473.
 Forus sub. tit. Quòd Officiales Aragonum sint de Aragonia. 474.
 Forus. Quòd dominus Rex teneatur duos Milites secum ducere. 474.
 Forus. De his, quæ dominus Rex. 474. qui Forus ceterorum summa. ibidem.
 Forus. Yafia. sub. tit. De Officio Iustitiæ Aragonum. 497.
 Fraga, olim Flauia gallica. 141.
 Franciscus Zarzuela, Iustitia Aragonum. XXXXI. 494. 256.
 Franciscus, seu Frances Aranda in quarto Interregno è nouem Iudicibus selectis vnus. 237.
 D. Franciscus Eximini Cisnerius, Archiepiscopus Toletanus. 514.
 D. Franciscus Clemens Perezius, Archiepiscopus Cæsaraugustanus. 284.
 Francorum ad Roncam vallem insignis clades. 19.
 Fraternalitates a laicis olim cum religiosis inibantur. 434.
 Freydebandus, Vicarius Baldifredi Episcopi Cæsaraugustani. 9.
 Froaldus, Tomariensis Abbas. 149.
 Froila, seu Fruela, Legionensis Rex. 16.
 Frontini, Seniores in Vncastello, & Sos, Ricorum hominum more vocitati inueniuntur. 411.
 Frugon Galindez, Senior in Osca, & in Alquezar. 148.
 Frugondar, Senior in Balbastro, & in Petrafelez. 148.

Frugon Galindez, Senior in Calafanz. 148.
 Funefij, Mefnaderij. 338.

G

G Aguinus scriptor. 4.
 Galacianus Tarba, Iustitia Aragonum. XXXV. 471. 195. 200.
 Galfilas Episcopus, Abecedarij Gothici inuentor. in Præf. ad Lo. 6.
 Galin Sanz, Senior in Sos, & in Arguedas. 65. 108.
 Galin Ximenez, Senior in Belgit. 424. 432.
 Galindate, Senior in Escoron. 108.
 Galindus Azenarij, Aragonum Comes II. 38.
 Galindus Garfiæ, Iustitia Aragonum. XII. 433. 153. patricius, à Mazarum gente. 434.
 Galindus Petri, filius Petri Eximini, Iustitiæ Aragonum I. 423.
 Galindorum gens patricia. 425.
 Gardingi, primates palatij à Gothis dicebantur. 419. 34. 37.
 Garfiæ Eximini, Suprarbiensis Rex I. 14.
 Garfiæ Innici I. Suprarbiensis Rex II. 17.
 Garfiæ Innici II. Suprarbiensis Rex VI. 30.
 Garfiæ I. Abarca, Aragonum Rex II. 86.
 Garfiæ II. Abarca, Aragonum Rex. III. Tremulus. 92.
 Garfiæ, Nauarræ Rex. 94. 104. 122.
 Garfiæ Azenarij, Aragonum Comes V. 43. 20. 21.
 Garfiæ, Infans, & Theresia Caxal. 144.
 Garfiæ Ranimiri, Montionis dominus, à Nauarræ fibus in tertio Interregno Rex euectus fuit. 145. 147. 148.
 D. Garfiæ Ferdinandi Heredia, Archiepiscopus Cæsaraugustanus. 213. 221. 226. 227.
 Garfiæ Episcopus Aragonensis, Regis Sanctij frater. 97. 104.
 Garfiæ, Episcopus Albeldensis. 48.
 Garfiæ I. Episcopus in Cæsaraugusta. 148.
 Guerra de Maionez dictus. 283.
 Garfiæ II. Episcopus Cæsaraugustæ. 283.
 Garfiæ, Episcopus Najarensis. 98.
 Garfiæ Ferdinandi Castrus, Iustitia Aragonum XXXVIII. 466. 192. 195. 200.
 Garfiæ Ortiz, Senior in Zaragotza. 429.
 Garfiæ Aluari Albornozius, & D. Theresia Luna, Cardinalis Carrillij parentes. 405.

R E R V M.

rentes. 208.
 Garfiæ Lupi Sefsefsius, Olieti dominus, Catherinæ Martini Vioræ, Gubernatoris filia, maritus. 479.
 Gaspar Inglarius Dominicanus, Aragonum Regni Inquisitor. 264.
 D. Gaston Fuxius, Vicecomes Beneharnensis. 130. 136. nostri Regis vassallus. 95. Parrochia de Pilari ab Alfonso Regedonatus. 130. in eadem Ecclesia sepultus. 130.
 Gaya, siue Caya, Ayuarie domina, Ranimiri I. Regis mater. 94.
 D. Gastonius Lacerda Metinnæ Zelin Comes à D. Ruderico Rebolledo captus, Ferrario Lanuzæ I. Iustitiæ Aragonum traditus in custodiam fuit. 503. 504.
 Gelafius PP. Bullam decreuit Exercitui Christianorū ciuitatem Cæsaraugustanam obsidenti. 130. 139. 140.
 Gens, & familia in quibus differant. 403.
 Gens propriè, non nisi quæ plures in se familias contineat. 403.
 Gens ad nomen, ad cognomen familia referenda. ex Sigonio. 403.
 S. Georgius in Alcoracensi pugna nostris affuit. 112. Regni Tutellaris Diuus. ibidem. propterea Deputationis sigillum ipsius effigiem in se continet. ibidem.
 Georgius Bardaxinus, Iustitiæ filius, Pomelonensis primum, post Turiaffonensis Episcopus fuit. 494.
 Gentiliciorum nominum vsus quando apud nos increbuit. 423. eorum celebratas quanti habita fuerit; cuiusdam Floreni Meleri exemplo cõprobatur. 409.
 Germana, Regina Aragonum, secunda Catholici Regis vxor. 275.
 S. Germanus, Parisiensis Episcopus. 4.
 Gerundæ Ducatus, Primogenitorum Aragonum Regum titulus. 199.
 Gefaleicus, siue Gefalaicus Gothorum Rex. 27.
 Ginesius Rabaza in quarto Interregno è nouem Iudicibus selectis vnus. 239.
 Gisberga, siue Ermiffenda, Regina Aragonum, Ranimiri I. vxor. 97. 106. pulchra nimis. 97.
 Glaudius Lanuzæ, Ioannis Lanuzæ III. frater. 515.
 Gombaldus, Gentilitium nomen antiquæ cuiusdam gentis fuit; postea proprij nominis loco vsurpatum. 405.

Gothicæ leges, de dispositionibus nuptiarum. 133.
 Gothorum Reges, Amalarici, Eurici, & his similibus nominibus appellati: unde Ricorum hominum nomen peti potuit. 302.
 Gothorum quorundam Magistratuum nomina. 419.
 Gradus opidum, quo tempore captus. 100.
 Granatæ Regnum à Catholicis Regibus expugnatum. 262.
 Gratianus Imperator. 3.
 Grayda de Torrellas, & Perellòs, Ioannis Lanuzæ III. Iustitiæ Aragonum mater. 513.
 Grayda Lanuzæ, Vgonis Vrriesij Ayeruij domini vxor. 515.
 Gregorius II. Pont. Max. 1.
 Gregorius VII. Pont. Max. 99. 104. 122.
 Gregorius Turonensis Cæsaraugustanos laudat. 3.
 Gubernatio Regnorum generalis, antiqum Primogenitorum Aragonum Regum ius. 191. 199. 216.
 Gubernatores singulis prouincijs, Iacobi I. Regis tempore, propter illius minoræ ætatem præpositi fuere. 158.
 Gudales, Mefnaderij. 337.
 Guido Lascurrensis Episcopus. 140.
 D. Gulielma Moncada Parrochiam de Pilari honorario iure quamdiu vixit, retinuit; & sine filijs decedens, Regibus illam legauit. 175.
 Gulielmus, Episcopus Cæsaraugustæ. 283.
 D. Gulielmus, Archiepiscopus Cæsaraugustæ, S. R. E. Cardinalis. 284.
 Gulielmus, Ripacurtiæ Comes. 94.
 Gulielmus, Comes de Guafconia. 104.
 Gulielmus Castellezuelus, Maiordomus Regis, ac Senior in Osca. 447.
 Gulielmus Moredonius, Templariorum Magister. 158.
 Gulielmus Vallesca, in quarto Interregno è nouem Iudicibus selectis vnus. 238.
 Gulielmus Aulomarius, Iudex Curiaræ. 457.
 Gulielmus Galuanus, Iudex Curiaræ. 455.
 Guntifaluus, Ripacurtiæ, ac Suprarbij Rex. 94. 104.
 D. Guntifaluus, Infans Aragonum, Abarcæ Galindi filius. 82.

Aaa Gun-

INDEX

Guntifalvus Ferdinandi Corduba, Neapolitanus Prorex. 510.
Gurreæ, Meñaderij. 337.

H

H Amat Almuzacayth, Cæsaraugustanensis XV. Regulus. 128.
Hamen Aben Huth, Cæsaraugustanensis XI. Regulus. 125.
Hedini munus. ex Vit. 416.
Hedon, siue Haidon, Andecæ filius, Azernarij pater: ex quo Aragonum Comitatus fluxere. 34.
Heleca, Episcopus Cæsaraugustanus. 283. tempore Aben Alfagij Reguli. 118.
Henricus, Rex Cipri. 182.
Henricus III. Castellæ Rex. 258. 262.
Henricus VIII. Angliæ Rex. 274.
Henricus, Trastamaræ Comes, Castellæ Regnum, nostro Rege sibi suffragante, consecutus est. 198.
D. Henricus, Infans Aragonum, Ferdinandi I. filius, Iacobitanæ Militiæ Magister, Aragoniorum Segorbij Ducum parens. 252.
Hereditarium gens in quarto Interregno ad Infantis Ferdinandi fouendas partes accessit. 230. eorumdem Hereditarium, Fontensium Comitum, amplissimum genus, & Insignia. 480.
D. Hermigilda, Infans Aragonum, Garciæ I. filia. 87.
Hermoigius, Tydensis Episcopus. 87.
Hiaya, Valentinus Regulus, Ruderici Biuarij amicus. 127.
Hieronymiani fratres, quo tempore Cæsaraugustam ad Diuæ Encratis templum adducti. 276.
Hieronymus Surita, grauisissimus Historicus, & locupletissimus nostrarum rerum scriptor. in ep. ad Deputatos. 1. in præfat. ad Loaysam. 2. 3. & deinde. 32. 33. 34. 37. 41. 42. 52. 58. 60. 70. 78. 82. 90. 91. 93. 135. 138. 140. 145. 150. 151. 163. 166. 213. 246. 324. 326. 337. 421. 423. 424. 425. 433. 434. 435. 436. 438. 442. 444. 448. 451. 457. 459. 460. 463. 480. 482. 484. 491. 499. in epist. Antonij Au-

gustini. 2.
Hieronymus Oforius Lusitanus. 301.
Hieronymus Larraga, Procancellarius Regis. 505.
Hieronymus Lanuza, Pinnatenfis Abbas, Ioannis Lanuzæ III. frater. 515.
Hilarius Pont. Max. in epist. Antonij Augustini. 2.
Hispania à Romanis in Citeriorem, & Vltiorem diuisa. 284. eius clades. 1. Vltioris caput fuit, Ouetenfe Regnum à Pelagio constitutum. Citerioris, Suprarbientse Regnum: à quo Aragonum, & Nauarræ Regna fluxerunt. 285.
Hispania Tingitana, & Transfretana, quæ. 6.
Hominum Signi, & seruicij, quot species. ex Vit. 304. 305.
Homo Regis, idest peyterius, mansionarius in domo, seu palatio Infationis excusabatur ab hoste, & caualcata. ex Sal. 317.
Honesti negligere solent, qui diuitias auidè consecretantur. 303.
Honos, virtuti solus debetur. 303.
Honores, vnde dicti. 320. 440. quando hereditarij iuris esse coeperunt. 154. 438. non poterant dari nisi his, qui ex natura essent Rici homines, & non essent alienigenæ. ex Sal. 310. non erant in Ricis hominibus, eorum ve familijs perennes: sed Rex inter eos ad suum nutum illos mutabat: ideoq. inter ipsos Ricos homines in gyrum versabantur. 332. 154. eorum plus æquo in vnum conferri non poterat. 332. neq. tolli nisi ex causa iusta per Iustitiam Aragonum, de consilio Curia. ex Sal. 311. quod si abdicabantur, statim alteri Rico homini conferendi erant. 330. quibus de causis abdicari poterant. 311. 330. 331. pro debitione pecuniæ bene poterant emparari: & quomodo huiusmodi emparamenta erant facienda. 332. postea Honores non numquam peregrinis hominibus dari consueuerunt. 335.
Honorius, Pont. Max. 156.
Hospitalis, siue Xenodochij Cæsaraugustani structura. 256.
Hotgerius

RERVM.

Hotgerius Cathazlot; à quo Catalonia dicta. 35.
Huertæ, minorum gentium patricij. 329.
Hueste, & Caualgada, quid. 324.
Hunuldus, Hedonis filius. 32.

I

I Acca vrbs ab Azenario, primo Aragonum Comite, capta fuit. 18. 36. dein de Suprarbientis Regni, & Comitatus Aragonensis, post ambarum huius modiditionum subiunctionem, constituta caput. 69. sola ea ciuitas erat, quando Abarca Rex electus fuit, in qua ille tunc commode sui Regni sedem collocare posset. 79. ipsa demum in cathedralem erecta, qui Aragonenses Episcopi antea, post Iaccetanes Episcopi dicti sunt. 78. malè in Liuio legitur Lacetania prouincia, & Lacetani populi, cum Iacetana prouincia, & Iacetani populi, legendum sit. 69.
Iaccense nomen, nummaria rei in Iaccetana vrbs memoriam impositum fuit. 165.
Iaccetanum Forum, siue Ius, à Galindo Comite editum. 38. 39. 40.
Iaccetani, siue Iaccenses, primi Ranimirum Monachum, Regem salutarunt. 145.
Iacobus, I. Aragonum Rex XIII. Expugnator. 156. miraculosè genitus. 155. Commentarios suarum rerum scribens, se quartumdecimum esse Regem profiteretur, eorum qui in Aragonia regnarunt. 51. 56. quam scitè, & prudenter de temperamento nostræ Reip. iudicavit. 297.
Iacobus II. Aragonum Rex XVII. Iustus. 180. primùm Siculis, nostris postea imperauit. 175. contra optimates nonnullos, Magistratus Iustitiæ Aragonum flagitauit præsidium. 180.
Iacobus, Infans Aragonum, Iacobi I. filius, Balearicus Rex. 159.
D. Iacobus, Infans Aragonum, Iacobi II. filius primogenitus, simul et successorem Regni, & vxorem deiecit. 181.
D. Iacobus, Infans Aragonum, Alfonso III. filius, Vrgeli Comes. 186. è generali gubernatione regnorum, cui præpositus fuerat, deturbatus: veneni suspicionè interijt. 194.
D. Iacobus, Infans Aragonum, Ioannis I. filius, puer obiit. 206.
D. Iacobus, Infans Aragonum, Martini Regis filius, infantulus mortuus. 209.
D. Iacobus alter, Balearicus Rex, Regno spoliatus, Clarentius vocitari voluit. 190.
D. Iacobus Exerica, Iacobi I. ex Vidaura filius legitimus. 160.
D. Iacobus, D. Ioannes, & D. Beatrix, Petri III. illegitimi filij ex Maria Nicolai. 176.
D. Iacobus, Iacobi II. illegitimus filius, à patre in Sardinia amplissimo patrimonio donatus. 182.
D. Iacobus Aragonius, Vrgeli Comes. 201. in quarto Interregno Regiæ successionis competitor. 218. viuente Rege Martino, ab eodem & generalis Regnorum gubernator, & Prorex Aragonum constitutus fuit. 216. mortuo eo, quasi illius successor, generalis gubernatoris nomen vsurpauit. 222. quare Rex nominari noluit. ibidem. postea à Regali successione depulsus, ferox reditus. 248. miser obiit. 251. eius causa etsi victa, multis magis placuit, quam victrix. 251.
Iacobus Cerdanus, Iustitiæ Aragonum filius. 229.
Iacobus Hospitalis, Iurisperitus Cæsaraugustanus, sexaginta annos post Salanouam fuit. 318. Ayeruo ætate coniunctus. 461. Ioannis Lupi Sesselsij, Iustitiæ Aragonum, locum tenuit. 477. tum Blasci Ferdinandi Hereditiæ: 481. tum Dominici Cerdani. 482.
Iacobus Morlanus, Iuratus Cæsaraugustæ. 137.
Iacobus Espesius, Arambrigenfis. in præfat. ad Loaysam. 4.
Iaponenses Reges nominibus in dono finitis, vt Arimandono, Vbarandono, & his similibus vocitantur: idq. donorum nomen apud eos vsitatissimum est. 302.
Ibnabala, siue Ibualarabi, primus Cæsaraugustanensium Maurorum Regulus. 116.

INDEX

Igualada, Cataloniae opidum, à nonnullis putatur Ergauia. 252.
 Ildefonsus Rex in Toledo, in Castella, & in Galicia. 108.
 Ilerda, quo tempore capta. 152. Rotensis, & Balbastrensis diocesis caput. 113. publica disciplinarum gymnasia in ea constituta. 182. olim intra Aragonios fines posita censebatur. 157.
 Ilerdenses Episcopi, Hispaniae cladis tempore, Rotam fugientes, & ibidem commorantes, Rotenses dicti: tum & Ripacurtienses: Gistauesesq. & Balbastrenses. 78.
 Imundar Caesaraugustanensis VII. Regulus. 121.
 Infantio dicitur, qui de genere Militari ex parte patris descendit, siue legitimus, siue non; siue masculus, siue femina. ex Sal. 310. 320. potest esse Miles. ex Sal. 310. potest se expedire à domino Rege, & quo pacto. ex Sal. 315. expeditus potest Regi facere guerram, sed non potest ignem in terram Regis apponere: & in bello campali debet transire in adiutorium Regis. ex eodem. 315. in quibus casibus remanet traditor. ex eodem. 315. Infantio, nec Miles, non potest in criminalibus subesse domino Villæ. ibidem. eius domus priuilegiata. ex eodem. 314. commodata villano, non signatur pro debito villani. ex eodem. 314. illius verbo sine Iuramento standum vsq. ad decem Solidos. ex eodem. 316. eius vxor, etsi villana, quamdiu viuuit, vel vidua eius sit, gaudet Priuilegijs Infantionæ: nisi in bonis suis: pro quibus peitauit. ex Sal. 318. noua illius nominis etymologia. 323. quæ à Vitali, & Molino traditur, non placet. 323.
 Infantiones nascuntur: Milites fiunt. 323. eorum alij ermunij: alij de carta. ex Vit. 304. 305. 308. possunt escaliare in villis Regalibus, vbi sunt vicini. ex Sal. 315. non dant boalage, neq. herbage. ibidem. non habentes iudices locales, cui subsint. ex eodem. 317. non contribuunt cum peyterijs, nisi tempore guerræ in exactionibus Regalibus, aut vicinalibus. ex Sal. 313. tenentur suis expen-

sis sequi Regem per triduum cuncta ad campale proelium, vel obsidionem caltri. ex eodem. 313. pro hereditatibus, quas emunt à peyterijs non contribuunt. ex eodem. 314. in quo casu habent medietatem caloniae homicidij. ex eodem. 316. in quibus casibus inter se teneantur se desafidare. ex eodem. 317. eorum species ac priuilegia. ex eodem. 313. 314.
 Innica, seu Enenga, Regina Suprarbij, Garisæ primi Regis vxor. 16.
 Innicus Eximini, Suprarbiensis Rex V. Arista. 29. fratrem habuit maiorem natu. 22. eius genus. 23. primus Nauarræ Rex. 54. non iisdem Comitijs à nostris, & Nauarrensis saluatus. 62. prius Nauarrensis solis, post ipsis, ac nostris iunctim imperauit. 27. 28. 59. 289. non solum nobis depactas leges confirmauit, sed nouum Priuilegium concessit: quod tempore Vnionis renuntiatum fuit. 290. 293. vnde Arista dictus. 30. Aristarum Insignia egi loco gestauit. 30. 85.
 Innicus, Aragonensis Episcopus. 24.
 Innicus Fortunionis, Mequentiæ opidi expugnator. 424.
 Innicus, & Enneco, idem. 48.
 Innocentius II. Pont. Max. 147.
 Innocentius III. Pont. Max. 154. 157.
 Innumerabiles Martyres Caesaraugustani quo tempore passi. 3. S. Lambertus, S. Encratis, & Socij. 3. eorum corpora in Ecclesia Sanctarum Massarum recondita. 4.
 Inquisitores Officij Iustitiæ Aragonum olim in Comitijs creabantur & Intercomitiales erant. 390. 391. 393. non solum contra Iustitiam Aragonum, & eius ministros, sed contra Inquisitores proxime præteritos inquirebant. 393. omnes quatuor, vel tres saltem in omnibus interesse debebant. 393. eorum munus. 395. 396. nunc quorannis forte educuntur: & dum oportet inducuntur à Deputatis. 395. in alios ministros potestatem habent, & in quos. 397. eorum notarius forte educitur: olim autem à Comitijs, quan-

RERVM.

quandoq. à Regibus, sæpius ab iisdem Inquisitoribus creabantur. 398.
 Insignia priorum Suprarbiensium Regum, Crux rubea supra arbore quercus. 15.
 Insignia Aristæ Regis, & quorundam aliorum Regum: argentea Crux. 30.
 Insignia, Aragonum Regni, & Regum propria: quatuor capita nigrorum Regum. 112.
 Insignia quatuor baculorum aureo in scuto, cum Barcinonensium Comitum essent, ex pacto, Aragonensibus Insignibus antelata, iam propria manserunt. 150.
 Insignia ciuitatis Caesaraugustæ antiqua, & noua. 143. 146.
 Insignia Regni Siciliae. 183.
 Insignia Vespertilionis, Valentini Regni, non nostri. 161.
 Interregna quatuor. 233.
 Interregnum primum, triginta annorum fuit. 21. 56. 57. 280. 285.
 Interregnum secundum, quatuor annorum. 32. 67. 70. 281.
 Interregnum tertium, vnus mensis. 143. 145. 282.
 Interregnum quartum, biennium non ex cessit. 217. 246. eius felicitas exitus summa in quo consistit. 247. 282.
 Inuentio S. Encratis. 206.
 Inuestitura Sardiniae, & Corsicæ. 182.
 Ioanna, Regina Aragonum, secunda Ioannis II. vxor. 258.
 Ioanna, Regina Aragonum, Catholicorum Regum filia, Caroli V. mater fuit. 274. 511.
 Ioanna, Infans Aragonum, Ioannis II. filia, Regina Neapolis. 259.
 D. Ioanna, Infans Aragonum, Ioannis I. filia, Mathæi Fuxensis Comitum vxor. 202. Martino Regi auunculo in Regia successione præponi, frustra tentauit. 210.
 D. Ioanna, Infans Aragonum, Petri III. filia in nupta decessit. 191.
 D. Ioanna, Fuxensis Comitum soror, Petro Infanti Aragonum nupta fuit. 181.
 D. Ioanna Aragonia, Catholici Regis filia, D. Bernardini Velaschi, Castellæ Conestabuli vxor. 275.
 Ioanna Rocabertina, Ioannis Lanuzæ II. Iustitiæ Aragonum vxor. 511.

Ioannes PP. XXII. Caesaraugustanæ Ecclesiae officiosus. 182.
 Ioannes I. Aragonum Rex XX. 201. in generali Regnorum gubernatione, contra patris edictum, Iustitiæ Aragonum Magistratus præsidio retentus fuit. 199.
 Ioannes II. Aragonum Rex XXIII. vere magnus. 257. Nauarrensis primum, nobis postea imperauit. 252. Iustitiæ Aragonum Magistratus institutio, ac vis, illius testimonio comprobatur. 258. aliquamdiu Alfonso fratris absentis locum apud nos tenuit. 259.
 Ioannes I. Castellæ Rex. 197.
 Ioannes II. Castellæ Rex. 252. 254.
 Ioannes, Nauarræ Rex, Ioannis II. ex Eleonora filia nepos. 275.
 Ioannes Labritius, vltimus Nauarræ Rex. 258.
 D. Ioannes, Infans Aragonum, Iacobi II. filius, Archiepiscopus Toletanus: post Patriarcha Alexandrinus, cum Tarraconensis Archiepiscopatus administratione, factus. 181.
 D. Ioannes, Infans Aragonum, Alfonso III. filius. 187.
 D. Ioannes, Infans Aragonum, Martini Regis filius, puer obiit. 209.
 Ioannes, Catholicorum Regum Primogenitus filius, futurus successor designatus, vxorem duxit Margaritam, Maximiliani Imperatoris filiam: & Salmanticæ obiit sine prole. 273. 510.
 Ioannes, Infans Aragonum, Catholici Regis, ex Germana Regina filius, Valisoleti obiit. 275.
 D. Ioannes, Pradensis Comes, Alfonso Gandiæ Ducis frater, eo mortuo, in quarto Interregno Regnum appetit: sed à Iudicibus ab ea spe statim depulsus. 239.
 D. Ioannes Aragonius I. Ioannis II. filius, Archiepiscopus Caesaraugustanus. 259. 284.
 D. Ioannes Aragonius II. D. Alfonso Archiepiscopi filius, Archiepiscopus Caesaraugustanus. 284.
 D. Ioannes Aragonius, Caroli Principis filius, Episcopus Oscensis. 259.
 Ioannes, S. Braulionis frater, Episcopus Caesaraugustanus. 11. in ep. Ant. Augustini. 4.
 Aaa 3 Ioannes

INDEX

Ioannes Ferdinandi Heredia, Magnus Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani Magister. 480.
D. Ioannes Lanuza, Aragonum Prorox. 515.
Ioannes Saluagius, Magnus Cancellarius. 514.
Ioannes Pelaius, Iustitia Aragonum. VI.
Ioannes Didaci, Iustitia Aragonum VIII. (427. 151. 429. 152.
..... Didaci filius, Iustitia Aragonum X. 431. 152.
Ioannes Lupi Tarazona, Iustitia Aragonum XVIII. 442. 168.
Ioannes Egidij Tarinus, Iustitia Aragonum XXVII. 451. 176. 179.
Ioannes Zapata Cadreto, Iustitia Aragonum XXVIII. 453. 180.
Ioannes Lupi Sessefsius, Iustitia Aragonum XXXVI. 476. 200.
Ioannes Eximini Cerdanus, Iustitia Aragonum XXXVIII. 486. benemeritus de Rep. 202. 212. 214. 217. 222. 225. 231. 247. 250. 253. 439. 441. 462. 483. De Iustitijs Aragonum ieiunè scripsit. in Præf. ad Loayfam. 3.
Ioannes Lanuza I. Iustitia Aragonum XXXIII. 507. 283.
Ioannes Lanuza II. Iustitia Aragonum XXXV. 509. 283.
Ioannes Lanuza III. Iustitia Aragonum XXXVI. 512. 277. 283.
Ioannes Lanuza IIII. Iustitia Aragonum XXXVIII. 518. 353. 383.
Ioannes Egidij Tarinus, Iustitiæ filius. 453.
Ioannes Lanuza, Ioannis Lanuzæ IIII. filius, futurus Iustitia post patrem à Rege nostro Philippo designatus est. 518.
Ioannes Bardaxinus, Iustitiæ filius, Regis Camarlengus, Baroniarum Pertusæ, & Antillionis dominus. 494.
D. Ioannes Martini Luna, PP. Lunæ pater. 207.
D. Ioannes Martini Luna alter, Infantis Antequeræ fautor. 220.
Ioannes Ataresius, sacellum Sancti Ioannis in spelunca Vruëlis montis construxit. 13. in eodem sepultus. 23. 57.
Ioannes Tonda, & Ioannes Cineta, Doctores Theologi, Xenodochij Cæsaraugustani Rectores. 256.
Ioannes Didaci, Senior in Cascante, & in Arguedas. 429.

Ioannes Didaci Auxius, Bielsæ domus. 496.
Ioannes Lupi Gurra, Baiulus Generalis. 497.
D. Ioannes Luna, & D. Angelina Cosconia, Villæ felicis dominatores. 507.
Ioannes Talauera, frater Dominicanus, Sancti Officij Inquisitor. 270.
Ioannes Sora, Regens Cancellariam, Iuratus Cæsaraugustæ. 135.
Ioannes Lupi Alberuela, ciuis Cæsaraugustanus. 270.
Ioannes Petri Patos, Iurisperitus. 461.
Ioannes Petri Casseda, Cerdani, & Bardaxini Locumtenens fuit. 489. 490. 492.
Ioannes Petri Nuerus, Cæsaraugustanus ciuis, consultissimus Iurisperitorum, Fisci aduocatus. 353. 358. 417.
Isabella, Regina Catholica, Catholici Regis Ferdinandi vxor, Henrici Regis Castellæ soror, ac heres fuit. 262.
Isabella, Catholicorum Regum filia, Regina Portugalæ. 273.
Isabella, Caroli V. vxor, Mariæ Catholicorum Regum filia, filia fuit. 274.
Isabella, eiusdem Caroli V. soror. 277.
Isabella, Infans Aragonum, Iacobi I. filia, Regina Gallia. 159.
Isabella, Infans Aragonum, Petri III. filia, Regina Portugalæ Sanctorum numero adscripta. 176.
Isabella, Infans Aragonum, Iacobi II. filia, Federici, Austria Ducis, Rom. Imperatoris, Augusta vxor. 182.
D. Isabella, Infans Aragonum, Petri I. filia inupta decessit. 113.
D. Isabella, Infans Aragonum, Alfonsi IIII. filia, puella mortua. 186.
D. Isabella, Infans Aragonum, Petri IIII. filia, Virgelitani Comitis Iacobi vxor. 202.
Isabella Alós, Galaciani Tarbæ, Iustitiæ Aragonum vxor. 476.
Isabella Ram, Bardaxini Iustitiæ Aragonum vxor. 494.
Isabella Cerdan, prima Auxij Iustitiæ Aragonum vxor. 500.
Iarnus I. Ripacurtiæ Comes. 94.
Iarnus II. Ripacurtiæ Comes. 94.
S. Isidorus. in ep. Ant. Augustini. 2.
Isocrates tunc omnino bene temperatam fore Lacedæmoniorum Remp. iudicauit, si Ephoris calcaria, & Regibus franc

RERVM.

frænos adhibere liceret. 389.
Iuceph Aben Huth, Cæsaraugustanensis XII. Regulus. 126.
Iudæorum plurimæ Synagogæ deletæ. 207.
Iudex ordinarius nullus potest habere nisi vnum Locumtenentem. 361.
Iudices ordinarij, & de legati, qui. ex Vit. 414.
Iudices Curia, & Auditores Curia. qui. 419. 420. in Aula regia iudicia faciebant. 178. singulis diebus mane sedentes ad causas. 420. Comitij interesse non poterant. 459. Regem assidue sequebantur, inter domesticos Regum iudicia facturi. 420. eorum numerus certus non fuit, & interdum alienigenis mandabatur id munus. 420. Magistratus is à Iustitiæ Aragonum Magistratu diuersus. 457.
Iudicia causarum, quæ apud Iustitiam Aragonum versantur, inter Locumtenentes per Abecedarij distributa sunt: & certâ iam temporum terminatione faciendâ. 367.
Iustitia Aragonum est vinculum nostræ Reip. ac domesticæ ciuilibus concordia fundamentum. in ep. ad Dep. 2. est Iudex Medius inter Regem, & Regnum. 26. 388. est tamquam alter Pythius Apollo. 346. est vindex iniuriæ, & violentiæ; præsidium, ac portus periclitantium: arx libertatis: refugium oppressorum: libertatum defensor, columnen, & protector: pater Reip. summus Magistratus pro Domino Rege supremam potestatem, & iurisdictionem exercens. ex libello Ioannis Petri Nueri. 354. 356. primùm Iudex Medius: postea Iustitia Maior; tum Iustitia domini Regis, aut per manum Domini Regis; tum Iustitia in Cæsaraugusta; tum Iustitia absolutè; tandem Regni nomè assumens, Iustitia Aragonum dictus est. 26. 291. 301. 308. 413. 432. 435. Iustitia principalis in Aragonia. ex Vit. 295. etiam in ipso nomine iustitiam, & æquitatem indicat. 291. in ep. ad Deputatos. 3. 4. diuina appellatione insignitus. in ep. Ant. Augustini. 1. appositè circumspectus dicebatur. 359. eius nomen post Cæsaraugustam captam primùm literis manda-

ri cœptum. 422. potestas à Regni initijs in Suprarbiensis Fori tabulis inclusa lauit. 300. cur nulla ipsius potestatis ante Cæsaraugustam captam mentio reperitur. 132. iustitiæ præfectus solus Rex debet cenferi. ex ep. ad Dep. 3. 4. ad quid constitutus. 50. eius potestas suauius, & æqua. 180. 290. 342. 343. 359. labente Ricorum hominum dignitate, illius potestas, ac iurisdictione concreuit. 154. 132. 300. 341. 342. non domesticorum solum, sed aliorum, tamen alieni iuris, motus à ratione auersos temperauit. 495. neq. solum Remp. sapius. dum à Rege regitur, conquassari non finit, sed eam ad Interregnum adductam, futuro Regi saluam, & incolumem reseruauit. 488. eius præsidio, fortuna Regi magis stabilis. 255. simul cum ipso Rege initio constitutus. 26. 288. 289. 291. 293. non introductus: sed ex pacto, & conuentu positus. 291. 293. 297. 347. à primordijs Regni stabilitus. ex lib. Ioannis Nueri. 356. eius institutio quando facta. 17. Cerdani, Molini, Sagarra, Vitalis, Ioannis II. Regis, & aliorum testimonijs comprobatur. 291. 292. 293. 294. 296. quare illius institutionis in prisca legibus mentio non fit; tamen potestatis multa. 167. à Regibus constituitur, non ad nutum: sed ad vitam. 352. 255. vt ne abrogari posset à Rege, vnde nostri præcauendum duxerunt. 450. an posset abrogari à Rege, olim quæstio fuit: sed nunc lege edita, quæ id prohibet, definita. 174. 352. occurrente vacatione illius. infra triginta dies, postquam Regi innotuerit, debet ab eo prouideri. Quod si non fiat. Deputati, Locumtenentes ponere possunt, qui, quoad usq. prouideatur, munus regant. 367. ad renuntiandum illud Iustitia ex aliqua precedenti obligatione compelli non potest. 352. adiunctus iudex ei dari non potest. 203. in factis domini Regis est iudex peculiaris, & potest inhibere Primogenitum, & alios, ne dedictis factis se intromittant. ex Mol. 347. 293. dum interdicit, ea vitur moderatione, vt ex parte domini Regis interdicit. 347. dubia Fororum decedit. ex Mol. 343. est iudex exemptorum. 347. à Regibus, & superioribus Magistratibus iusiurandum

INDEX

recipit. 348. quando iste inductus fuit mos. 469. est Iudex in causis, quæ sunt inter Ricos homines, Milites, & Infantiones. ex Salan. 315. est Comitiorum Iudex. 348. illorumq. temperatio, & mens. 475. cognoscit de causis delinquentium contra Foros. 348. est Iudex competens inter Fiscum, & priuatum. 348. solus potest interdico suo, quæ timetur, iniuriam propulsare. 348. ad eum spectat, declarare, si literæ domini Regis sunt defavoratæ, & an eis sit obediendum. ex Mol. 344. consultus per Regem, illiusve ministros, de dubio Fori, tenetur eis respondere. cuius rei exempli causa, duo adhibentur Salanouæ responsa. 343. 344. 345. est Regis Consiliarius, & à Regibus eo titulo, & honore insignitus. ex libello Ioannis Petri Nueri. 357. in principio sui officij, in manibus Regis tenetur iurare. ex eodem. ibidem. aliquamdiu de Regis præscripto, de omnibus causis in prima actione cognouit: & à Iudicibus ordinarijs locorum ad eum pronocatio erat. 445. debet esse Miles. 167. ex Sal. 315. & quare. 360. 361. Nobilis, non potest esse Iustitia. 361. ex quo medijs inter Regem, ac populum Iudex statuebatur; rectè factum, vt ex medio Ordinum gradu, Militari scilicet, ac Equestri adsciretur. 361. illius mors, sicut mortes Nobilium, & Prælatorum, habetur pro notoria. 493. plures Iustitiæ olim cum Milites essent, iuris tamen intelligentia præstabant. 360. sed iampridem illiteratis hominibus id munus mandatur. 360. eum, eiusq. Locumtenentes nedum factis, sed verbis lædere, crimen est. 359. initio vnū tantum Locumtenentem habere poterat. postea, vt duos haberet, cōcessum fuit ei. 361. nūc quinq. habet. 366. largitiones accipere ipse, nec eius Locūtenentes non possunt. 362. ob ciuile causam capi nō potest, nisi de Regis simul, ac Regni præcepto. 255. etiam iure priuati criminaliter agere contra eum, nisi apud Regem, & Regnum simul, non licet. 353. 390. si quæ ei, vt priuatæ personæ, iniuria infertur, muneri censetur illata. 353. illius ministri superiores, exem-

pti sunt à Regia iurisdictione: & nisi coram eo ciuilitè, nec criminaliter cōueniri nequeunt. 353. quo in loco accumbere debeat in conuiuio. 300. in exequendis sententijs suis interdū debet opportunitatem expectare temporis. 215. nisi in temperandotēperantiam adhibuerit, censorij iudicij pœnis subiacet. 389. 390. eius qui primum Magistratum gesserit, nomen non proditur. 297. 301. Notarios Curia suæ, & suorum Virgariorum, ac ipsos Virgarios creat. 188. 368. 369. 462. à litigatoribus olim iura sententiæ exigebat. 462. iampridem illi de Regis ærario annuū persoluitur stipendium. 462. copiosius de publicis vectigalibus alendus. 369. Regem intra Regnū existentē, quocunq. ierit, vt eius Cōsiliarius sequi debet, & ad eius latus tā in pace, quā in bello residere. ex lib. Ioann. Petri Nueri. 356. in Comitijs quomodo, & inter quos iudicare debeat. 386. verba, de partida, quomodo intelligenda. 387. sententiæ de Comitiorum consilio lata, sine prouocatione est standū. 185. in Particularibus Comitijs Curia prorrogat: in Generalibus non, sed Vicecancellarius, eo præsentē. 386. vbi sedere debet. 388. Iustitia Aragonum, & alij Regij ministri, de seruandis legibus in Comitijs latis in cuius manibus iurare debeant. 387. Iustitiæ Aragonū vndequinquaginta annotantur. 518. ac plures fortasse reperiuntur. 131. 421. 422. non qui Iudices Curia passim occurrent, Iustitiæ Aragonum censendi. nā diuersa vtrorumq. ratio. 421. omnes nos istius debemus, dum opus est, esse stipatores corporis Magistratus. 369.

L

Lacedæmonij vnus semper moribus, nec vnquam mutatis legibus vixerunt. 166. Lanuzæ, Mefnaderij. 338. eorum generis antiquitas vnde orta. 501. Larumbe, Nauarræ opidum. 31. Latini sermonis elegantia non facile semper tueri possumus. 301. Laudari à laudato viro magni inter est. in ep. ad

RERVM.

ep. ad Dep. 1. 2. quod si fiat ob religionis cultum, longè præstat. in ep. Ant. Augustini. 2. Laurentius Ferdinandi Heredia, Iustitia Aragonum XXXXVII. 516. 481. 283. Lazarus Borau, Locumtenens Iustitiæ Aragonum, Alagone à Ioanne Petri Caluilio interfectus. 506. Leges apud nos prius cōditæ, quā Reges creati. 29. vernacula lingua editæ. 322. ea septæ sunt difficultate, vt neq. rogari, neq. abrogari, nisi de Regis, & Regni simul consensione nō possint. 371. 372. Leges omnes, quæ apud nos, & Nauarrenses vigent, a Suprarbiensi antiquo Foro dimanarunt. 166. Leges Gothica aliquamdiu in vsu fuerunt apud nos. 132. Leo III. Pont. Max. 17. Libertas, quæ, censenda sit. in ep. ad Dep. 5. in moderatione, & prudentia, non in pertinacia consistit. 474. à bellicotumultu, & à populi iudicij abhorret: libentiusq. in ciuiliū legum præsidij conquietit. 474. 301. ea sola libertas censenda est, quæ in ea, quæ est inter nimium, & parum, mediocritate consistit. 475. ipsis Regibus ad diuturnitatem eorum imperij conducit. 290. tribus præsidij à maioribus nostris initio septa fuit: Iudicis Medij præfectura: Ricorum hominum potestate: & Vniouis vi. 299. ad liberorum populorum tractanda gubernacula oportet, homines in libertate educatos adhiberi. 474. Libertatum Aragonensium origo. 21. 299. Lihorrij, Mefnaderij. 338. Lirij, Mefnaderij. 337. Literæ, seu notæ numerorum apud antiquos nostros, non semper simili, sed interdū varia, & dissimili ratione comparatæ. in præf. ad Loayf. 6. Literarum publicarum, seu Priuilegiorum exempla, quando Hispanæ exarari cœpta sunt. 441. Lizanæ, maiorum gentium patricij. 327. Locumtenens Iustitiæ Aragonum si in Comitijs absente Iustitia adsit; Iudex Curia, quemadmodum & ipse Iustitia, appellandus. & ita locus Obseruantia tit. de probationibus. intelligendus. 460. Locumtenenti iniuria notato, neq. in Cu-

riam reditus; neq. aditus patet ad honores. 399. Locumtenentes Iustitiæ Aragonum vnde dicti. 361. initio ab ipsis Iustitijs creabatur. 361. non possunt patrocinari causas. 361. olim vna die celebrabant Curiam: altera Consilium. 362. non temporales, sed ad libitum: postea triennales facti. recusantes, non possunt comelli. sorte educuntur. 362. 363. annui aliquamdiu fuerunt. 365. tum etiam viri ciuiliū legum expertes ad gerendum hoc munus admissi. 365. nunc quinq. constituti sunt: & quæ ad eos potestas translata. 366. in posse Deputatorum Regni initio suorum munerum, & post quolibet mense tenentur iurare. 364. 368. vacante Iustitiatu, illum regunt. 366. 492. 493. in ciuilibus, & criminalibus cui subsint. 369. Loharre opidum, quo tēpore captum. 100. Calagurris Iulia Nafica creditur. 100. 2. Lombardia, à Longobardis dicta. 61. Longobardi de constituenda Rep. à nostris consulti. 287. principes nobis existiterunt ad suscipiendam Reip. formam, qua fruimur. 372. quo tempore in Italia viguerunt. 60. eorum imperium post Christianam religionem adscitam benignum fuit, & à Paulo Diacono iustum appellatur. 61. leges nostræ eorum legibus similes. 61. Lop Garcez, Senior in vno Castello, & Arrola. 65. 108. 434. Lop Xemenones de Turrilgas. 156. Lope Gonzaluus, Senior in Nagera. 75. Lope Xemenones, Senior. 84. Lucius, Episcopus Cæsaraugustæ. 11. S. Ludouicus, Tolossanus Episcopus, Regina Aragonum frater. 181. Ludouicus, Sicilia Rex. 197. Ludouicus, Calabria Dux, in quarto Interregno, Regni competitor. 206. 220. Luna, olim Gallicolis, siue Mons maior dicta: quo tempore capta. 100. Lunæ, Martinij: maiorum gentium patricij. 327. Lunæ, Ferrenchij: maiorum gentium patricij. 327. Lunæ, Lupij: maiorum gentium patricij. 327. Lunarum nomen vnde sumptum. 208. illorum

INDEX

lorum tres familiae. 327. duae à D. Petro Luna profectae. 404. Lunarum familia in Hispania nulla illustrior, Regali excepta. 207.
 Lupus Sanz, Iustitia Aragonum III. 426. 142.
 D. Lupus Ferdinandi Luna, Archiepiscopus Caesaraugustanus. 284.
 D. Lupus Luna, Lunensis Comes, nobilissimus, ac ditissimus vir, Reginae Mariae, Martini Regis uxoris, pater. 208. Vnionis tempore illius deferenda auctor, dum Regis iracundiae aliquid permisit, melius cum eo de publicis commodis statuere potuit. 477.

M

MAcharius, vetustus scriptor, Ioannis Ararensis vitam scripsit. 24.
 Maëlla, quo tempore capta. 153.
 Magister Rationalis in compoto Caualleriarum olim quid facere tenebatur. 311.
 Magistratus nonnulli sic in nostrâ Rempublica induci sunt, vt ab Arabibus, & Gothicis potestatem, tum ipsa etiam nomina usurparint. 419.
 Magistratus maiores, & minores, qui ex Viris. 417.
 Mahomad Abdurrahamenis filius, Cordubensis Rex. 33.
 Mahomad Aben Lupus, & Mahomad Athanaëlus, fortasse Regem Garsiam, & uxorem in Interregno secundo interemerunt. 31.
 Maiordomorum triplex ratio. 208. 418. nam Maiordomus Regis, seu maior in domo Regis. ex Vit. 413. sumptuarias rationes à dispensatoribus accipiebat. 178. 306. 419. Maiordomus Regni. 418. & Maiordomus Curiae. 419.
 Maiores nihil vniquam prudentius fecisse visi sunt, quam dum Vnionis vim ad Magistratum Iustitiae trãstulerunt. 474.
 Manfredus, Siciliae Rex. 171. 172. 183.
 Manifestatio, quid, & vnde dicta. 203. 350. 351.
 Manifestatorum carcer intra Caesaraugustam constitutus: à cuius ingressione supremi Iudices prohibentur. 357.
 Mantius, Episcopus in Aragonia. 48. 103.

Marauetinum vestigal, quando impostum. 165.
 Marchesia, Thibaldi Nauarrae Regis filia, Petri Ferdinandi Xeritani vxor. 182.
 Marchionatus Prouincia, Aragonum Regno subiunctus. 153.
 Marchionis Oristani bonorum proscriptio. 506.
 Marci Tullij Ciceronis de oratore quodam obliuioso dictum facetum. 283.
 Marcuellu opidu quo tempore captum. 100.
 Marcus Varro, Romanus. 184.
 Margarita, Regina Aragonum, Martini Regis secunda vxor. 216.
 Margarita, Infans Aragonum, Martini Regis filia, puella decessit. 209.
 Margarita, Maximiliani Imperatoris filia, Ioannis Principis, qui Salmanticae obiit, vxor fuit. 273.
 Maria, Regina Aragonum, Petri II. secunda vxor. 154.
 Maria, Regina Aragonum, Iacobi II. secunda vxor. 182.
 Maria, Regina Aragonum, prima Petri III. vxor. 191.
 Maria, Regina Aragonum, prima Martini Regis vxor. 208. 212. 213.
 Maria, Regina Aragonum, Alfonsi V. vxor. 254. Maria Locumtenens, in nostris legibus appellatur. 254.
 Maria, Infans Aragonum, Ferdinandi I. filia Regina Castellae. 252.
 Maria, Catholicorum Regum filia, Regina Portugaliae. 274.
 D. Maria, Infans Aragonum, Caesonis Regis filia. 86.
 D. Maria, Infans Aragonum, Iacobi I. filia, puella decessit. 159.
 D. Maria, Infans Aragonum, Iacobi II. filia, Petri Infantis Castellae vxor. 182.
 D. Maria, Infans Aragonum, Petri III. filia, puella obiit. 191.
 D. Maria, seu Marina, Infans Aragonum, Ioannis II. filia, puella decessit. 259.
 Maria, Trinacriae Regina. 209.
 Maria, Nauarrae Regina, Iudouici Francorum Regis soror. 275.
 Maria, Regina Vngariae, Caroli V. soror.
 D. Maria Aragonia, Alfonsi V. filia, Ferrariensi Marchioni nupta fuit. 255.
 D. Maria Aragonia, Ioannis II. filia, innupta decessit. 259.
 D. Maria

RERVM.

D. Maria Aragonia, Catholici Regis ex Torra, filia. 275.
 D. Maria Aragonia, eiusdem Catholici Regis ex Pereyra, filia. 275.
 D. Maria Petri Gotoria, Papae Lunae mater. 207.
 Maria Sanctij Aliaga, Dominici Cerdani, Iustitiae Aragonum vxor. 485.
 Maria Eximini Limana, secunda Auxij, Iustitiae Aragonum, vxor. 500.
 Maria Bardaxi, Iustitiae filia, D. Petro Vrrae, patricio nobilissimo viro nupta fuit. 494.
 Maria Lanuza, vnica Ioannis Lanuzae II. Iustitiae Aragonum filia, D. Petro Lunae, Moratae nuper Comiti nupsit. 511.
 Maria Santij Huerta, Ruderici Zapatae vxor. 454.
 Maria Lupi Anzano, Pelegrini Anzani Iustitiae filia. 464.
 Marsilius, siue Masillus, Caesaraugustanensis II. Regulus. 117. 19. eius domus, quae nunc dominorum Alfoceae, iuxta vicum sceleratum. 117.
 Martina Petri Tarba, Salanouae Iustitiae Aragonum vxor. 457.
 Martina Ayfa, Anzani Iustitiae vxor. 464.
 Martina Petri del Sou, Ionnis Eximini Cerdani Iustitiae Aragonum vxor. 490.
 Martina Cerdana, eorum filia, Philippo Vrriesio, Ayeruij dominatori nupta fuit. 490.
 Martina Lupi Lanuza, Blasii Ferdinandi Herediae, Iustitiae Aragonum mater.
 Martinus V. Pont. Max. 236. (515).
 Martinus Aragonum Rex XXI. 207. à fratre relictus heres testamento fuit, 210. à filio itidem hereditario iure Siciliense Regnum, & Athenarum, & Neopatriae Ducatum obtinuit. 216. in Comitibus Ann. 1398. celeberrimam habuit concionem. 376. 213. de antiquis nostrorum hominum familijs simul cum PP. Luna iudicium fecit. 326. se prole orbatu videns, de Regia successione sic f. ut ei deferretur, ad quem iure, & iudicio pertineret. Vnde quarti Interregni origo. 216. 217. 223.
 Martinus, Infans Aragonum, Siciliae Rex, Martini Regis filius. 209.
 Martinus, Infans Siciliae Regis filius, puer obiit. 215. 216.

Martinus Petri Artassona, Iustitia Aragonum XX. 443. 168.
 Martinus Sagarra, Iustitia Aragonum XXV. 448. 168.
 Martinus Didaci Auxius, Iustitia Aragonum. XXXXII. 496. 256. Obseruancias collegit. in praef. ad Lo. 2.
 Martinus, Turiafonensis Episcopus. 424.
 Martinus Cerdanus, Iustitiae filius, Turiafonensis Episcopus. 490.
 Martinus Galindi, Senior in Ayerue. 425.
 Martinus Orsilia anno. 1183. Zalmefina Caesaraugustae. 437.
 Martinus Alpartilius antiquarius, de nostrorum hominum familijs scripsit.
 Martinus Petri Huesca, Iudex Curiae. 455.
 Martinus Pertusa Iurisperitus, Zalmefina Caesaraugustae fuit, & de legibus nostris scripsit. 497.
 Martinus Auxius, Iustitiae filius, Alfonsi V. Cubicularius fuit, & Alfoceae dominus. 500.
 Martinus Garsias, Canonicus Caesaraugustanae sedis, postea Episcopus Barcinonensis. 269.
 Martinus Lupi Lanuza, alias Galacianus Tarba, Ferrarij I. auunculus. 502.
 Martinus Lupi Lanuza alter, Baiulus generalis fuit, Ferrarij I. frater. 502.
 Martinus Larraga, Iurisperitus, Cuius Caesaraugustanus. 505.
 Matha, seu Mathæa, Regina Aragonum, prima Ioannis I. vxor. 201.
 Mathæus, Fuxensis Comes, Ioannis I. filiae maritus, focero mortuo, frustra Regnum Aragonum appetiuit. 210.
 Mauri Galliam Gothicam Hispaniae cladis tempore inuaserunt. 2. CCCC ferme annos Caesaraugusta vrbe sunt potiti. 129.
 Mauri Caesaraugustanenses Reguli XVI.
 Maximilianus, Rom. Imp. 274. (115).
 Maximus, Episcopus Caesaraugustae. 11. in ep. Ant. Augustini. 4.
 Mazæ, minorum gentium patricij. 328.
 Mensata, & facere mensatam, apud nos quid. 336.
 Mergelina, Rothronis Perticarum Comitissis filia, vxor fuit Garsiae Ranimiri, à Nauarenibus in tertio Interregno euecti Regis. 145.
 Merinus

INDEX

Merinus Iaccæ, antiquus Magistratus. 38.
 Merinus Regis ad emparandos Rico-
 rum hominū Honores mittebatur. 332.
 Merinorum munus. ex Vit. 414.
 Mefnada, dicebatur olim familia Regis.
 ex Vit. 308. 322.
 Mefnadarij, ac Mefnaderij, idem. 339. di-
 cebantur Palatini. ex Vit. 308. ex Sala-
 noua. 318. 322. eorum ratio triplex.
 nam alij Nobiles: alij Milites: alij In-
 fantiones. 337. numerus incertus.
 337. nihilominus fuere nonnulli il-
 lustriores: & qui. 337. plures etiam
 fuerunt, quā recensentur. 338. 424.
 nonnulli se Seniores Honorum, ad Ri-
 corum hominum instar, nuncuparunt.
 339. & nonnulli ea, Don, Nobilium no-
 ta leguntur illustrati. 404. Mefnada-
 rij nobiles, qui fuerint. 333. etiam si
 in familia Regis personaliter non mo-
 rantur, Mefnadarij censebantur. ex
 Vit. 308. ab alijs, quā a Regibus,
 quo pacto poterant expensas recipere.
 ex Vit. 308. non poterant eis Reges
 negare Militiam, nec quod in sua fami-
 lia essent, nisi ex causa. ex Vit. 308.
 Honorem consequuti: fiebant Ricci ho-
 mines, seu Barones. ex Vit. 305.
 Mefnaderiæ quibus de causis tolli pote-
 rant, vel emparari. 311.
 Mezquita maior Oscensis, ab Arabibus
 Mysleyda vocabatur. 112.
 Michaël Princeps, Cæsaraugustæ natus,
 Catholicorum Regum successor decla-
 ratus fuit. 273. 511.
 Michaël, Episcopus in Tarazona. 148.
 Michaël de Rada, Senior in Petra rubea,
 & in Tronzeto. 148.
 Michaël del Molino, auctor Repertorij.
 161. 511. eius libri auctoritas. 293. 304. 344.
 Miles, quis dicatur. 320. 323. (346. 365
 ex Vit. 308. deficiens in seruitio vnus
 diei, perdit totum annum, & quomo-
 do intelligendum. 311. qui se alterius
 vassallum facit, quid perdat. 311. non
 tenebatur facere mensatam. 313. pro-
 pter homicidium, etiam sine diffida-
 mento, non censebatur traditor. Et
 idem de Infantione: sed non idem de
 ciuibus, aut villanis. ex Sal. 318. in
 criminalibus non subest domino villæ.
 315. equus militis pignorari non pote-

rat. ex Salan. 312. neq. de habenis acci-
 pi, sine calonia. ex eodem. 313. non
 tenetur facere Saluam. ex eod. 312.
 pro Infantione potest saluam facere. ex
 eod. 312. illius Ricci hominis, cuius sti-
 pendia merebatur, subdititius, ac vt
 vulgo loquimur, vassallus, vocabatur:
 et si in eius seruicio, deficiebat, mul-
 ctari poterat. 322. Militum priuilegia ex
 Sal. 312. plerunq. ipsis stipendiariæ illæ
 portiones consueuerunt in bonis seden-
 tibus assignari. 322.
 Militarium huiusmodi stipendiorum
 immunitas, quæ aliquamdiu opidis da-
 ta fuit; damnū Reip. statuebatur. 340.
 Miorrandus, primus Archidiaconus Cæ-
 saraugustæ post captam urbem. 140.
 Miralmuminimij nomine apud Arabes
 summa imperatoria maiestas designa-
 tur. 21. 118.
 Momerana, seu Munina, quæ Legionensi
 Regi Fruelæ nupta fuit, primi Suprar-
 biensis Regis filia censenda. 16. 52. 53.
 Monarchia Polyarchiæ præferenda est.
 Monarchiæ incommoda in con- (288.
 stitutione nostræ Reip. temperata. 286. 287.
 Monasterium Sancti Ioannis de Pinna
 in Vruele monte prope Iaccam vr-
 bem. 57. 78. à quo constructum. 16.
 quando amplificatum. 23. quando
 consecratum. 24. eadem priuilegia,
 quæ Cluniacense monasterium, habet.
 103. in eo aliquamdiu Aragonenses
 Episcopi diuersati. 78.
 Monasterium Sancti Martini Cerciten-
 sis Acomueri in opido, à quo, & quan-
 do constructum. 38.
 Monasterium Sancti Petri Sirensis. 38.
 in eo aliquamdiu Aragonenses Episco-
 pi diuersati fuere. 78.
 Monasterium Sancti Petri de Taberna
 Gothorum tempore celebre. 6.
 Monasterium Assaniense ipsorum etiam
 Gothorum tempore illustre: Sancti
 Martini Sarasiensis prius, postea
 Sancti Victoriani nomine insignitū. 27.
 Monasterium Populeti, ab eodem Comite
 inchoatum. 152. postea ab eodem Comite
 Iosepho II. filio perfectum. 153.
 Monasterium Montis Aragonum, à quo,
 & quando constructum. 101.
 Monasterium Sancti Dominici, Cæsaraug-
 gustanum,

RERVM.

gustanum, quando constructum. 162.
 Monasterium Sancti Francisci, Cæsaraug-
 gustanum. 162.
 Monasterium Sancti Augustini, Cæsaraug-
 gustanum. 182.
 Monasterium Sanctæ Mariæ de Monte
 Carmelo Cæsaraugustanum. 179.
 Monasterium Cæsaraugustanum monia-
 lium Sanctæ Agnetis. 182.
 Monasterium Cæsaraugustanum monia-
 lium sanctæ Catharinæ. 162.
 Monasterium Cæsaraugustanum monia-
 lium Sancti Sepulchri. 182.
 Monasterium Sanctæ Fidis prope Cæsa-
 raugustam, à quo, & quando constru-
 ctum. 453. vnde translatum. 162.
 Monasterium ad Baio prope Sadabam,
 quando constructum, & quando, &
 qua de causa euersum. 176.
 Monasterium monialium Xixenæ, à quo
 constructum. 153.
 Monasterium monialium de Casuas prope
 Oscam urbem quando constructum
 fuit. 176.
 Monasterium monialium de Trasouares,
 ex alio quod erat ad Iberi fluminis ri-
 pas prope Lucenich, & Alcalæ opida,
 translatum. 168.
 Monasterium de las Huelgas de Burgos
 à Regina Aragonum constructum. 159.
 Monasterium Zaydiæ, Valentinum quan-
 do constructum. 160.
 Monasterium Ordinis Sanctæ Brigidæ,
 olim in Peraman opido ad Salonis flu-
 minis oras. 168.
 Monasterium Sancti Petri de Arlanza à
 quo fundatum. 92.
 Monasterium Riupulli. 152.
 Monasterium Sancti Saluatoris Legeren-
 sis. 30.
 Moneticum, vestigal quando imposi-
 tum, & a quibus exigendum. 155.
 Montes Lunæ dicuntur à Geographis,
 qui cellisissimi sunt: quasi Lunam con-
 tingant. 100.
 Montionis siue Mons Titionis, vulgò
 Montifonis opidum, quando captū. 100.
 Montspesler ciuitas quando à Barcinonensi
 Comite capta fuit. 428.
 Mosse Albayhuzetus Hebræus, Sancti Do-
 minici Innocentis Martyris Cæsaraug-
 gustani intersector. 169.

Mossen, apud nos Militum nota. 404.
 Mudejares, qui dicantur. 130.
 Mudy, Cæsaraugustanenſis VI. Regu-
 lus. 120.
 Multitudine nihil incertius. 234.
 Mundus constanti sua conuersione cir-
 cum se omnia contorquet, ac vertit. 476
 Munnozius, Cerdaniæ prouinciæ domi-
 nator. 34.
 Murtiense Regnum à Iacobo I. Rege ex-
 pugnatum. 160.
 Mutatio morum in mutatione domi-
 norum metuenda. 242.
 Muza, Arabicè quid significat. 1.
 Muza Aben Zuyr, Arabs, Cæsaraug-
 gustæ expugnator. 6. totius Hispaniæ
 curationi ab Alcalifa Vliith præposi-
 tus. 115.
 Muza Aben Heazin, siue Abencazin, Cæ-
 saraugustanenſis III. Regulus. 117. 20.
 nostram Remp. ad primum Interre-
 gnum adduxit. 118.
 Muzarabes, qui dicantur. 1.
 Muzarabes Cæsaraugustani Manlienſis o-
 pido donati à Rege. 130.
 Muzarabes Oscenses in parrochia Sancti
 Petri veteris degerunt. 113.

N

N Folcalquerij Comitissobrini, Re-
 gina Aragonum, prima Petri II.
 vxor. 154.
 Najæ, minorum gentium patricij. 329.
 Narbonensis prouincia, Braccata dicta
 fuit. 152.
 S. Narcisi, & aliorum Sanctorum Marty-
 rum, quorum corpora in Gerundenſi
 Ecclesia visuntur, insigne contra Fran-
 corum gentem miraculum. 175.
 Nauarræ Regnum, tempore Francorum
 ad Roncam vallem cladis, nostris
 Regibus nequaquam parebat. 19. quan-
 do à Catholicis Regibus subactum. 263.
 eius nomen, nouum: Pompelonense
 antiquum. 54.
 Nauarrenſes cum Suprarbiensibus ini-
 tio, consiliorum societate coniu-
 cti fuerunt. 54. postea in primo
 Bbb Interre

INDEX

Interregno se totos à nostris distraxerunt, non satis cautè præcauentes sibi. 22. 23. 285. initio tertij Interregni, nobiscum de eligendo Rege simul consilia inierunt. 144. postea à nostris dissidentes Garsiam Ranimeri, Montionis dominum, sibi in Regem cooptarunt. 144. eorum est maximè proprium, vt antiquam omnem nobilitatem à se esse profectam arbitrentur. 53. etiam si sæpe nos cum ipsis sub vnus Regis imperio fuimus, & nunc sumus: nulla tamen iuris communitio visa est. 28. 286. sed ius nostrum cum eorum iure valde in omni, & publica, & priuata actione discrepauit. 62.

Neapolitanum Regnum à Catholico Rege expugnatum. 263.

Nicolaus Vitor, Cæsaraugustani Xenodochij Rector. 256.

Nihil cuiquam, quod grauiter sit pertimescendum, accidere potest, præter culpam. 500.

Nobiles apud nos dicti sunt, qui à Ricis hominibus duxerunt genus suum. 333. quando ita nominari cœpti. 362. non possunt puniri pœna corporali: sed tantùm ad mercedem Regis capti detineri. 360.

Nobilitas externa non est cur nobilitati domesticæ præferatur. 326.

Nomen apud Romanos, quid. 402. Gentilitium apud eos, idem quod apud Græcos patronymicum. 402.

Nominum apud nos triplex ratio: siquidem propria: patronymica: & gentilicia. 404.

Nomina propria, quæ. 405. alia visitiora: alia intermissa: alia incerta. 405.

Nomina patronymica, quæ. 406. alia extremam paterni nominis syllabam mutarunt: alia ipsum paternum nomen immutatam retinuerunt: alia fuere anonyma. 406. horum nonnulla ita ab iisdem familijs retenta sunt, vt non minus earumdem familiarum, quam eadem ipsa gentilicia videantur esse, tametsi alijs familijs communia sint. 412. interdum gentiliciorum nominum funguntur offi-

cio: & tunc in ius, terminari possunt. alias non. 411.

Nomina gentilicia; quæ. 408. vnde ducta. 408. eorum celebritas quanti apud nos habita. 409.

Nomina propria, & patronymica olim tantùm in vsu erant: & propria, interdum sola absolute poni consueuerunt. 407. 408. 409. nonnulla ex his, quæ ita absolute posita reperuntur; postea gentilicia fuerunt. 412.

Nomina feminarum, quæ fuerint visitiora. 405.

Nominum hæc tota ratio confundi, & perturbari cœpta. 412.

Nostris in Comitijs, Catalanos, ac Valentinios in omnibus rebus antecellunt. 388.

Nostris, dum præliabantur, illud insitum olim; AVT vincere, aut emori. 340.

Notæ numerorum olim non semper Latinis, aut Gothicis, sed Arabicis interdum figuris exprimebantur. vnde earum confusio orta est. no. & in præf. ad Lo. 6.

Nummaria res, ab vnoquoque Rege noua olim constituti consueuit. 164. quare Iaccensis dicta. 165.

D. Nunia, siue Munia, aliter Domna Maior, Regina Aragonum, Sanctij Maioris, Imperatoris vxor. 93. 106.

S. Nunilo, & S. Alodia, Martyres. 8. 42.

O

Obseruantiæ Aragonum quæ dicantur. in præf. ad Lo. 2. etiam antequàm ab Auxio in ordinem collocarentur, eandem vim, quam aliæ leges scriptæ habebant. ibidem. plures inueniuntur de Suprarbiensi Foro ad verbum sumptæ. 166.

Obseruantiæ Salanouxæ. 184. 456. 460. Hospitalis. 481.

Obscr. prima malè, De equo vulnerato, inscripta est: cum, Prologus, inscribenda. 132.

Obscr. tit. De venatoribus. 167.

Obscr. 5. 6. 7. 8. 9. 10. tit. De condicione Infantio-

RERVM.

Infantionatus. 331. 333.

Obscr. vltima tit. Quod in assignationibus. 346.

Obscr. De communibus Priuilegijs. 348.

Obscr. Item in Aragonia. tit. Interpretationes, qualiter, & in quibus. 348.

Obscr. 2. Quod cuiusq. vniuersitatis. 349.

Obscr. 4. tit. De appellationibus. 349.

Obscr. 4. tit. Interpretationes, qualiter, & in quibus. 420.

Obscr. 8. Item pone. tit. De probationibus. 459. quomodo intelligenda. 461.

Obscr. Notandum est. tit. De procuratoribus. 480.

Officiales delinquentes, qui dicantur. 347.

Officium Sanctæ Inquisitionis à Catholicis Regibus institutum. 263. 508. quam magna eius sit vtilitas. 274. à nobis quanta cum reuerentia colatur. 346.

Ombret, Iudex Curie. 442.

Omnia prius tentanda, quàm cum nostris Regibus decertemus. 475. 197. omnia omnibus ætatibus nequaquam conueniunt. 371. omnia debent fieri apud nos ad illius, cuius principaliter interest, instantiam. 346.

Onufrius Panuinius. 28. 59. 237.

Optimatum nostrorum altiora, quàm vulgò feruntur, nobilitatis initia censenda sunt. 807.

Ordines Militares, Sancti Sepulchri, Hospitalis, ac Templi, ex Alfonso I. Regis testamento, hereditario iure, Regalem successorem in Interregno tertio appetierunt. sed frustra. 144.

Ordinis Captiuorum institutio. 162.

Ordinis Montefæ institutio. 181.

Ordines quatuor apud nos, ex quibus vniuersum Regnum constituitur: Ecclesiasticus: Patricius: Equester: & Vniuersitatum: & quid, quisq. eorum fit. 374.

Ordonius Rex in Asturijs. 57.

Oria, Palliariensis Comitissa. 176.

Oriolus, Episcopus in Aragonia. 84.

Ortæ opidum à Iustitia Aragonum decretum fuit, intra Aragonios terminos contineri. 188.

Orti Ortiz, Senior in Roda, & in quarteron de Zarragotza. 432.

Ortizij, minorum gentium patricij. 329.

Osca, Vescitanæ vrbs, obfessa. 101. capta. 111. disciplinarum gymnasia quando in ea constituta. 201. illius Ecclesie ante Hispaniæ cladem cathedralis fuit. 112.

Otho, ac Felix, Cæsaraugustanenses fratres, Benedictus q. & Marcellus, Ioannis Ataresij institutum vitæ sequuti, liberationis patriæ initium dederunt. 13.

P

Paterias, quasi pacis iura, vocarunt antiqui, ea, quæ Supraiunctarijs stipendia pro eorum victu constituta fuere. 163. & paciarij; quasi pacis viri, ipsi Supraiunctarij dicti sunt. 163.

Pagenes, qui dicantur. ex Vit. 309.

Palazinus Ann. 1162. dominabat Zarragoza sub iussione Regis Adefonsi, filij Comitissæ. 432.

Pardi, minorum gentium patricij. 329.

Parere temporibus, & interdum moribus necesse est. 371.

Parochia de Pilari; quando in Regiam potestatem venit. 176.

Paternus minor, Abbas Pinnatensis, primus in Pinnatensi monasterio sub regulari ordine. 102. 103. 106. post Cæsaraugustanus Episcopus. 283. Sanctarum Massarum Ecclesiam Iaccensi Ecclesie contributam fecit. 122.

Paulus Diaconus scriptor. 313.

Pecunia videtur iam omnes omnium Ordinum gradus exæquasse. 303.

Pelagius, Fasilæ Ducis filius, Asturum Regnum instituit. 2. non Rex, sed Infans appellatus. 2. 13. 285.

S. Pelagij insigne martyrium. 87.

Pelegrinus Anzanus, Iustitia Aragonum XXXII. 463. 200.

Pelegrinus Oblitas, Iustitia Aragonum XXXIII. 464. 200.

Pelegrinus Castellezelus, Senior in Balbastro, & Alquezare. 144. 447.

Peiterius Regis pro quibus teneatur peitere. ex Sal. 314.

INDEX

- Peniæ, minorum gentium patricij. 329.
 Peraltæ, minorum gentium patricij. 329.
 Perquisita, quæ dicitur: 346. & non ha-
 bet locum in Aragonia. ibidem.
 S. Petri brachium in Monasterio de Taber-
 na putatur fuisse: Apostoli, an Here-
 mitæ, incertum. 7. 10.
 S. Petri veteris Oſcensis Ecclesia Toma-
 riensi apud Galliam monasterio con-
 tributa. 113.
 Petronilla, Regina Aragonum, Barci-
 nonensi Comiti nupsit. 151. prius Vr-
 raca dicta. 149.
 Petrus I. Aragonum VIII. Rex. 111. Of-
 cam cepit. ibidem.
 Petrus II. Aragonum Rex XIII. Catho-
 licus. 154. Romæ coronatus. ibidem.
 Petrus III. Aragonum Rex XV. Ma-
 gnus. 171. Siciliæ Rex fuit. 172.
 mortuo patre Regale nomen assume-
 re noluit, quo vsq. sibi a Regni Or-
 dinibus more solito delatum fuit. 171.
 Petrus III. Aragonum Rex XVIII.
 Cerimoniosus. 189. septimo mense
 natus fuit. 186. dum Costantium
 filiam in Regnorum successione Ia-
 cobo fratri anteponebam decreuit;
 grauem intestinorum bellorum in
 Kemp. molem induxit. 191. male
 in Foris, Petrus secundus dicitur,
 cum quartus dicendus. 201. post V-
 nionis victoriam mitior factus, pa-
 triam amplissimis decretis honesta-
 uit. 195. 196. 199.
 D. Petrus Luna Cardinalis, Auinione
 Pont. Max. salutatus, Benedictus
 XIII. dictus, vulgò Papa Luna. 207.
 Petrus Beneuentanus Cardi- (220. 253.
 nalis, Apostolicæ sedis legatus. 157.
 D. Petrus Lupi Luna, primus Cæsaraugu-
 stanæ Ecclesiæ Archiepiscopus. 186. 284.
 D. Petrus Azenarij de Rada, secundus Ar-
 chiepiscopus Cæsaraugustanus. 284.
 Petrus I. Cæsaraugustanus Maurorum
 tempore Episcopus. 129. 283.
 Petrus II. Librana, Cæsaraugustanus
 primus post Arabes Vrbe pulsos Epi-
 scopus fuit. 130. 137. 139. 283. 423.
 Petrus III. de Villabeltran, Episcopus
 Cæsaraugustanus. 283. 430. 431. 432.
 Petrus III. Tarroja, Episcopus Cæsaraugu-
 stanus. 283. 437.
 Petrus V. Eximini, Episcopus Cæsaraugu-
 stanus. 283.
 Petrus VI. de Turrerubea, Episcopus Cæ-
 saraugustanus. 283.
 Petrus VII. Garfiæ de Ianuas, Episco-
 pus Cæsaraugustanus. 168. 283.
 Petrus, Episcopus in Iacca. 65. 108.
 capta Oica Oſcensis appellari cœp-
 tus. 112.
 Petrus, Episcopus in Pampilona. 65. 108.
 D. Petrus Sagarriga, Archiepiscopus Tarra-
 conensis, in quarto Interregno, è no-
 uem Iudicibus selectis vnus. 237.
 Petrus, Castellæ Rex, Crudelis vocita-
 tus, nostro Petro III. & ætate coniun-
 ctus, & valde inimicus. 198.
 D. Petrus, Infans Aragonum, Petri I. filius,
 cum Cidi filiam, Domnam Solem,
 vxorem duxisset, viuente patre, obiit
 sine prole. 113.
 D. Petrus, Infans Aragonum, Petronillæ
 Reginæ filius, puer obiit. 151.
 D. Petrus, Infans Aragonum, Petri III.
 filius D. Gulielmam Moncadam, vxo-
 rem duxit: quæ Parrochiæ de Pila-
 ri honorario iure pœuebatur. 175.
 D. Petrus, Infans Aragonum, Iacobi II. fi-
 lius, Ripacurtiæ Comes fuit. post Fran-
 ciscanus Monachus. 181.
 D. Petrus, Infans Aragonum, Petri III. fi-
 lius, puer obiit. 191.
 D. Petrus, Infans Aragonum, Ferdinandi I.
 filius, Neapoli obiit. 253.
 D. Petrus, Infans, Siciliæ, paruulus o-
 biit. 215.
 D. Petrus Ataresius, Burgiæ dominus, in-
 tempestiua superbia elatus, Regnum
 amisit. 144. 446.
 D. Petrus, Vrgelitanus Comes, in Martini
 Regis regnandi initio contra Fuxen-
 sem Comitem delectus Imperator, eun-
 dem Regno fugauit. 211.
 D. Petrus Ayeruius, Iacobi I. ex Theresia fi-
 lius, legitimus decretus. 160.
 D. Petrus Ferdinandi, Iacobi I. filius, Yxa-
 ris opido ab eo donatus, Belchiten-
 sium Comitum parens. 160.
 D. Petrus, D. Ferdinandus, D. Sanctia, ac D.
 Theresia, Petri III. ex D. Agnesia
 Zapata filij. 176.
 Petrus, Ann. 1162. Prior Ecclesiæ San-
 ctæ Mariæ in Cæsaraugusta. 432.
 Petrus

RERVM.

- Petrus Villarafa, Iudex Curia. 457.
 Petrus Velluga, Iurisconsultus Valenti-
 nus, Alfonsi V. ætate floruit. 386.
 Petrus Ioannes Nunnescius Valenti-
 nus. 100. 407.
 Philipus Archidux Austria, Maximili-
 liani Imperatoris filius, Reginae Ioan-
 næ, Catholicorum Regum filia
 maritus, Castellæ Rex fuit: nobis
 autem nequaquam imperauit. 277.
 Philippus, Potentissimus noster Rex,
 merito totius orbis, atq. omnium
 ætatum amplissimi imperij Monar-
 cha, Triumphator, & Pacificus,
 Plus etiam vltra, quàm pater ter-
 minos suæ gloriæ prorogauit. 278.
 quàm magna sit eius benignitas, &
 mansuetudo. 351.
 Philippus, Francorum Rex, Cathalo-
 niam inuasit: sed inanis, ac mortuus
 redijt. 173. 175.
 D. Philippus Aragonius, Caroli Principis
 ex Cappa pellice filius, Magister Mon-
 tesæ. 259.
 Philippus Puyuicinus publici iuris, &
 antiquitatis nostræ peritissimus. 80. 81.
 Pinæ, Mefnaderij. 337.
 Pinnatensis historia. 14. 22. 37. 49.
 51. 57. 58. 59. 66. 69. 70. 101.
 Sacristia bis igne consumpta. in præfa-
 ad Lo. 1.
 Platonem in cunis dormienti in labellis
 apes confederunt. 301. eius ampli-
 tudo in Philosophia minimè Aristo-
 telem deterruit à scribendo. in ep. ad
 Dep. 2.
 Plinius. 23.
 Plautus. 108.
 Podij, minorum gentium patricij. 329.
 Pœnæ pecuniariæ, quæ. ex Vit. 306.
 pœnæ homicidij, Regum semper e-
 rant. ex Vit. 307. pœnæ precariæ
 Ricis hominibus aliæ in grano, aliæ
 in denarijs assignabantur. ex Vita-
 li. 307.
 Polyarchiæ incommoda in constitu-
 tione nostræ Reip. temperata. 286.
 Pomarij, mefnaderij. 337.
 Pompelion, Vasconum primaria Vrbs,
 Irunenſis dicta, Bambalona à Carolo
 Principe vocanda statuitur. 17. va-
 rie iactata: nam & sæpius Mauris pa-
 ruit.

INDEX

ruit: tum Asturiarum: tum Suprarbiensium: tum Gallorum Regibus. 17.21.31.54.79.

Pompelonense Regum post Sanctij Maioris obitum, a Suprarbiensi Regno disiungi coeptum: cum ab Arista eo vsq. versata fuissent copulata simul. 94.95.100.285.

Pomponius Mela. 2. quo tempore floruit, & vbi natus. in ep. Ant. Augustini. 2.

Pontis lapidei Cæsaraugustani structura. 256.

Pontius, Episcopus Ouetenensis. 98.

Pontius, Rotensis Episcopus, Balbastrensis appellari coeptus. 113.

Pontius Castelluzelus, Senior in Calatayud. 148.

Pontius Paulinus poeta, qui Nolanus Episcopus fuit. in ep. Ant. Augustini. 2.

Portugalia, a portu cale dicta. 263.

Pozuelum opidum ad Carrapinillos montes prope Cæsaraugustam. 168.

Prænomen apud Romanos, quid, & unde dictum. 401.402.405.

Primogenitum absentem, futurum successorem iurare, noua res in Martino Siciliae Rege a nostris facta. 213.

Priuilegium ab Arista Rege nostris concessum. 28. cuius series in Vnionis Priuilegijs expressa fuit. 179.

Priuilegium ad docendum de Eximini Regis, Arista patris, Regno, vita, & nomine: & qualiter Abarca Cæso fratrem habuit Fortunium. 46.

Priuilegium Sancti Petri Siresiensis, ad docendum eos, qui Aristam antecesserunt, Reges, non Duces fuisse. 52.

Priuilegium ad docendum, qualiter Aragonenses, Suprarbienses, ac Pompelonenses, etiam si aliquamdiu sub vnio Regis imperio constituti, singulos tamen inter se singularum ditiorum fines habuerunt. 63.

Priuilegium vnum, & alterum, ad docendum, qualiter Sanctius Abarca Cæso se Aragonum, siue Aragonensium Regem appellauit. 74.75. tum & aliud Priuilegium: ex quo, quemadmodum ex duobus superioribus elicatur, illud Abarca cognomentum ab ipso Rege Cæsone in publicis monumentis variè

vsurpari solitum. 82.

Priuilegium: ex quo vita, & Regnum Sanctij Abarca Galindi, a Sanctio Abarca Cæsone, & Sanctio Maiore diuersum, tum et vxoris illius, & Endregoti Galindonis aui, nomina eruntur. 89.

Priuilegia duo Regis Sanctij Ranimiri: in quibus Abarcam Regem Sanctium, tritaum suum expresse nominat; vt de Cæsone intelligamus. 102.103.

Priuilegium, ad docendum, quo anno capta fuit Cæsaraugusta. 136.

Priuilegium: ex quo eruitur, Garfiam Ranimiri, Nauarræ Regem, sub nostri Ranimiri II. Regis imperio, Nauarrensis Regni positum fuisse. 148.

Priuilegium generale quando concessum. 174. eius mentio. 336. 348. 349. in eo videntur fuisse lumina, & ornamenta Reip: ad memoriam libertatis reposita. 450.

Priuilegiorum confirmandorum antiqua Regum consuetudo, & formula. 137.

Procurator Regni denuntiationes contra Iustitiam Aragonum, & eius ministros propositas, etiam si qui denuntiarit, ius suum dimittat, prosequitur. 396.

Proles voce nedum filius, sed & nepos, futurus successor designatur. 32.90.

Protonotarius Regis, & Notarius Curia, ambo sunt Comitium decretorum scribæ. 387.

Protospararij apud Gothos munus. 418.

Prouerbijs, con don Anton te topes, unde ortum. 230. silent leges inter arma. 131.

Prudentius Poeta, cuius Cæsaraugustanus. 5. in ep. Ant. Augustini. 2.

Q

Quæstiones Regij qualiter olim rationes reddere tenebantur. 178.

Quadrat, Zalmetina fuit Cæsaraugustæ. 428.

Quarte

RERVM.

Quarte opidum prope Cæsaraugustam, a quarto lapide, quo distat, dictum. 321.

R

Raguël, vetustus scriptor. 87.

Raimundus Berengarius, Barcinonensis Comes, Petronillæ, Aragonum Reginae maritus. 150. 151. 149. è Pinnatenfis Sanctioris ærarij loco, siue Sacristia, multa Regni iura extraxit. in Præf. ad Lo. 2.

D. Raimundus Berengarius, Infans Aragonum, Petri II. filius, puer obiit. 154.

D. Raimundus Berengarius, Infans Aragonum, Iacobi II. filius, Pratenfis Comes. 182.

D. Raimundus, Garfiae Nauarræ Regis filius, patria pulsus, a Cæsaraugustanensi Regulo intra urbem exceptus, in ea vixit, & obiit, D. Marchesiam neptem, Azenario Lupi nuptam relinquens. 124.

Raimundus, Ripacurtiæ Comes. 94.

D. Raimundus Castelluzelus, Episcopus Cæsaraugustanus. 283. 447.

D. Raimundus Castrocol, Episcopus Cæsaraugustæ. 283.

Raimundus Dalmaç, Episcopus Rotensis. 65. idem Episcopus in Rota, & in Monçon. 108. idem Episcopus in Rota. 137.

Raimundus, Abbas Legerensis. 65. 108.

Raimundus Murius, Baiulus generalis. 490.

Raimundus Tarba, Iustitiæ filius. 476.

Raimundus Galindi, Senior in Estada. 425.

Raimundus Casaldaguila, Cæsaraugustani Xenodochij Rector. 256.

Raimundus Cuyllanus, Iudex Curia. 457.

Raimundus Befalú, Iudex Curia. 457.

Raimundus Montaner, scriptor. 187.

Raimundus Francia, Procancellarius Regis. 203.

Ramiri, Legionensis Regis, insignis ad Septimancas victoria. 120.

Ranimirus, & Ranimirus, idem. 56.

Ranimirus I. Aragonum Rex VI. Christianissimus. 96. primum eum Regem Aragonum nominare, maximus error. 56. 72. 73. primum Aragonum nomen ge-

tilicium induxit in posteros. 73.

Ranimirus II. Aragonum Rex X. Monachus. 145. puer infans in Tomariensi Monasterio Diui Benedicti instituto additus: postea sacris initiatus, Abbas Sahagunenfis: deinde Episcopus Burgenfis: tum Pompelonensis: Rotensis, seu Balbastrensis demum, Iacæ primum salutatus Rex, votis solutus, de apostolicæ sedis indulto, vxorem duxit. 145. 147. sed simulatq. prolem suscepit, Regnum deiecit. 150.

D. Ranimirus, Infans Aragonum, Garfiae I. filius. 87.

D. Ranimirus, Infans Aragonum, Abarca Galindi filius. 88.

Rasis Arabs, Arabicæ historiæ scriptor. 2.

Recessuinthus, Gothorum Rex. 417. (115.)

Redemptus, Hispaniæ cladis tempore nobilissimus vir. 9.

Regale nomen, ac munus, Romanis odiosum. 286.

Reges æquitate, non iracundia debent ad puniendum duci. 484. etiam si suis molesti non sint; miserum tamen, posse, si velint. 286. qui summo cum imperio sunt, summo in amore esse, propter ipsum nomen imperij non possunt. 290. non tam legum seueritate septi esse debent, quam beneuolentia suorum. 290.

Reges Aragonum nullum cognomētum ex ignominia traxerunt. 283. olim regiones, quibus præerant, in extremis Priuilegijs nominabant, & quo modo. 54. postea è conuerso factum. 284. ad Ricorum hominum instar, se Seniores in ciuitatibus, aut opidis vocitarunt. 321. satius sibi duxerunt, nostris populis, tamen si liberis, quam alijs, quantumuis seruitute constrictis, imperare. 487. Rici hominis expediti tenebantur vxorem, vassallos, & familiam in suam fidem recipere. 324. minimè fumebant diadema regium, quousq. connubij participes fiebant, aut Militari decorabantur honore. 154. neq. tunc etiã Regale nomē vëdicabāt sibi, quin prius deseruadis legibus, ac libertatibus fidem suam nostris, iurisiurandi interposito foedere, deuinxissent. 222. quando coronabantur, quid excipere consueuerunt. 172. quamuis alijs prouincijs præerant, a nostris tantum Reges sta-

INDEX

ges statuebantur. 478. non omnino libera
ipsis facultas est, Locum tenentem gene-
ralem in Aragonia constituendi. 347.
neq. plures constituere possunt. 361. ip-
sis regnare incipientibus fidelitatis iu-
ramētum debemus præstare, dummo-
dò ipsi prius nobis de seruādis legibus,
& libertatibus iuramētum præstent. 158.
Reguli Arabum, quasi gubernato- (27.
res. 116.
Rica Augusta, Castellani Regis vxor. 153.
Ricardus, Oscanis Episcopus. 38.
Ricardus Episcopus Vigorritanæ ciuita-
tis. 97.
Rica hombria poterat vnico filio testa-
mento legari; ceteri filij Mefnadarij
manebant. 333.
Rici homines ab Alfonso, Rege Castel-
læ, qui dicatur. 303. apud Gothos, qui à
Regibus ducebant originem: ab ipsisq.
aut in pace, aut in bello afficiebantur
honore. 302. ex Molini testimonio, Rici
homines dicuntur, omnes Magnates:
scilicet, Comites, Duces, Marchiones,
Vicecomites: qui sunt domini alicuius
Baroniæ. 304. sed ea opinio improba-
tur. ibidem. Rici homines à natura
ficti, Barones à Regibus facti. 333. Vita
lis, quòd diuites essent, dictos censet. 305.
Salanoua etiam olim, Barones dictos
ait, & vnde. 310. apud nos fuerunt, Re-
gnorum regendorum Duces: qui ge-
nere, ac nobilitate alijs anteibant: non
autem, quia diuites. 302. 303. debebant
esse ortu Aragonenses. ex Vit. 305.
quæ vindicabantur à Mauris opida, in-
ter ipsos in honorem distribui ius erat.
319. et quo modo. ibidem. tertiam loco-
rum partem eis dari solitam nonnulli
opinantur. 319. interdum confereban-
tur integra. 319. 320. ipsi in opidis ita sibi
assignatis Zalmerinas, & Baiulos pone-
bant. 306. iura dicebant. 320. ratione ca-
loniarum tenebantur facere mensatam.
ex Sal. 313. id est seruire Regi intra Re-
giam d. ominationem proprijs expensis
per mensatam: & quomodo. 312. aliquan-
diu per duos menses, & amplius non,
nisi Regis expensis. ex Vit. 307. Hono-
res sibi datos tenebantur inter Milites
vassallos suos distribuere. ex Vit. 307.
322. non poterant Honorem, vel terrā

datam suis Militibus tollere, nisi ex
caussa. ex Sal. 317. habebant cartas Re-
gias de iustitia sine precio. 312. Honori-
bus ad tempus fruebantur. 154. à geren-
do Iustitiatu sunt exclusi: & quare. 167.
signiferos gestabant ante se. vnde Ricos
hombres de señera dicti. 323. Regum
consilijs frequentes absidebant. 323. ex
Vit. 308. diuersis Ricis hominibus quan-
doq. in vno, & eodem opido diuersi
Honores conferebantur. 321. eorum co-
loni à seruiicio de Hueste, & caualgada
exempti erant. 324. ad bellum ire cogi
non poterant, nisi Rege duce id gere-
retur. 325. si Rex eorum adiumento nõ
indigebat, poterant in peregrini Regis
subsidiu proficisci. 324. verbotenus à
Rege destitui poterant. intellige, ad tē-
pus. ex Vit. 307. perpetuo autem non
poterant à solo Rege ea dignitate sub-
duci. 330. Honore priuati, seu destituti,
remanebant Mefnadarij: nisi essent cri-
mine falsi notati. quia tunc in plebeio-
rum condicionem descendebant. 332.
ex Vit. 307. cum suis Militibus teneban-
tur suis expensis ire, quòd Regi placeret
per dos menses: amplius non, nisi Re-
gis expensis. ex Vit. 307. poterant se à
Rege expedire: & expediti ei bellum
inferre: & quomodo. 327. tenebatur ter-
ram domini Regis defendere, speciali-
ter: quæ sibi erat pro stipēdijs data eam,
& Ecclesias, & Religiones. ex Vit. 307.
vocati, debebant ad Regē accedere, & ei
dare consiliu, si peteretur. ex Vit. 308.
qui se alterius, quàm Regis, vassallos fa-
ciebant: quid perderent. ex Sal. 311. ali-
quot Cauallerias poterant sibi retinere.
ex eodem. 310. deficientes in seruiicio per
vnam diem, perdebant totum annum:
& quomodo id intelligendum. ex eod.
311. promouentes non Infantionem ad
militiam, remanebant Villani. ex eod. 311.
in illis opidis, in quibus dicundi iuris
potestatem habebant, Seniores diceban-
tur. 320. interdum Principes. 320. inter-
dum ab ipsis Regibus Reges vocari cõ-
sueuerunt. 325. Nobiles postea dicti sunt.
362. cænas Regum more à suis opidis exi-
gebant. 320. quando Valentinum Regnū
expugnatum fuit, contenderunt, vniuer-
sum illud Regnum inter eos in honorē
distribui

RERVM.

distribui debere. 161. 334. qui sine filijs de-
cedebat, poterat consanguineū sibi pro
pinquiorem, Ricæ Hombriæ heredem
instituere. 333. eorum Priuilegia. ex Sal.
309. 310. magna potestas, & dignitas. 131.
299. 300. 341. 342. propterea magna con-
tendebatur ambitione. 440. eorum Or-
dini, proximus erat Ordo Mefnaderio-
rum. 323. Ricorum hominum duplex
ratio: nam alij, de Natura, alij de Mef-
nadan. 325. & hæc distinctio vnde eor-
ta. 335. 440.
Rici homines de Natura, à quibus orti. 287.
298. 325. 334. 440. habiti sunt semper an-
tiquiores. 328. 334. alios Ricos homi-
nes in Regno esse, non posse, præter ip-
sos solos, contendebant. 335. eorum de-
signatus numerus, & certæ familiæ: &
quæ. 325. 327. quasi maiorum gentium
patricij censendi sunt. 327. 328.
Rici homines de Mefnada dicti sunt, quia
ex Mefnadarijs assumpti. 334. 440. ho-
rum familiæ incertæ fuerunt. 325. &
plures etiam, quàm proponuntur. 330.
ex Mefnaderijs tatum eos fieri licebat,
335. quasi minorum gentium patricij cē-
sendi. 328. qui superioribus penè æqua-
les. 328. 329. 330.
Ricala, olim Nertobriga, quo tempore
capta. 114.
Ripacurtia à quo tempore Comitatus no-
mine insignita existet. 94. Regni nomē
quando primū sumpsit. ibidem. Sup-
parbiensium Iunctæ quando contribu-
ta. 163. olim quandoq. Francorum Re-
gibus, quādoq. Supparbiensibus paruit.
94. mortuo Sanctio Ranimiri Comite,
per plures annos Regiæ Coronæ sub-
iuncta fuit. 98.
Romani, maiorum gentium patricij. 327.
Romani grauisimi & benedicendi, & in-
telligendi magistri. 401. in suis homi-
nibus appellandis, prænomine, nomine
cognomine, & agnomine vsi sunt. ex
Sofip. & Diom. 401. initio multorum
nominum vsum non habuerunt. 403.
multa vocabula ex alienis linguis in
suam induxerunt, quæ ex solo vsu Lati-
na facta sunt. in ep. ad Dep. 4.
Rothroni Perticarum Comiti in Cæsar-
augustanæ Vrbs expugnatione Sancti
Saluatoris Parrochia data fuit. 130.

Rudericus; vltimus Gothorum Rex
fuit. 1. 7. 34. 285.
D. Rudericus Rocabertinus, Episcopus Cæ-
sarugustæ. 283.
D. Rudericus Ahones, Episcopus Cæsaraugu-
stæ. 283.
D. Rudericus, Archiepiscopus Toletanus. 6.
D. Rudericus, Biuaris, Ci- (16. 51. 52. 53. 88. 119.
di cognomento. 120. 124. 125. 127.
Rudericus Castellezuelus, Iustitia Arago-
num XXIII. 445. 168.
Rudericus Egidij Tarinus, Iudex Cu-
riæ. 457.
D. Rudericus Zapata, omnibus bonis arti-
bus excultus vir, & diligentissimus an-
tiquitatis nostræ inuestigator. 326.
Rueda, olim Segōtia, quo tēpore capta. 114.
Ruedæ, Mefnaderij. 338.
Ruscinonensis Comitatus quando Arago-
num Regno subiunctus. 153.
Rustici, qui dicantur. ex Vit. 329.

S

SAbellicus, Historicus. 344.
Sacellū Sancti Ioannis in spelunca Vrue-
lis montis situm, quare de Pinna di-
ctum. 16.
Sadaba opidum. 176.
Sago Frugon Zalmetina Cæsaraugu-
stæ. 136.
Salomon Rex. 168.
Salute, Abbas Sancti Prudentij. 48.
Sampyrus, Asturienfis Episcopus, scri-
ptor. 86. 87.
Santacruz, minorum gentium patri-
cij. 329.
Sanctia, Regina Aragonum, Alfonsi II.
vxor. 153.
D. Sanctia, seu Sanctina, Infans Supparbij, Gar-
siæ Innici II. filia, Ordonij II. Legio-
nensis Regis vxor fuit. 31.
D. Sanctia, Infans Aragonum, Ranimiri I. fi-
lia, Tolosæ Comitis vxor. 97. eadem
postea Comitissa de Atares. ibidem.
D. Sanctia, Infans Aragonum, Alfonsi II. filia,
Tholosæ Comitis vxor. 153.
D. Sanctia, Infans Aragonum, Iacobi I. filia,
mutata veste, sacraloca inuisit. 160.
Sactia, Athonis Sanz, Iustitiæ Aragonum,
Bbb 5 vxor.

INDEX

- vxor. 428.
 Sanctia Petri de Larraz, Pelegrini Oblitae, Iustitiae Aragonum, vxor. 465.
 D. Sanctia Innici, monasterij Beatae Mariae Regalis Abbatis. 168.
 Sanctia Ruyz, Petri Arbuesij Inquisitoris mater. 264.
 Sanctia Garcez de Ianuas, prima Michaelis Zapatae vxor. 454.
 Sanctius Garzia, Suprarbiensis Rex III. 20.
 Sanctius I. Aragonum Rex I. Abarca, Cae-
 so. 81. 31. 55. 56. 68. 70. 72. 77. 82.
 Sanctius II. Aragonum Rex III. Abarca, &
 Galindus. 88. 90.
 Sanctius III. Aragonum Rex V. Maior,
 Imperator. 93. inter filios quo modo
 regna partiti. 72. 73. 74. 92.
 Sanctius IIII. Aragonum Rex VII. Rani-
 miri filius. 99. 74.
 D. Sanctius Infans Aragonum, Petri I. filius,
 Cidi gener. 113.
 D. Sanctius, Infans Aragonum, Petronillae
 Reginae filius, puer obiit. 151.
 D. Sanctius Infans Aragonum, Alfonfi II. fi-
 lius, Ruscinonensis Comes, Iacobi I. pa-
 truis, Regnum appetit; generalis Re-
 gnorum gubernator efficitur. 153. 157. 158.
 D. Sanctius, Infans Aragonum, Iacobi I. filius,
 Tolletanus Antistes. 159.
 D. Sanctius, Infans Aragonum, Alfonfi IIII.
 filius, puer mortuus. 186.
 D. Sanctius, Infans Aragonum, Ferdinandi I.
 filius, Magister Alcantarae. 252.
 D. Sanctius Aragonius, Ranimiri I. filius. 97.
 Ripacurtiae Comes. 98. 144.
 Sanctius, Castellae Rex, Caesar Augustam si-
 bi vestigale fecit. 122.
 Sanctius, Pompelonensis Rex, cum Almug-
 dadyrio Regulo contra nostrum San-
 ctium IIII. Regem foedus fecit. 123.
 Sanctius, Episcopus Aragonensis. 98.
 Sanctius, Episcopus Pompelonensis. 98. 103.
 Sanctius, Episcopus Calegorritanus. 140.
 D. Sanctius de Ahones, Episcopus Caesarau-
 gusta. 158. 283.
 D. Sanctius de Peralta, Episcopus Caesarau-
 gusta. 283.
 Sanctius Gentulliz, Abbas. 48.
 Sanctius electus pro Abbate Pinnaten-
 si. 102. 104.
 Sanctius Guilielmus, Comes de Guasco-
 nia. 104.

- Sanctius, Comes in Atares. 84.
 Sanctius Martini Viota, Gubernator Ara-
 gonum. 479.
 Sanctius Fortunionis, Iustitia Aragonum
 II. 424. 142.
 Sanctius Galindi, Iustitia Aragonum
 III. 425. 142.
 Sanctius Garzia Sanctaolalla, Iustitia Ara-
 gonum XIII. 434. 153.
 Sanctius Touia, Iustitia Aragonum XV. 436.
 Sanctius Eximini Ayeruius, Iustitia (154.
 Aragonum XXX. 458. 188.
 Sanctius Galindi, Senior in Boltayna. 425.
 Sanctius Fortunions Zalmetina Caesarau-
 gusta. 432.
 Sanctius Fredelandez, Senior in Ata-
 res. 108.
 Sanctius Sanctij Munnozjus, Iudex Cu-
 riae. 457.
 Sanctius Francon, Iudex Curiae: non Iusti-
 tia Aragonum censendus. 421.
 Sanctius Lopezius, Exeae opidi, non Iusti-
 tia Aragonum censendus. 424.
 Sanctius Enneconis Merinus Regis. 102.
 Sanctius de Orta, Maior domus Alfonfi
 Regis II. 38.
 Sanctius de Vall tabellio, & Elifabeth,
 Sancti Dominici Innocentis Martyris
 Caesar Augustani parentes. 169.
 Sanctius de Fracia, Locumtenens Bardaxi-
 ni Iustitiae, & postea Zarzuela. 493. 494.
 Sarimena quando capta. 114. 141.
 Scribae portionum munus. 178.
 Scriptores Priuilegiorum, tum scribae Re-
 gum, tum Grammatici Regum appella-
 ti sunt. in praef. ad Lo. 6.
 Segorbe, olim Segobriga. 208.
 Senior, Episcopus Caesar Augustae, regnan-
 te Muza. 118. 283.
 Seniores duodecim in primo Interregno
 nostrae Reip. moderatores fuere: a qui-
 bus Ricci homines de natura orti sunt.
 Seniorum vox, ac dignitas, iam (24. 287.
 Gothorum temporibus vsitata. 134. a-
 pud nos olim quid significarit. 320. 321.
 Sepelire Imperatores, Duces, aut (339. 408.
 nauarchos, nisi de Regis edicto, non li-
 cebat. 340.
 Septemdecim virorum potestas, quae fit: a
 quibus, quando, & quomodo educun-
 tur, & inducuntur. 395. 397. 398. eo-
 rum suffragia per calculos ferenda: iu-
 diciumq.

RERVM.

- diciumq. sine appellatione. 399.
 Sergius II. Pont. Max. 28. cum Osporcus
 ante Pontificatum vocaretur, primus
 mutandorum nominum consuetudi-
 nem in Pontifices Romanos indu-
 xit. 62.
 Seruicium, apud nos quid. 371. non pecu-
 niarium vt modò, sed militare pende-
 batur Regibus. ibidem.
 Sesselsij, minorum gentium patricij. 329.
 Seuerus, Malacitanus Antistes. in ep. Ant.
 Augustini. 4.
 Sex. Ruffus. 6.
 Sibia Regina Aragonum, quarta Petri
 IIII. vxor. 199.
 Siculi effrenate in Gallos irruentes, Pe-
 tro II. se totos detulerunt. 172. postea
 in quarto Interregno nostrorum con-
 silijs adhaeserunt prorsus. 232.
 Sigillum maius ciuitatis Caesar Augustae: in
 quo antiqua illius Insignia. 143. noua. 147.
 Sigillum Vnionis. 193.
 Sigismundus Imperator. 253.
 D. Simena, siue Eximina, Infans Aragonum,
 Garzia I. filia. 87.
 Simon, Monfortensis Comes. 157.
 Simplicius, Episcopus Caesar Augustanus.
 II. & in ep. Ant. Augustini. 4.
 D. Sol, Cidi filia, Petri I. nurus. 113.
 D. Sol, Ioannis Didaci, Iustitiae Aragonum
 vxor. 430.
 Solum in Comitibus, quid. 387. in genera-
 libus Comitibus separatim vniciuiq. Re-
 gnorum, vel iunctim omnibus haberi
 potest. 370.
 Stadæ, minorum gentium patricij. 329.
 Stephanus I. Episcopus Caesar Augustae. 283.
 Stephanus II. Episcopus Caesar Augu-
 stae. 283.
 Stephanus, Episcopus in Osca. 137. 176.
 Stephanus Iustitia Aragonum
 XVI. 437.
 Stephanus Egidij Tarinus, Iustitia Arago-
 num XXXI. 462.
 Stephanus Garibaius, Historicus. 19.
 22. 31. 32. 33. 43. 46. 49. 51. 52.
 55. 56. 58. 59. 60. 68. 69. 70. 71.
 73. 80. 86. 87. 88. 93. 95. 157. in
 praef. ad Lo. 2.
 Sueuorum Reges, Theodomiri, Ranimi-
 ri, & his similibus nominibus appellati
 sunt. vnde Mironis nomen vsitatum

- apud eos fuit. 302.
 Sulpitius Seuerus. 3. in ep. Antonij Augu-
 stini. 2.
 Supra iunctariorum institutio, & munus.
 163. ex Vit. 416.
 Supra iunctarius Ripacurtiae, quare Vica-
 rius dictus. 163.
 Suprarbiense Regnum, fons, & caput Ara-
 gonum, & Nauarrae Regnorum fuit.
 285. eius initium. 14. 52. Asturum Re-
 gni initio adaequari potest. 15. quod si
 Regnum vnquam, ante Abarcam Cae-
 sonem fuit. 54. Suprarbium, quandoq.
 Superarbium legitur. 54. antiqua vox,
 minimè noua. 54. 81. 166. 321. vnde du-
 cta. 16. eius à Martino Rege in praecela-
 ra illa concione mentio fit. 213.
 Suprarbiense antiquum ius, siue Forus.
 25. eius Tabulae quando prolatae. 288.
 quid contineant. 298. earum series in V-
 nionis Priuilegijs expressa. 299. de his,
 quae manu scriptae extant, auctoris iu-
 dicium. 289.
 Suprarbienses Reges. 14. 280.

T

- T Numeri nota & millesimum, & no-
 tingensimam quadoq. significat. 84. 110.
 Tabularia plurima ab auctore perlustra-
 ta, & antiquorum Foristarum monu-
 menta perfecta. in praef. ad Lo. 4.
 Tahustium, nobile opidum, quo tempo-
 re captum. 114.
 Taio, siue Taius, nō Talo, Episcopus Caesar
 Augustanus. II. in ep. Ant. Augustini. 5.
 Barbarum, & Tarinorum familiae Con-
 sulares. 451.
 Tarif Arabus, Caesar Augustanae vrbis ex-
 pugnator, quare Abē Zarcā dictus. 6. 115.
 Tempestati interdum obsequi necesse
 est. 231.
 Testium duplex ratio: nam alij testes vi-
 fores, & auditores dicebantur; alij con-
 firmatores, qui neq. viderunt, neq. au-
 dierunt. in praef. ad Lo. 5. 321. 429. 423.
 Theresia Galindi, Regina Aragonum,
 Garzia I. Regis vxor. 87.
 Theresia Entenza, Alfonfi IIII. vxor, an-
 te obiit, quam maritus Regni potire-
 tur.

INDEX

tur.	186.	iacuit. 161. illius expugnatio. ibidem.
D. Theresia Egidij Vidaure.	160.	Valentini, ius est, vt in opidum intra no-
D. Theresia, siue Florentina, Infans Arago-	86.	stros fines constitutum, ad Comitum vo-
num, Sanctij Cæsonis filia.	86.	cati, veniant. 370. Vnionem sequuti. 194.
D. Theresia, Infans Aragonum, Ranimiri I.	97.	eorum Magistratus coram Iustitia Ara-
filia, Prouinciæ Comitiss vxor.	97.	gonum aliquando citati. 214.
Theuda, siue Innica, Regina Suprarbij, In-	30.	Valentinus Clauerius, Alfonfi V. Regis
nici Aristæ Regis vxor.	30.	Procancellarius. 112.
Theuda, siue Tora, Galindi Comitiss filia,	41.	S. Valerius I. Episcopus Cæsarau gustæ. 3.
Bernardi, primi Comitiss Ripacurtiæ,	41.	11. in ep. Ant. Augustini. 2. eius caput
vxor.	41.	Cæsarau gustam delatum. 154.
Thibaldus Nauarræ Rex.	441.	Valerius II. Episcopus Cæsarau gustæ. 4.
Thiuphadi, siue Thimphadi, & Gardingij,	34. 37. 419.	11. & in ep. Ant. Augustini. 2.
Gothorum Magistratus.	34. 37. 419.	Valerius III. Episcopus Cæsarau gustæ. 11.
Tituli Fororum non faciunt ius. ex	318.	Valeriorum domus Insulata. ex Pruden-
Sal.	318.	tio. in ep. Ant. Augustini. 2.
Tizonij, minorum gentium patricij.	329.	Vallimanæ, Mefnaderij. 337.
Tomichius, Historicus.	68.	Valtorresij Mefnaderij. 337. Zapata fue-
Tormentum, siue tortura, non habet lo-	68.	runt. 338.
cum in Aragonia, nisi in certis casu-	348.	Valtoresij opidū à Bilbili non longe. 339.
bus.	348.	Varæ de Suprarbiensis Regni initijs scri-
Tora, Regina Suprarbij, Garfiæ Suprar-	18.	ptorum sententiæ. 46.
biensis Regis II. vxor.	18.	Vassalli, olim dicebantur Mezquini. 122.
Tota Vrraca, Regina Aragonum, Sanctij	85.	Vectigalia Ricis hominibus alia in gra-
Abarcæ Cæsonis vxor.	85.	no, alia in pecunia assignabantur. 321.
Touia, Mefnaderij.	338.	322. eorum antiqua nomina. 319.
Tramacetij, minorum gentium patri-	328.	Velasco, Senior in Arguis. 108.
cij.	328.	Velasco, siue Velasco olim, pro eo, quem
Transitiones interdum fieri ab vno Ordi-	458. & in	nunc Blascum dicimus. 481.
ne ad alium consueuerunt. 458. & in	447. 476.	Velasquita, Infans Aragonum, Sanctij Cæ-
eisdem familijs.	447. 476.	sonis filia. 86.
Tranfynurus, siue Transfynicus, Abbas Pin-	24. 57. 84. 102. 105.	Velinda, Andecæ filia. 34.
natenfis.	24. 57. 84. 102. 105.	Veræ, Mefnaderij. 338.
Tribunorum stabuli apud Romanos mu-	418.	Verguæ, minorum gentium patricij. 328.
nus.	418.	Vespertilionis Insignia, vulgò Ratpenat,
Tritaus, quis sit. 74. 108. 109.	74. 108. 109.	non Aragonum Regno tribuenda. 161.
Tumultus populares non tam facilè tem-	114.	D. Vgo de Mataplana, Episcopus Cæsarau-
perari possunt, cum iam sunt excita-	114.	gustæ. 179. 283.
ti, quàm vt ne excitentur, præcaue-	474.	Vlith Abdelmech Alcalifa. 1.
ri.	474.	Vicarius Ripacurtiæ, quis. 163. 164.
Turiasso ciuitas, quando capta. 114.	114.	Viccomes Gasto, Senior in Zarragot-
Turolium opidum, quo tempore ca-	153.	za. 322.
ptum.	153.	Vidaurij, minorum gentium patricij. 329.
Turris nouæ Cæsarau gustanæ structu-	275.	Villafranca de Panades, Pœnorum opi-
ra.	275.	dum. 175.

V

Valencia Vrbs cum primū expugna-
ta fuit, Aragonum legibus, ac Foris sub

R E R V M.

conus. 3. eius stola Lutetiam delata. 4.	2. 4.	chiepiscopus Ferdinandus habuit, Su-
Cæsarau gustæ natus. in ep. Ant. Augu-	2. 4.	prarbiensisq. Fori seriem continebant.
stini.	2. 4.	179. 299. eadem ipsa Priuilegia recita-
Vincetius I. Episcopus Cæsarau gustæ.	4. 11.	bant, eam apud nos Vnionis constan-
Vincentius II. Episcopus Cæsarau gustanum,	3. 4.	dæ facultatem, antiquam esse, & à pri-
Arianus fuit. in ep. Ant. Augustini.	3. 4.	mordijs Regni petitam. 452. pestis, ac
Vincentius III. Episcopus Cæsarau gu-	129. 283.	struma libertatis erat. 472. ferendi ci-
stanus.	129. 283.	uiliū seditionum seges. 196. in præ-
Vincentius III. Monachus Episcopus	283.	capitibus Regum consilijs prohi-
Cæsarau gustanum.	283.	bendis, Iustitiæ Aragonum Ma-
S. Vincentius Ferrarij, in quarto Interregno	238.	gisstratus vicem gerebat. 196. sed
è nouem iudicibus selectis vnus.	238.	quando deleta fuit, hæc eius pote-
Vincentius Augustinus, Iuratus Cæsarau	135.	stas tota in Iustitiæ Magistratum tran-
gustæ.	135.	sata. 196. 342. 470. plures tunc nobis
Vincentius, Historicus.	34.	salutares leges à Petro III. Rege, qui
Violans, Regina Aragonum, Iacobi I.	159.	eam delendam curauit, rogata sunt.
secunda vxor.	159.	473. Vnionis vexillum in Cæsarau gu-
Violans, Regina Aragonum, secunda	202.	stane vrbs domo seruabatur. 194.
Ioannis I. vxor.	202.	Conseruatores illius, qui dicebantur.
ei cum prægnans à	210.	193. maiorum consilium in ea delen-
marito relicta crederetur, quatuor ma-	210.	da laudatur. 196.
tronæ, vt cum ea assidue versarētur, ad	159.	Vnius, & plurium imperium mirabili-
hibita fuerunt.	159.	ter in nostra Rep. reueratū est. 487. 519.
Violans, Infans Aragonum, Iacobi I. filia,	159.	Vrbanus II. Pont. Max. 63. 104. 108.
Regina Castellæ.	159.	Vrraca, Regina Suprarbij, vltimi Ara-
D. Violans, Infans Aragonum, Iacobi II. fi-	182. 208.	gonensis Comitiss filia, ac heres, Gar-
lia, Philippo Despoto Romanæ pri-	182. 208.	fiæ Innici II. vxor. 30. 49. 67.
mum, postea D. Lepo Lunæ, Lunensij	206.	Vrraca, Regina Aragonum, Abarcæ Ga-
Comiti nupsit.	206.	lindi vxor. 88. 89. 103.
Violans, Infans Aragonum, Ioannis I. fi-	219.	Vrraca, Regina Aragonum, Alfonfi I.
lia, Regina Neapolis.	219.	vxor. 129. 141.
D. Violans Aragonia, Martini Siciliæ Re-	219.	D. Vrraca, Infans Aragonum, Garfiæ I. fi-
gis filia, Nieblæ Comiti nupta fuit.	219.	lia. 87.
D. Violans Arenosia, Alfonfi Ducis Gandiæ	219.	D. Vrraca Aragonia, Ranimiri I. Regis fi-
vxor.	219.	lia. 97.
Violans Buyl, Blasci Ferdinandi Here-	481.	Vrræ, maiorum gentium patricij. 327. eo-
diæ, Iustitiæ Aragonum vxor.	481.	rum duæ familiæ. 328.
Vitalis de Canelis, Episcopus Ocsensis.	166.	Vrriesij, Mefnadarij. 338.
166. de nostris legibus librum compo-	4.	Vrrozij, Mefnadarij. 338.
suit. 167. in præf. ad Lo.	4.	Vrsula, Zarzuelæ Iustitiæ vxor. 495.
Vnio, ante Priuilegiorum de ea rogatio-	12. 115.	Vruelis mons prope Iaccam. 12. 115.
nem, etsi non fortasse aliquo scripto,	156.	Vbedense prælium memorabile. 156.
vsu tamen, & multis maiorum exem-	94.	Vuifredus, Ripacurtiæ Comes. 94.
plis nitentur. 452. à Regni primor-	92.	Vxama Vrbs. 92.
dij ducta. 298. tempore Petri II. ex-	30. 405.	Vxores olim à maritorum nominibus vo-
citata fuit. 155. postea tempore Petri	30. 405.	cabantur. 30. 405.
III. Regis. 173. tum Regis Alfonfi		
III. 177. & ab eo illius Priuilegia roga		
ta. 178. neq. tamen nouæ gratiæ loco		
habita fuere. 299. tempore Regis Pe-		
tri III. 192. & ab eo confirmata. 194.		
demum publica lege deleta. 195. 473.		
eorum exempla, quæ vix existant. Ar-		

X

XAtiua, olim Setabis, Contestanorum
Vrbs in Tarraconensi. 251.
Xelsa,

INDEX

Xelſa, olim Iulia Celfa, quo tempore capta. 114.
Ximen Garcez, Senior in Buylo. 65.

Y

Y Ra Almundafar, Cæſarauguſtanenſis VIII. Regulus. 124. 120.
Y xarès, ſiue Yxaritani, Belchitenſium Comites, à Iacobo I. Rege profecti: eorumq. Inſignia. 160.

Z

Z Almetina, ſiue Zaualmartina Cæſarauguſtæ, ordinariæ cauſarum cognitio ni, quaſi Prætor vrbanus, præpoſitus eſt. 131. eius munus. ex Vit. 414.
Zaualacheni munus. ex Vit. 415.
Zapatæ, Meſnaderij. 338. eius gens in plures familias diſfuſa. 338.
Zuëra, olim Zufaria, quo tēpore capta. 114.
Zulema, Cæſarauguſtanenſis X. Regulus. 125.

LAVS DEO.

Regiſtrum.

✱ * A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll
Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb.

Omnes ſunt terniones: præter Vu, & Bbb quaterniones: & Xx dunniones.

ERRATA, QVAE IN EXEMPLARIBUS nonnullis occurrunt, ſic emmendanda.

Pagina	Linea	Legitur	Lege
4	8	meſicij	maleſicij
16	19	ampliauit	amplificauit
50	30	Aquinia	Aquitania
70	1	accomodato	accommodato
71	23	ſuccedit	ſuccedit
72	17	Salamone	Salomone
74	11	apriſſima	apriſſimè
92	21	illo	illi
111	17	vix millibus	vix mille
125	14	ipſam frequenter aduentaffe	ipſam aduentaffe. <i>de te, frequenter</i>
130	1	Moauros	Mauros
141	14	obſidione	obſidione
141	24	M C LXII	M CLXXII
143	23	infedelium	infidelium
144	25	Petrus	Petrum
144	27	Titionem	Tizonium
144	30	Atereſius	Atareſius
162	8	Fidei	Fidis
180	11	accomodare	accommodare
182	7	Romanæ	Romanæ
188	4	terminios	terminos
188	35	fod	fed
195	28	Vnionis	Vnione
195	34	Vniones	Vnionis
207	<i>in margine</i>	1348	1388
216	13	Tereſia	Tharſia
224	18	iudicum	iudicium
238	17	Chriſtiain	Chriſtiani
259	22	Ioannem	Ioannem
260	16	Ecratis	Encratis
266	17	celeris	ſceleris
306	23	huiusmodo	huiusmodi
329	3	Caſtellizuelij	Caſtellezuelij
337	30	auctoramento	authoramento
341	14	Ciuitates	Ciuitates
351	17	dis	dijſ
351	30	conſtringatur	conſtringantur
392	12	eadem	eædem
406	30	deriuati	deriuari
407	26	cui non locus	cui locus. <i>dele, non</i>
413	9	tum d	tum ad
435	5	1167	1168
453	25	Fidei	Fidis
457	22	Fidei	Fidis
461	23	Nā eodē anno	<i>adde.</i> plus minus

in præfatione ad Loayſam, pag. 4. lin. 28. legitur, perſtiterunt. & legendum eſt. præſtiterunt.